emptione est abusus pecunie, igitur non emitur pecunia, sed bene emitur ius percipiendi tale
quantum pecunie annuatim super bonis ipsius vendentis. Tale autem ius non est pecunia,
sed cum iure isto quo vendo transit pecunia quam vendi et emi potest, sicut ius proventus
decime non potest emi vel vendi quia est annexum spirituali, sed quia transit cum fundo predii vel
ville que venditur, et ius proventus consequitur illam villam, igitur etsi venditur et emitur indirecte,
quia emens rem emit consequenter omnia que consequuntur illam rem. Sic etiam est in proposito pecunia
non emitur sed bene ius percipiendi illam pecuniam, et pecunia consequitur illud ius percipiendi,
igitur pecunia indirecte etsi emitur, non autem absolute. Et hec dicta sunt de hac questione
cum infortunio tamen meliori;

Utrum sacrosancte Basiliensi Sinodo et sanctissimo domino
nostro domino Felici pape creato ab eadem sancta electo
et instituto a quolibet saluti volenti obediendum sit necessario Et
arguitur ad partem contrariam quod questio sit falsa, arguitur sic, Sacrosancto
Concilio Basiliensi et sanctissimo principi Felici non est obediendum
cuilibet saluti volenti, igitur questio falsa. Antecedens probatur, quia vel
in omnibus vel in aliquibus et in aliquibus non, non videtur
primum. Nam si concilium vel sanctissimus papa Felix preciperet aliquod
malum simpliciter, ut furari, adulterari, nullus tenetur obedire, patet
per sanctum Bernardum, qui scribens ad Adam monachum, dicit Non est
obediendum in malo, et concludit sic, igitur facere malum quolibet
etiam iubente constat non esse obedientiam, sed potius inobedientiam.
Non etiam patet secundum. Nam si sacrum concilium vel Felix papa preciperet
Baroni vel lenoco alicui ut ea que non possideat vel aliquid
non tolleret, illi non tenentur obedire, patet, quia illa precepta nichil
dicunt contra illorum specificam (?) ... igitur illi non tenentur ob-
edire. Antecedens probatur, quia preciperet ut illi abrenuncient (?) per ...
omnibus et ... constituta mali simpliciter, quia forte illi timent
(?) credulitatem vehementer ... non possent illa paupertate
sustinere, sed ultimo oportet eos spoliare aut furari, aut pauperes
... et ... impatientes esse apud deum, et hec sunt mala
... quod dicit sapiens Melius est mori quam indigere, etiam pro-
ximo suo erit pauper odiosus, fratres pauperis oderunt eum, ... et
amici ... preceptum et super preceptum et consilium christi, cum dicat ... et
... de preceptis non tollendi (?) ...
... capere capiat. Et ... ad ... dicit Apostolus precep-
tum de virginibus non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam a domino consecu-
tus ut sim fidelis, hoc est consilium ... ante ... non nuptis et viduis bonum est illis si sic permaneant, melius est enim
nubere quam uri. Igitur in illis que sunt media, quia nec bona nec
mala, sacro concilio non tenentur aliquis obedire. Igitur questio falsa.
Item questio sit vera quo ad sacrum concilium, patet per decretum concilii Consta-
ciensis in hec verba. Hec sancta Synodus Constanciensis generale concilium faci-
ens, ordinat diffinit et statuit, decernit et declarat. Et primo quod ipsa
in spiritu sancto legittime congregata, generale concilium faciens ecclesiam
militantem representans, potestatem a christo immediate habet, cui quilibet cuiuscumque
status aut dignitatis etiam si papalis existat obedire tenetur
in hiis que pertinent ad fidem et ad extirpationem scismatis et
ad generalem reformationem ecclesie dei in capite et membris. Et sic ...
Felicem patet per decretalem Extravagantem Bonifacii que dicit subesse
Romano pontifici omni humane creature de necessitate salutis. Et sic questio vera
Nota Sinodus ... concilium ... congregatio ...
... congregatio ... et ... Sinodorum in ecclesia dei scilicet una Episcopalis quam tenet
Episcopus cum suis curatis clericis ac religiosis. Alia provincialis quam primas
vel metropolitanus cum suis Episcopis clericis et religiosis celebrat. Tercia
est universalis seu generalis, quam papa aut concilium generale congregatum
statuit. Et est esse societas multorum fidelium in unum ... et ...

Quam communem intencionem congregatorum. Hec autem Synodus dicitur generalis
respectu regnorum et nacionum, quia de omni nacione dicuntur ad eam venire
et in ea esse diligi vel saltem reputative seu approbative aliqui interpre-
tative. Etiam vocatur generalis respectu causarum quia omnes ecclesiam in ea ad-
mittuntur ad querendum, proponenda et iusticia consequenda. Vel pro dandis
avisamentis ad agenda in concilio. Etiam dicitur generalis ad differentiam provin-
cialium et episcopalium, in quibus non agitur nisi de negociis unius provincie
vel diocesis. Hec Synodus generalis dicitur alio nomine concilium generale
dicitur secundum Ysidorum. Et hoc nomen concilium tractum est ex more Romano-
rum. Tempore enim quo cause agebantur conveniebant omnes in unum, communi quadam
intencione tractabant. Unde concilium a communi intencione tractum dictum
est, quasi consilium vel considium, d mutata in l. Vel concilium dicitur
a communi intencione, eo quod in unum dirigant mentis intuitum. Et dicit
Ysidorus: Sic enim oculus consistit in lumine per supercilia, et preservat a quacumque
corrupcione, sic etiam sacra generalia concilia conservat dei ecclesiam
et christianitatem in lege evangelica, in vita sancta, in veritate, caritate
et iusticia. Et preservat solem ecclesiam et christicolas viros ecclesiasticos
a quacumque heresi, scismate et guerra, discordia, symonia, in aliqua
et turbacione. Ymmo enim ut dicit apostolus ad fideles christianos: nostre
potius si boni emulatores legis evangelice, si boni zelatores fidei
christiane fuerimus. Hec etiam Synodus generalis dicitur sancta propter assi-
stenciam et presenciam spiritussancti. Fides enim katholica hec est ut credamus
in generalibus conciliis presertim sic congregatis spiritumsanctum adesse, et in
ipso spiritu spiritusancto gubernari et ordinari et regi et finiri et omnia
statuta et canones et decreta in eis facta a spiritusancto esse inspira-
ta et eis ut articulis fidei. Refert enim Ysidorus in libro conciliorum, quod
Celestinus papa in epistola transmissa ad Synodum Ephesinam dicit: Spiritus
sancti testatur presenciam congregatio sacerdotum. Unde apostolis congregatis
in uno et eodem loco spiritussanctus descendit super eos in linguis igneis,
dicit idem. Item idem Ysidorus in eodem libro in gestis Synodi
Tollitane inquit: Unde valde metuendum propter veram inventam
quemque multitudinem que sine fine fidem: Ubi fuerint duo vel
tres collecti in nomine meo ibi et ego sum in medio eorum. Et credo non
sine sancte trinitatis divinitatem huic sacro concilio interesse. Et ita tamquam
in conspectu dei in medio vestrum fidem meam protuli. Et ad hoc significa-
dum scilicet Cenaculi ecclesiam sit in conciliis, et quicquid ibi decernitur
et statuitur totum est a spiritusancto. Christus dicit: Non vos
estis qui loquimini, sed spiritussanctus qui loquitur in vobis. Et beatus Petrus
in Petri 1° dicit: Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei. Sed et
quod apostoli et seniores congregati concluderunt super hiis que fidei erant
et morum, dixerunt Actuum xv°: Visum est spiritusancto et nobis sic agendum.
Et in omnibus Synodis antequam aliquid tractetur semper missa de spiritu
sancto solempniter cantatur propter assistenciam spiritussancti. Ideo dicitur et
dicit Paulus in concilio existentibus: Attendite vobis et universo gregi
in quo vos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam acqui-
sivit sanguine suo. Ex quibus auctoritatibus infirmatur quod prelatis in con-
cilio congregatis spiritussanctus adest, propter quam assistenciam vocatur
sancta. Et non hec Synodus generalis dicitur sancta, sed etiam sacrosancta
ad differenciam aliarum Synodorum scilicet provincialium et episcopalium, que
etiam dicuntur sancte, sed hec specialiter obtinet hoc nomen sacrosancta. Et

hoc propter duo Primo propter capitis eminenciam Nam in hac Synodo gene-
rali et in nulla alia ecclesie dicitur caput eius quod sic patet Nam ecclesie
dicitur esse caput ecclesie universalis secundum id ad ephesios primo ipsum dedit caput super
omnem ecclesiam que est corpus ipsius et plenitudo eius qui omnia
in omnibus adimplevit Et eciam sic caput ministrat omnibus membris
sensum et motum Sic ecclesia in omnia membra ecclesie sensum et motum
gratia iustificante in bonum commonens influit in quibus omnibus spiri-
tualis per fidem inhabitat et per caritatem coniungit Primo ad primum dicit
apostolus habitare christum per fidem in cordibus vestris ad ephesios iii Johannis iiii qui
in caritate in deo manet et deus manet in eo Si igitur ecclesia caput
est ecclesie igitur eciam Synodi generalis tale quod Synodus generalis legitime
etiam representat ut patet per decretum concilii Constanciensis Frequens quod alle-
gatum est ad partem oppositam Et patet per predictum dictum xpo Ante placuit
Sermonibus et doctrine tu Si eciam Et si aliquando invenitur quod papa sit caput
ecclesie seu ecclesiarum hoc est intelligendum quod est primus et supremus pastor ecclesie
vel quod est caput politicum finale et ministeriale vicarium tamen particularium
secundum non est caput universalis ecclesie influxum reale et effectuale Secundo dicitur sacrosancta
Synodus propter plenitudinem non plenitudinem potestatis ut inmediate tenet
potestatis quam accepit inmediate a christo Non sic autem alie Synodi quia non tenent
plenitudinem potestatis ut inmediate tenent a christo sed a ecclesia aut a summis
pontificibus Et cum plenitudo potestatis in ecclesia inmediate sit a christo patet
per id Matthei xvi Tibi dabo claves regni celorum et quodcumque ligaveris
super terram erit ligatum et cetera hec verba sunt dicta beato petro in facie
ecclesie Nam non solus petrus interrogabatur de fide sed omnes apostoli
me esse dicitis Et tunc petrus pro omnibus Tu es christus filius dei
vivi hic aperte respicit quod petrus nomine ecclesie claves regni celorum
accepit Unde Augustinus super illud Johannis petrus qui maior inter apostolos
erat representabat ecclesiam universalem cum ecclesie in persona petri dedit dominus
huius potestatem ligandi et solvendi Unde dicit sit quecumque ligaveris super
terram erit ligatum et in celis et cetera Si hoc tantum petro datum est non
utique hoc facit ecclesia sed ecclesia hoc facit quia absolvit et facta est
sicut ac si nullus papa in mundo esset concludit igitur beatus Augustinus sic
igitur petrus qui claves accepit ecclesiam sanctam significat et per consequens
plenitudo potestatis data ecclesie est inmediate a christo qui dicitur sanctissime et cetera
Et propter hoc dicitur Sacrosancta Synodus et cetera

Secundo nota hoc nomen papa non reperitur in sacra scriptura sed est
sumptum ab interiectione pape que sonat admiracionem unde tales pape dicuntur
qui in potestate et auctoritate in conversacione et sanctitate sunt admirabiles
vel qui in auctoritate et potestate sola sunt mirabiles Et non primi soli
tamen est summus papa possibilis Et post eum primus sunt precedentes sicut petrus
et consequenter secundum successores qui in tali auctoritate et potestate admirabiles
vita sancta et moribus claruerunt Sed Siminum pontifices et si mali
in vita ut fures et latrones tamen tamen auctoritate et potestate ubique precedentes
Unde dicunt ipse quia papa est nomen officii principalis et nomen vite Unde di-
cere quod illis ipse tenet hoc nomen et non alius qui in conversacione et sanctitate
sunt mirabiles et error ipsius heresis qui in pluribus punctis sibi scitatis
de eccia hoc affirmat et scribit Sed si sic tunc beatus petrus inter multos
in hoc mundo fuisset papa Silvester beatus Stanislaus et omnes alii sancti qui
conversacione et sanctitate fuerunt admirabiles sed est hoc contra dicere in conformitate alicuius

Tercio notandum quod papa est sanctissimus non racione vite et persone quia si sic si
esset fere sanctissimus in vita et persona non indigeret oracione sed ecclesia in altissime
magna sexta feria et magno Sabbato orat pro eo nominat eum beatissimum
et sanctissimum Sed quia racione persone peccare potest et negligens esse in
officio Ideo ecclesia orat pro eo, et nominat eum beatissimum non racione
vite et persone, sed racione officii Exemplum habetur per beatum Jeronimum
dicentem ad luciferianum ubi sic scribit Sic Christus est qui bapti
sat Ita ipse est qui sanctificat Nam oro te ut aut sanctificandi ei
licenciam tribuas, aut baptisma iobas, cui reprobes eius baptisma quem
non putas esse sacerdotem, neque enim fieri potest ut qui in baptismo
sanctus est, sit ad altare peccator, et habemus de priore sacerdote
tamen katholico, et non heretico, notandum autem est, quod talis sacerdos tamen malus, non
est sanctus ex parte vite, nec baptizando, nec conficiendo, sed ex parte
officii. Itaque stat sanctitas officii cum malicia vite, et pro qua potestas dei papa
sit capitalis spiritualis et suprema super terram, tamen habet officium sanctissimum

Item quarto notandum, ad veram et legitimam pape electionem requiruntur
due cause ipsam legitimantes, una passiva et parte electi scilicet
ut sit capax electionis Et sic non est electio vera et legittima cum una
electa et incapabilis sicut patet de Agnete maguntina, que a quodam
discernis sio in habitu virili adducta, et Johannes Anglicus nominata que in diversis
scienciis profecit, quod Roma veniens magnos magistros habuit auditores
trivium legit, deinde in papam electa, per suum amasium impregnata
et cum lateranensem ecclesiam ab ecclesia beati petri pergeret angustiata
preventa doloribus inter colloseum et sanctum Clementem peperit et
postmodum ibi fuit mortua et sepulta Cathologo paparum
non ascripta, et licet illa sedem papalem occupaverat duobus
annis et quinque mensibus nichilominus tamen fuit papa, Cum apostolus dicat
ut Christus asserit Mulieres taceant in ecclesia, 1 Cor. xiiii Alia activa ex parte
eligencium scilicet ut habeant auctoritatem eligendi,

Pro quo notandum quod licet ex scripture sacris habeatur quod Christus con
stituit unum Apostolum generalem vicarium ecclesie sue in terris scilicet beatum
petrum et voluit sibi succedere in eadem legittima potestate alios
usque ad consummacionem seculi, tamen quod ipse non tradidit determinatum
modum constituendi successorem beati petri, sed commisit hoc ordinatori
ecclesie et disposicioni Ideo non uno modo semper papa est et fuit
institutus, quia primo per Christum, cum dixit, Tu vocaberis Cephas quod
sonat id est quod caput Joh. primo Secundo aliquo tempore precedens papa con
stituit sibi successorem, Tercio tempore omnes sacerdotes et episcopi
elegerunt unum generalem episcopum super se, erit papa, deinde eciam
katholica kathedrali constituta, tempore a Canonicis kathedralis Rome
ecclesie electus fuit papa, deinde per aliquod tempus Imperator quacumque oc
casione accepta constituit papam Sexto devoluta fuit in quodam
concilio potestas eligendi in cardinales ut in Romana synodo presidente Ni
colao 2º papa hec omnia patent in ecclesiasticis hystoriis, in gestis
summorum pontificum et Imperatorum, et ita regulariter ex ordinacione
ecclesie iam facta electio pape pertinet ad Cardinales, nisi tunc
in ea electione deficerent aliquo modo, ita quod non possent eligere
vel nollent, vel omnes mortui essent, vel potestate eis tradita ma
nifeste abuterentur, vel abusi essent, tunc electio pertinet ad universitatem

Episcoporum et Archiepiscoporum, sic ad originem redire debet et ad eos
in defectu cardinalium pertinet dispositio de papa. Qualiter facte sunt
tempore scismatis Urbani sexti et Clementis, et qualiter etiam modo fit. Nam
post depositionem Eugenii cardinales sufficienter vocati et citati ut
venirent ad sacrum concilium iuxta decretum sessionis quarte concilii Ba-
siliensis pro electione summi pontificis, qui nolentes venire nec eligere
aliud papam, sacrum concilium representans universalem ecclesiam videns quod
ecclesia non esset acephala, elegit pro summo pontifice Felicem quintum,
qui ab omnibus haberi debet pro papa, et qui contempserit pro scismatico
et heretico est habendus etc. Istis sic stantibus.
Conclusio prima. Quilibet homo viator sacrosancte Basiliensi Sinodo de
necessitate salutis tenetur obedire, patet per beatum Augustinum ad Januarium as-
serentem generalium conciliorum saluberrimam esse auctoritatem, et si saluber-
rima est salutem continet. Igitur qui auctoritati concilii contradicat
contra salutem agit. Probatur ratione. Quilibet homo viator de necessitate salutis
tenetur obedire universali ecclesie. Igitur sacrosancto concilio Basiliensi. Tenet consequentia
sacrum concilium Basiliense representat universalem ecclesiam. Et quia patet consequentia
qui non audit ecclesiam habere debet ut ethnicus et publicanus iuxta illud
Mathei xviii°. Dic ecclesie et si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus
et publicanus. Item quicumque resistit spiritui sancto non potest salvus fieri, sed
quicumque non obedit sacro concilio Basiliensi resistit spiritui sancto. Igitur
omnis talis non potest salvus fieri. Tenet consequentia maior. Patet per illud act.
vii. Quicumque dixerit verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo
neque in futuro, sed resistere spiritui sancto quid aliud est quam dicere verbum contra
spiritum sanctum. Sed minor patet, quia sacrum concilium Basiliense regitur et gubernatur
spiritu sancto ut dictum est in primo notabili, ergo qui non obedit resistit spiritui
sancto. Item si non quilibet homo viator tenetur de necessitate salutis obedire
sacro concilio Basiliensi maxime videtur de papa, ut multi asserunt
sed hoc est falsissimum et hereticum. Nam primus papa scilicet beatus Petrus
fuit obediens sacro concilio. Unde dicitur actuum viii° dicitur. Cum audissent apostoli
qui erant Hierosolimis congregati in concilio quia recepis-
set Samaria verbum dei statim miserunt ad eos Petrum et Johannem
et ipsi statim obedierunt et ad eos iverunt et oraverunt pro eis
ut acciperent spiritum sanctum etc.
Item Leo papa submisit se concilio generali et eius sententie et
determinationi. Unde dicit sic ipse quod si nos si aliquid incompetenter
aliquid egimus et in subditos iuste legis tramitem non servavimus
vestri ac iussorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio. Item titulus
Gregorii xv d. Sicut sancti dicit quod quatuor concilia quibus succedunt alia
generalia concilia recipere et venerari me fateor. Cunctas quoque quas prefa-
ta concilia personas respuunt respuo, et quas venerantur amplector
quia dum universali consensu sunt constituta etc. et non ista destruunt.
Quisquis presumpserit absolvere aut ligare quos absolvunt et ligant
Et usque quibus dicitur maxime concordum, quia si sanctus Gregorius
qui fuit papa, non timens peccatum mortale ut credit, voluit se subiuga-
re conciliis generalibus et asserit quod cunctas personas que concilia condempnant
condempnat et que venerantur amplecti. Ubi sanctus Petrus et multi
alii pape ut Zozimus, Urbanus et Gelasius, obedierunt sacris con-
ciliis, mirum quod hodie tam multi oblatrant sacro concilio, quod de-
posuit Eugenium papam propter demerita sua, cum hoc non sit novum

deposita paparum. Unde sepe obedientiam iustis et causis Romanis pon-
tificibus subtraxit universalis ecclesia, utputa de Marcellino, Anastasio, Liberio,
Johanne xiiº, Benedicto x, Benedicto tredecimo et temporibus nostris in
concilio Constantiensi de Johanne vicesimo tertio. Et quot depositi
sunt per imperatores, utputa de Ottone et Henrico imperatoribus, qui tamen infe-
riores erant ipsi ecclesie. Sed propter quid reges refugiunt sacra concilia nisi
propter aliud nisi propter avaritiam et cupiditatem eorum, que non permittit
fieri reformationes in ecclesia dei tam in capite quam in membris, per
quod illis contingeret sicut contingebat Ananie et Zaphire, Crotici
et Simoni mago, cui beatus Petrus dixit: Pecunia tua tecum sit in per-
ditionem. Actuum viiiº et viiº capitulis. Et magis admirabile est de papa,
qui debet esse primus ad obediendum sacris conciliis, ut ipse diceret
cum Christo, sunt subditi et populo christiano: Exemplum dedi vobis ut quemad-
modum ego feci et vos faciatis. Joh. xiiiº. Et probatur sic alia ratione:
papa potest peccare, igitur ipse subicitur legi evangelice, quia apostolus ait:
Si spiritu ducimini non estis sub lege. Subicitur autem inquantum peccator correc-
tioni fraterne iuxta preceptum Christi qui ait: Si peccaverit in te frater tuus corripe
eum inter te et ipsum solum; si te non audierit adhibe tecum duos aut tres
testes, et si illos non audierit dic ecclesie, id est concilio congregato,
et si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Et sub
ista lege includitur papa seu presumitur ipse. Nam dicit Christus super id
Prima ad Corinthios v: Si quis frater in vobis nominatur fornicator etc.
Et hoc loco omnes fideles intelliguntur. Igitur papa est frater. Unde et
supremus pontifex dominus noster Jhesus Christus non dedignatus est vocare
fratrem, ostendit Christo, cum dixit Marie Magdalene: Vade ad fratres meos
et dic eis: ascendo etc. Cum igitur papa est frater, subicitur correctioni fraterne
et per consequens tenetur obedire sacro concilio.

Item ipsum papa tenetur generalium conciliorum statuta et decreta recipere,
approbare, servare et defendere, utputa quia beatus Gregorius strictissime sua obser-
vat conciliorum decreta. Unde dicit xxv q. ii: Si ea destruerem que
antecessores mei statuerunt, non constructor sed eversor esse iuste compro-
barer. Et infra eadem questione: Quod vos dicatis dicitur absit a me
ut statuta maiorum cum fratribus meis infringam, quia mihi iniuriam
facit si fratrum meorum iura perturbo. Comprobatur sic ratione: frustra
sunt leges nisi sit qui tueatur eas, et quis magis debet contueri leges
et decreta sacri generalis concilii tueri et observare, que a spiritu sancto
sunt, quam papa, qui est minister superior ecclesie et dispensator miste-
riorum dei? Et si nollet ea recipere et servare, resistendum est ei in
faciem. Exemplo beati Pauli, qui ad Galatas iiº dicit, pro eo quod Petrus
dabat occasionem ut alii fideles non observarent decretum de legalibus
non servandis in tertio concilio apostolorum, Paulus resistit sibi in fa-
ciem, quia reprehensibilis erat, eo quod non ambularet ad veritatem evangelii vita-
tem. Sic etiam faciendum est pape, si non vult tenere decreta concilii
conciliorum, ei resistendum est in faciem, quia iniuriam dei et ecclesie ac
fidei in illatamque dissimulare debemus. Exemplo beati Pauli qui eodem
capitulo ita dicit: Et cum aliqui subintroducti fratres subintroissent
explorare libertatem quam habent fideles in Christo, quibus neque ad horam
cessit subiectioni, ut veritas evangelii appareret.

Item ipsum papa non potest immutare conciliorum decreta. Unde dicit Zozimus
papa xxv q. i: Contra statuta patrum condere aliquid vel mutare nec
huius quidem sedis potest auctoritas. Et propterea sacra concilia sunt in
tanta reputatione, ut quodcumque decretum in eis factum, detrahebat civitas

ewangelia ut dictum est in precedenti correlario de beato paulo, qui in faciem restitit ei, quia reprehensibilis erat petrus quia non ambulabat ad veritatem ewangelii, ut habetur ad galatas 2°. Sic scripsit Jeronimus. Sic sunt tenenda sancta ewangelia, sic sunt venera(n)da et amplectenda concilia, sed papa non potest immutare sacra ewangelia, igitur nec sacri Concilii decreta, ymmo legitur quod si papa in Conciliis promulgata decreta et statuta volebat immutare aut contra canones sanctos in Conciliis aliquid asserere vel disputare non acquiescebant ei, ymmo resistebant, ut expresse habetur in Concilio Affricano, in quo Concilio cum legati pape ondidissent litteras Romani pontificis asserentes competere pape cognoscere de appellacionibus, Episcoporum ut deliberata in primo Concilio Niceno. Concilium videt oportere veritatem per vera exemplaria dicti Concilii, quod inibi non sunt reperta que papa per suas litteras asserebat, Ideo non standum esse dixit litteris pape.
Correlarium tercium. Papa propria auctoritate sine consensu Concilii non potest dissolvere sacrum generale Concilium, patet quia sacra generalia Concilia non sunt ex hominibus sed ex deo, igitur non possunt dissolvi, ut declaratur per homines, licet ibi convenire videntur, sicut Gamaliel dixit: Si ex hominibus est hoc Concilium hoc opus dissolvetur, Si vero ex deo non poteritis dissolvere, ne forte deo repugnare videamini. Et cum spiritus sanctus est in ipsis Conciliis ut dictum est in primo notabili, Igitur nulla creatura potest dissolvere sacrum Concilium sine spiritu sancto. Et hoc patet per experienciam, quia tempore quo hoc sacrum Concilium inceperat multas persecuciones et tribulaciones perpessum sit et adhuc patitur a filiis, fratribus et amicis suis caris, qui cum suis sunt conversi in eius contrarium querentes dissolucionem ipsius, ipsum tamen inviolabile perseverat, Nam tanto pondere fixit illud spiritus sanctus sicut ita quod nec de loco moveri possit nisi quando placuerit spiritui sancto et ipsi domino capiti eius.
Conclusio 2a. Quilibet homo viator de necessitate salutis tenetur obedire sanctissimo domino nostro Felici quinto, patet per id deuteronomii xvii° Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino moriatur homo ille, et ubi permittit sequi sententiam eius, nec declinabis ad dextram nec ad sinistram. Et ad Romanos primo xiii°, Omnis anima potestatibus superioribus subdita sit. Nam non est potestas nisi a deo, que autem a deo sunt, ordinata sunt. Ideo qui potestati resistit, dei ordinacioni resistit. Et probatur sic racione: Quilibet homo viator de necessitate salutis tenetur esse in ecclesia, et esse membrum militantis ecclesie, quia extra illam non est salus, in ecclesia sicut nec extra archam fuit salus, sed quodlibet membrum de necessitate salutis tenetur subesse capiti eiusdem ecclesie, quia aliter non esset membrum nisi mortuum, quod non capit sensum, motum et influxum a capite, cui sibi non subest, Igitur quodlibet membrum ecclesie ut non moriatur spiritualiter tenetur subesse capiti, sed sanctissimus papa Felix quintus est caput ecclesie, quia est rite electus ut papam, patet ex ultimo notabili. Igitur ipse caput ecclesie, tenet ergo notabili primo.
Correlarium primum. Quilibet homo de necessitate salutis tenetur subesse ipsi.
Correlarium secundum. Non credentes Felicem quintum papam deposito Eugenio esse papam verum peccant mortaliter, patet quia tales non credunt illos illud quod ecclesia statuit, igitur tales peccant mortaliter, tenet quia sequitur bene, tales non credunt id quod statuit ecclesia, igitur spernunt ecclesiam, spernunt ecclesiam, igitur spernunt deum, tenet id Luce x° Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit, tunc ultra spernunt deum, igitur peccant mortaliter, quia contemptus dei facit peccatum mortale ut patet per diffinicionem peccati secundum Augustinum, Igitur a primo ad ultimum

tles non credunt illud quod statuit ecclesia. Igitur peccant mortaliter tertia per quem intermediam. Et hinc est quod beatus Augustinus contra epistolam fundamenti et contra fastum hereticum dicit: Non crederem evangelio nisi me auctoritas ecclesie commoveret. Cum igitur beatus Augustinus ideo credidit quia ecclesia illa recepit et non alia. Cum igitur moderni non acceptant Felicem quintum pro papa, ex quo ecclesia eum recepit et tenet pro summo pontifice, nisi quod in materia fidei partim faveat propter aliquod emolimentum eorum. Sic etiam neutralisantes peccant mortaliter ex eodem fundamento. Item quod illis neutralisantibus potest dici illud quod dictum fuit episcopo Laodicie: Scio opera tua, quia neque frigidus neque calidus. Utinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, id est neutralis, incipiam te evomere ex ore meo. Apocalypsis tertio etc.

Corollarium tertium, katholice credendum est quod sine auctoritate Felicis pape quinti in actu vel voto nullus potest salvari. Patet, nullus enim potest salvari sine sacramento ecclesie in actu vel voto, et specialiter in baptismo quo ad originale, et sine penitencia quo ad actuale. Applicatio autem istorum non potest fieri sine auctoritate pape, cum omnes inferiores ministri recipiant ab ipso auctoritatem sua ministrandi. Iuxta id psalmi: Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius etc. per quem totum corpus.

Corollarium quartum, summo pontifici malo saltem malicia morum de necessitate salutis est obediendum. Patet per dictum primi Petri secundo: Subditi estote dominis vestris, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. Et patet sic: summus pontifex malus malicia morum est nostrum caput ecclesie, igitur ei est obediendum. Tenet a comparatione corporis humani. Sed antecedens patet: Saul quo ad regiam potestatem, propter maliciam non tollit caput in Jerusalem. Igitur a fortiori summus pontifex malus est caput ecclesie, tenet quia potestas spiritualis excellit potestatem secularem, sed antecedens patet primi Regum xv^o ubi dicitur: Nonne cum parvulus esses in oculis tuis caput in Israel factus es. Et dixi notanter si est malus malicia morum. Nam si est malus malicia fidei, ut si est hereticus notorius, tunc ei non est obediendum. Iuxta apostolum ad Tytum: Hereticum hominem post primam et tertiam correctionem devita. Et Johannes in secunda canonica sua dicit: Si quis venit ad vos et non affert doctrinam istam, nolite recipere in domum vestram, sed nec ei ave dixeritis. Si autem est hereticus occultus, licet in veritate non sit papa tenendus, tamen est pro papa, quia ecclesia non iudicat de occultis sed de manifestis. Etiam nullus presumendus est malus nisi probetur etc.

Conclusio tertia, Contingit pape et sacro concilio Basiliensi sit obediendum, tamen magis necessario est de salute sacro concilio Basiliensi quam pape est obediendum, saltem si mandant contraria. Prima pars de se patet ex prima et tertia conclusionibus. Pro tertia parte probatur sic: potestas sacri concilii est maior quam potestas pape. Igitur magis est obediendum sacro concilio quam pape. Sed antecedens patet. Nam potestas sacri concilii tanta est ut porte inferi non prevaleant adversus eam, dicente Christo Mathei xvi: Porte inferi non prevalebunt adversus ecclesiam meam, quam sacrum concilium representat. Sed porte inferi prevaluerunt aliquando adversus pontifices summos super quos venit ira dei et descenderunt in infernum viventes, quoniam nequicie in tabernaculis eorum. Confirmatur, papa peccat, ergo est servus peccati. Nam qui peccat servus est peccati, Johannis octavo. Sed ecclesia non peccat, non potest, quia est virgo non habens maculam neque rugam. Iuxta id ad Ephesios iiii^o

Tota pulchra es amica mea et macula non est in te etc. Igitur est domina
Sed domina maiorem potestatem habet quam servus igitur etc. Preterea tam lex
antiqua quam nova a deo data singulares prerogativas dant ecclesie universali
quas nunquam dederunt alicui pape. Quantumcunque sancto et bono. Ipsa namque
per testimonium antiquum vocatur in Numeri xxiiii° Ego mi(chi) populum elec-
tionis, et vocatur a fidelibus sancta mater ecclesia. Ipsa vocatur per
dominum Treuorum ... Cui sedes, sola vidua etc. Ipsa vocatur per Ierem(iam)
vocatur Regina unde Regina astitit a dextris tuis. Ipsa
Ipsa vocatur sponsa dei Cantice iiii°. Veni electa mea sponsa mea.
Et Apoc. xxi Vidi civitatem sanctam nostram a deo paratam sicut sponsam
ornatam viro suo. Ipsa vocatur corpus Christi per apostolum ad Ephesios v° illo
v° talis. Et ad Colossenses i°. Sed papa non vocatur hiis prerogativis, Ymo
quod ipse non vocatur pater ecclesie sed propter honorem dignitatis vocatur pro
tempore ... Item non vocatur papa dominus ecclesie sed bene dispensator
bonorum ecclesie i ad Corinthios iiii°. Sic nos existimet homo ut ministros
Christi et dispensatores ministeriorum dei. Item non vocatur Rex sed servus
servorum dei dicente Christo Mathei xx. Quicunque voluerit fieri inter vos
maior sit vester minister. Item non est papa sponsus Christi sed ecclesia, sed bene
sponsi vicarius ad Eugenium papam. Papa vocatur paranimphus sive dominicel-
lus sponse scilicet sancte ecclesie. Item non vocatur papa corpus ecclesie sed bene
unum membrum quod est superius et primum in ecclesia, quia omnes sumus corpus in
Christo, singuli autem alterius membra i° ad Corinthios xii°. Et papa est membrum
ecclesie generale vicarium capitis ecclesie sed ecclesia universalis est corpus Christi, fide Christi
animatum et in illius membris fidelibus in una societate sacrorum ecclesie
congregatum, et tamen omne totum sit maius qualibet sua parte primo phi-
sicorum, sequitur quod potestas ecclesie est maior quam potestas pape, et tamen sacrum
concilium representat ecclesiam, quia ergo potestas concilii est maior quam potestas pape etc.
Corollarium primum, licet papa convocat concilia non tamen potestas eius est maior
quam conciliorum, patet. Nam ubi de fide agitur, tunc papa convocat generalis
concilium, et tunc sancta sinodus maior est papa, quod patet in qua-
tuor conciliis que fecerunt apostoli, quia Petrus convocabat et tamen ipse non
erat maior quam concilium. Actuum primo, de electione Ma-
thie ubi Petrus convocabat concilium credentium et surgens verba sua ad
fratres suos coapostolos dixit Viri fratres oportet impleri scripturam. Et tunc
apostoli statuunt duos, et cedit sors super Mathiam, et connumeravit eum
cum aliis xi. Ecce quod concilium apostolorum et statuit et connumeravit
et non Petrus. Et eciam maior est potestas in conciliis quam pape, de aliis
tribus conciliis propter brevitatem supersedeo.
Corollarium secundum, potestas sacri concilii est maior quam pape in auctoritate
iurisdictione et execucione patet ex dictis etc.
Corollarium tercium, declaracio articulorum fidei non pertinet ad solam personam
pape sed ad plenum sacrum concilium, patet quia sepe contingit papam
esse simplicem et minus literatum, et sic impossibile esset, si facere
per se presumeret quam totam ecclesiam in fide corrumperet. Unde nec beatus
Petrus nec presumsit per se simbolum fidei edere sed beati apostoli simul congregati
Corellarium Solitum Questio ut premittur satis vera etc.

Finis per omnia presencium

Utrum in futura vita homines sint se in actu resurget a morte Et quod
sit falsum arguitur sic Nullus homo resurget igitur in futura vita etc.
Antecedens probatur Homo enim est interitus hominum et iumentorum et equa con-
ditio utriusque. Sed iumentum non resurget igitur nec homo. Item
xiiij° homo sicut Job 14° dicitur homo cum dormierit non resurget donec celum
atteratur Sed celum numquam atteretur cum terra de qua magis videtur incidunt
stat Et ceteris homo quod homo numquam resurget igitur sequitur quod questio sit falsa
In oppositum sed quod questio sit vera patet per apostolum Cor. 15 Sicut in Adam omnes
moriuntur ita et in Christo omnes vivificabuntur. Talis vivificatio a morte pro
maiori parte hominum fiet in fine mundi ut credimus igitur in futura vita
igitur sequitur quod in futura vita homines unusquisque resurget a morte
Nota multiplex est resurrectio quedam enim dicitur prima que est a culpa ad gratiam
de qua dicit apostolus 20° Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima
Alia est a morte ad vitam de qua dicit Luce 9° Johannes Baptista resurrexit
a mortuis Tertia est a pena ad gloriam de qua dicitur in psalmo primo Ideo non
resurgunt impii in iudicio Et in primis solum loquimur ubi de resurrectione
a morte corporali ad vitam que vero est iterata copulatio anime ad corpus
ut dicit Damascenus libro 4° capitulo ultimo est copulatio iterata dissolutio
anime et corporis et eius quod cadit ut solutio est animalis et resurrectio ut dicit
Secundo notandum quod necessitas ponendi resurrectionem est ex hoc Nam homo factus
et creatus est ad habendum ultimum finem scilicet ipsam beatitudinem consequendam
tur ut magister dicit libro 2° distinctione prima Et in hac vita que miseria
est fieri non potest nec etiam in vita anime separate Nam licet anima a
corpore separata beatitudinem consequatur tamen talis beatitudo non
completa et perfecta propter naturalem inclinationem anime ad corpus Nam dicit
Augustinus super Genesim ad litteram anima beata tardatur ne tota intentione
feratur in illud summum celum sed in quandam carnem per appetitum seu de-
siderium quod habet ad vivificandum corpus beatitudo autem perfecta excludit omnem
appetitum ut dicit Boecius 3a de consolatione Et beatus Augustinus dicit
Beatus est qui habet quicquid vult et nichil mali vult Et igitur homo
consequatur beatitudinem perfectam necesse est animam reuniri corpori que fit
in resurrectione Item necessitas resurrectionis est ad tollendas tristicias que ex
mortuis accipimus propter quod est enim quod homo non doleat carnis sue sed perfectum
per spem cum resurrectionem multum dolor mortis mitigatur Unde apostolus dicit
prima ad Thessalonicenses 4° Nolumus vos ignorare de dormientibus ut non
contristemini sicut et ceteri qui spem non habent Item necessitas est quod nos
reddit ad bene operandum studiosos si enim vita hominis esset tantum ista
magn in qua vivimus hic non esset hominibus studium ad bene operandum Nam
quicquid facerent parvum esset Sed quia credimus quod pro hiis quod hic facimus
bona eterna recipiemus ideo studemus bene operari Unde apostolus prima Cor.
15° Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus miserabiliores
essemus omnibus hominibus
Conclusio prima Possibile est animas reuniri propriis corporibus in futura vita
potentia activa supernaturali ex parte dei tenente Ista enim conclusio licet sit
verissima tamen quia est articulus fidei ideo non potest probari naturali ratione
ymmo possit probari autem et rethorica persuasione Et enim sit
articulus fidei patet ex simbolo apostolorum et ex simbolo Niceni concilii
et ex simbolo Athanasii Ratione naturali etiam probari non potest quod
dicit Ambrosius Tolle argumenta ubi fides queritur Potest etiam probari dictis
auctoribus sanctorum qui sunt testes resurrectionis future Primo testes

fuerunt purgatione, quia fuerunt testes resurrectionis future qui migrantes de-
siderabant ut corpora eorum sepelirentur in terra promissionis
sic Abraham cum peregrinus in terra promissionis emit sepultu-
ram in terra Effron et ibi ipse et Sarra sepulti sunt. Genesis
xxv° et Ysaac. Genesis xxxv. Item Joseph et Jacob cum moz
tuus esset in terra Egipti fecit eius corpus deferri ad terram
promissionis. Genesis et Joseph et hoc ideo ut dicit Augustinus super
Genesim ad litteram propter futuram resurrectionem quam sperabat, credebant
enim xpm a mortuis resurgere et sperabant se resurrecturos cum ipso.
Item testis est sanctus Job qui licet esset in lege nature et esset de
gentilibus dixit tamen Job xix In novissimo die de terra surrecturus
sum et rursum circumdabor pelle mea et in carne mea
videbo deum salvatorem meum. Testes sunt prophete Ezechielis xxxvii
Vaticinare de ossibus istis et dices eis Ossa arida audite verbum
domini. Ecce ego intromittam in vos spiritum meum et vivetis
et dabo super vos nervos et succrescere super vos faciam carnes
et superextendam in vos cutem et dabo vobis spiritum et
vivetis. Testes civitatis, circa omnes civitates sperabant de fu-
tura resurrectione ut patet per Cristum civitatis. Testes sunt apostoli sicut habetur
ad Corinthios xv per totum. Testes sunt martires ut in ii° Ma-
machabeorum vii. E celo ista possideo sed propter dei
leges nunc hec ipsa despicio Quoniam ab ipso me ea recepturum
spero. Testes sunt confessores ut de eo magno confessore
legitur Mathei xii cum fecissent Judas collatione facta et
sequitur Juste et religiose de resurrectione cogitans. Testes sunt evange-
liste Johannes ergo sic dicit Apocalypsis xx Aperti sunt libri et iudicati sunt
mortui. Et hec que erant scripta in libris et dedit mare mor-
tuos suos qui erant in eo et iudicatum est de illis secundum opera
eorum. Testis est sanctus sanctorum scilicet Xpus quia dicit Mathei xxii De re-
surrectione mortuorum non legistis quod dictum a deo dicente vo-
bis Ego sum deus Abraham deus Ysaac et deus Jacob. Non est deus mortu-
orum sed vivorum. Item Johannis xi dicit Ego sum resurrectio et vita qui cre-
dit in me etiam si mortuus fuerit vivet.
Ratione autem persuasiva sic ostenditur. Primo quia est naturalis inclinatio ad sua
mam quia forma est ab informando, sed anima humana est forma corporis ergo est
naturalis inclinatio ad corpus. Et hec naturalis inclinatio est frustra
quia deus et natura nichil faciunt frustra ut patet primo celi et secundo de anima. Frustra autem
et inane esset in anima separata inclinatio naturalis si numquam corpori
reuniretur. Et ideo ne frustraretur inclinatio naturalis ergo necesse est animam rev-
niri corpori. Item sic fiet homo anime et corporis sic exigit divina iustitia
sed ita exigit quia homo qui decessit sine penitentia de commissis puniatur in
futuro perpetuo et homo qui meruit in via premietur in vita eterna
sed hoc non potest fieri nisi anime reunirentur corporibus ergo ... Ita
et ... non est sicut ... quia unum malum manet impunitum nec unum
malum irremuneratum dicit Boecius libro de consolatione prosa 4a et cum
anima bona et mala agit per corpus et mente ... ut ...
Contra primum, licet possibile sit animas reuniri corporibus in futura resurrectione per po-
tentiam se ex parte dei tenente tamen etiam est possibile hominem ani-
me et corporis in futura resurrectione per potentiam se tenente ex parte creature
... est conclusio ... quia quod repugnantiam non includit ...
potentie ... non est impossibile ... et ... me-
... homo ... repugnantiam includit ...

si repugnanciam includeret tunc non esset possibilis unio anime cum corpore
quod est contra conclusionem. Item per potentiam activam dei est possibilis
talis unio anime cum corpore et etiam ceterarum potentiarum passivarum quia activum et
passivum mutuo se inferunt ut patet ex supradictis. Ista tamen potentia passiva non
debet dici naturalis sed obedientialis patet. Nam omnis potentia passiva correspondens
potentie active in natura creata patet per commentatorem primo de generatione. Sed nulla potentia
est in natura creata per quam aliqualiter dicta potentia passiva possit reduci
ad actum. Nam dicit philosophus primo de generatione contra [illegible] possibile naturaliter loquendo
quod eius totalis corruptio idem in numero rediri quia potentia non est ad pre-
teritum. Dicit idem dicit philosophus primo de generatione et primo de celo et mundo. Sed ista potentia
est obedientialis quia omnia creata ad nutum creatoris obediunt.
Corollarium secundum. Unio anime cum corpore in resurrectione futura est miraculosa patet quia resurrectio
mortuorum est articulus fidei qui non sunt de hiis que sunt per naturam. Consequenter licet
reunio anime cum corpore sit contra naturam tamen hoc non est effective sed dispositive
reformacio tamen corporum ex pluribus est contra naturam. Quia ibi non est precedens
simile et simile. Dicitur inseparabilitas quatuor est supra naturam. Ergo simpliciter
talis reunio est miraculosa. Unde fit quod iste articulus fidei de resurrectione mor-
tuorum a multis valde cum difficultate creditur. Propter quod sancta mater
ecclesia hoc considerans cum in prima et completorio omnes articulos fidei sub
silencio dicat veniens ad istum articulum alta voce intonat carnis
resurrectionem. Et hoc ideo ut homines ex continua audientia assue-
scant hunc articulum credere.
Corollarium tertium. Reunio anime cum corpore in futura resurrectione non erit in parata animali sed
vita spirituali patet. Nam dicit apostolus prima ad Corinthios xv seminatur corpus animale sur-
get corpus spirituale. Et ratio est quia vita animalis data est homini ad
conservationem individui per nutrimentum et speciei per generationem. Et quia post resurrectionem
species humana et omnia individua erunt in naturalibus perfecta a virtute di-
vina perfecti et virtute conservate et ideo cessabit vita animalis ad
actus talium potentiarum. Et etiam tunc cessabit motus celi qui est causa
generationis et corruptionis istorum inferiorum ut dicit philosophus secundo de generatione. Et hinc est
quod falsa est opinio saduceorum qui movebant Christo dubium querentes de muli-
ere habente septem viros cuius esset post resurrectionem. Quibus respondit Christus: in resurrectione
enim neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli dei. Unde similiter sto-
lida est opinio [illegible] bibilorum qui post mortem [illegible]
ponere ollam [illegible] ad caput credentes quod in illa vita indigerent bi-
bere. Cum tamen Christus dicit: Erunt sicut angeli dei qui nec manducant nec bibunt.
Unde Thobie xii dixit angelus Raphael ad Thobiam: videbar quidem vo-
biscum manducare et bibere sed ego cibo invisibili et potu utor.
Conclusio quarta. Non omnes homines simul resurgent licet aliqui post Christum simul
resurgunt. Prima pars conclusionis patet quia Christus est caput resurrexit a mortuis
et iam ulterius non moritur ut dicit Ro vi. Etiam pie creditur de beata virgine
que iam surrexit. Etiam pie creditur de beato Johanne evangelista quia non est
verisimile quod tante sanctitatis reliquias deus permitteret esse absconditas
si essent adhuc in terris ut dicit beatus Augustinus [illegible] xxii de civitate dei. Multa corpora
sanctorum et post resurrectionem eius surgentes venerunt in sanctam civitatem et apparu-
erunt multis. Secunda pars patet quia supra [illegible] Hebreos xi deo pro nobis melius
providenti dicit glossa ut in gaudio [illegible] cum nemo magis magis sit
gaudium singulorum. Sed hoc non potest fieri nisi per omnes homines in [illegible]
corpore. Item ad Corinthios xv omnes quidem resurgemus sed hoc non est verum de
omnibus simpliciter ut dicit prima pars conclusionis. Ergo est verum de omnibus quantum
ad maiorem partem.
Corollarium primum. Omnes homines resurgentes simul resurgent a morte
patet quia omnes simul in puncto primi hominis dati sunt ad innumerationem

Dixit id Gen iij Terra es et in terram reuerteris et aplus dicit Sta
tutum est omnibus mori igr in xpo mta omes sil resurgemus qatz gz
dauit delictum suprhundauit et gra Erunt illi qui repient viui
in aduentu xpi rapient xpo obuiam in aera et in io raptu
morientur et statim reuiuiscent vn id pa ad Cor xv omes in
xpo viuificabuntur Et vn hic vifit id apli Omes quidem resur
gemus sed non omes immutabimur s in plenipotitatem glorificacionis
Et lict bte aug9 xx de Ci dei dicat plus illos resurge qui
inueniet mortui et pq viui fudat se in auctte apli j Thess
iiij° v dt hoc aut vob dicimus in vbo domini qr nos qui viuimus
qui residui sumus in aduentu domini no pueniemus eos qui dor
mierunt qm ipse in voce et in iussu archangeli descendet de celo et
mortui qui in xpo sut resurgent pmi deinde nos qui viuimus
qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam xpo in
aera / ita adhuc mortui et viui simul resurget Naz ut dt glo
sup io vbo Omes quidem resurgemus Et bte Aug9 ubi sup
Illi qui viui inuenientur passuri sut mortem et in puo spacio
et breuissima morula accepturi sut in mortem et sic inmediate
tue p nos reputat Naz dt phc zo phz quod medium distat
inter distare videtur Et ad vitatem ysaq dt Aplus in momento et
ictu oculi igr corelarium verum /
Corelarium / licz recollectio mie corpal seu puluerum fiat successiue
tn reformacio humani corpis fiat instantanee qa ps pz qz illa re
collectio fiet / et no fiet instantanee igr successiue qtz aor pz p
id Mt xxiiij vbi dr mittet angelos suos cum tuba et voce ma
gna et congregabunt electos eius quatuor ventis celi a summis celorum
usqz ad timos eorum / Sz hec pbat nulla virtus creata pt / alqd corpus
instantanee transferre de loco ad locum / Sz virtus angelorum quorum
ministerio illa recollectio fiet et virtus finita igr no fiet instan
tanee s successiue s no fiet valde tarde qz fiet in ictu oculi 2a
ps pz qz ia reformacio fiet omnte p infinitaz potentiam dei que
operatur instantanee igr 2a ps vera
Corelarium tercium / In futura resurrectione no oe resurgentes resurget de loco
sue sepulture / pz qz mortui resurget in illis locis in quibus
ipse homines sue principaliores corporis aut aor ps fuit sine in pua
fuerunt sepulti eorum tota sine no s que sit ipse principalior corporis
cz cor vel capt domini cantabriste dicunt qp caput Naz dicunt
ubi capt sepelitur ibi sepultura hominis reputatur uitz
Sed et medici quidam dicunt qp cerebrum sit pncipalis ps / phus aut dicit
qp cor et hoc eciam et sua xps qui dicit Mt xv de corde exeunt
procedunt cogitaciones male ec de isto tn no est vis sine sit caput
sine cor Ille cum locus p io ipse erit eius sepultura ubi principalior
ps corporis erit Si vo contingeret qp ome principalis ps corporis cepit
in pua loca dispergi quum ubi ille ho resurgt etc qp ille
homo ibi resurget ubi deus ipum resurgere voluit qz dei volu
tas hoc imparcitur igr colarium verum /
Corelarium 4a In resurrectione futura homines resurgentes vn sicut amar re
surget pz qz aliud dicere est fidei cum sit et derogans vitati sacre
scripture et cadet qz heretica pz sit sicut cum non esset idem corpus
Corelarium 5a qp eciam in resurrectione rennssime no dicet resurrectio s
magis noui corpis assumpcio eciam si no eet idem corpus q inio no
esset idem homo inio et ipius idem ho no pueniet finem suum qd est no
esse verum

Corollarium primum: Tamen quod est de veritate humane nature resurget patet et quoniam non autem
totum id quod per quodlibet tempus fuit de veritate corporis humane nature resurget patet nam
si id totum quod per quodcumque tempus de veritate fuit corporis humane non
resurgeret in Christo, tunc multorum hominum esset caro immoderata patet nam
si quelibet pars carnis humane resurget et quidam homo fuit valde pin-
guis et sepe macerabatur igitur si tota illa caro resurgeret fieret immoderata
magnitudo quod est inconveniens et ideo illud quod debetur per hoc statum generaliter
est superhabundancie pinguinis et ventrositatis et per consequens etiam et alia
quod fuit informitatis et carnalis non resurget in homine resurgente
Corollarium eciam licet omnis homo resurgens resurget in eadem etate non tamen
in eadem statura patet per apostolum ad ephesios iiij^o donec occurramus omnes in
virum perfectum in plenitudinem etatis Christi et per beatum Augustinum xxij de civitate
dei c. xiiij^o nota quod unusquisque habebit staturam corporis et alia
que habuisset vel habuit in etate Christi scilicet qui fuit vel fuisset xxxiij annorum
cum medio qui igitur in tali etate si habuisset maior surget cum maio-
ri et qui minor surget cum minori Sed quid tunc de humoribus utrum
an isti resurgent Dicitur quod corporis est humiditas una que ad restaura-
tionem individui non ordinatur sed a natura expellitur vel quia est incipiens
corruptionis sicut urina sudor saliva et similia vel quia ad conservationem
individui in alio individuo ordinatur ut semen lac et tales non resur-
gent quia non est de perfectione individui Alia humiditas ordinatur
ad conservationem individui sed nondum pervenit ad ultimam perfectionem quam natura
operatur in individuo Et licet sit formaliter deviata tamen ut sanguis et alii
tres humores resurgent non tamen quod convertit per imminucionem resurget Di-
videndum est in via tercendi de fore humoris in forma membri ut quando san-
guinis virtute digestiva dealbatur ut gutta. Quod neutrum tunc non resurget
Alia humiditas est membris incorporata que vocatur gluten et hec resurget quia
est de substantia membrorum Sed quid tunc de capillis et barba Dicitur quod Augustinus
Augustinus xxij de civitate dei capitulo xix^o capilli et barba non sunt per minimum
sed per bene ornatum sed quod in homine non tamen resurget id quod est de per-
tinentia eius perfectionis et prima nature intencione sed est de racione eius per-
fectione et ~~prima~~ nature intencione et ideo ungues et capilli et pili
barbe resurgent Unde dicit xxj distinctio Capillus capitis vero omnes numerati sunt
Et tamen Richardus et omnia talia resurgent in ea quantitate quod magis erunt
ad ornatum corporis Cum non est multum quod resurget quantum per restitutionem ut
rasurarum annorum est de perfectione quia in decorum aut aliquo non erit
Corollarium 3^m licet omnis homo resurget non tamen equaliter patet quia electi resurget
sine deformitatibus sed reprobi cum deformitatibus Dicit Augustinus xxij de civitate dei de-
cet a corporibus electorum omnis deformitas omnis infirmitas omnis tarditas
et ideo erunt corpora sanctorum sine ullo vicio sine ulla deformita-
te sine ulla corruptione et ideo resurget sine manu pede vel oculo
tera aut dampnatorum habebunt deformitates saltem istas quas habuit
do et si cera dampnatorum erunt obscura tarda grossa quamvis non
aut habebunt illas deformitates que provenerunt ex defectu nature diminucione
vel superfluitate ut mutacio membrorum aut gibbositas
nec non ad illum et id reprobi cum illis deformitatibus non resurget
Nam dicit apostolus ad Corinthios mortui resurgent incorrupti
Corollarium ultimum questio ut proponitur est vera et cetera

Utrum circa viros religiosos in voto obedientie et continentie possit
dispensatio intervenire

Rō Primo status religionis potest tripliciter considerari uno modo in quantum est quoddam
exercitium tendendi in perfectionem caritatis alio modo in quantum quietat animum humanum
ab exterioribus sollicitudinibus secundum illud prima ad Corinthios vii° volo vos sine
sollicitudine vos esse Tertio modo in quantum est quoddam holocaustum per
quod aliquis se totaliter et sua offert deo Et secundum hoc status religionis ex his tribus
votis integratur Primo enim quantum ad exercitium perfectionis requiritur quod aliquis a se
removeat illa per que posset impediri ne totaliter eius affectus tendat in
deum in quo consistit perfectio caritatis Huiusmodi autem sunt tria Primo quidem cupiditas
exteriorum bonorum que tollitur per votum paupertatis Secundum est concupiscentia
sensibilium delectationum inter quas excellunt delectationes veneree que exclu-
duntur per votum continentie Tertium est inordinatio voluntatis humane que excluditur
per votum obedientie Similiter inquietudo sollicitudinis secularis precipue
ingeritur homini circa tria Primo circa dispensationem exteriorum rerum et hec
sollicitudo per votum paupertatis aufertur Secundo circa gubernationem uxoris et
filiorum que amputatur per votum continentie Tertio circa dispositionem propriorum actuum
que amputatur per votum obedientie quo aliquis se alterius dispositioni committit
Similiter holocaustum est cum aliquis totum quod habet deo offert ut Gregorius dicit
super Ezechielem Habet enim homo triplex bonum primum in primo exteriorum
rerum quod quidem totaliter aliquis offert per votum volunta-
rie paupertatis Secundum est bonum corporis quod precipue offert deo ab-
renuntiando delectationibus corporis per votum continentie Tertium est bonum
anime quod aliquis offert deo propriam voluntatem quod fit per votum obedientie
Et ideo sequitur tria quod obedientia pertinet ad perfectionem religionis quia status
religionis est quoddam exercitium tendendi in perfectionem caritatis quod maxime
fit per obedientiam Secundo sequitur quod perpetua continentia requiritur ad perfe-
ctionem religionis quia dicitur ii ad Corinthios vii° mundemus nos ab omni
inquinamento carnis et spiritus perficientes sanctificationem nostram in timore
dei Sed munditia carnis et spiritus conservatur per continentiam Dicit enim prima
ad Corinthios vii° Mulier innupta et virgo cogitat que dei sunt ut
sit sancta corpore et spiritu Tertio sequitur quod paupertas requiritur ad
statum religionis quia status religionis est quoddam exercitium per quod
tenentur ad perfectionem caritatis ad quod quidem necesse est quod affectum suum
subtrahat a rebus mundanis Dicit enim Augustinus x° confessionum ad deum
loquens Minus te amat qui tecum aliquid amat quod propter te
non amat Et inter hec tria vota votum obedientie est potissimum Primo
quia per votum obedientie aliquid maius homo offert deo scilicet propriam voluntatem
que est potior quam corpus proprium quod offert homo deo per continentiam et quam
res exteriores quas offert deo per votum paupertatis Unde dicit Gregorius
xxxv° libro moralium quod obedientia victimis iure preponitur quia per victimas
aliena caro per obedientiam vero voluntas propria mactatur Unde id quod fit
ex obedientia magis est deo acceptum quam id quod fit propria voluntate
Unde quod dicit Jeronimus ad Rusticum monachum ad id tendit oratio ut doceam
te non tuo arbitrio dimittendum et post pauca non facias quod vis comedas
quod iuberis habeas quantum acceperis vestiaris quod datur Unde ieiunium red-
ditur deo acceptum cum propria voluntate secundum illud Ysaye lviii° Ecce in diebus
ieiunii vestri invenitur voluntas vestra

Secundo votum obedientie continet sub se alia vota Unde si religiosi teneantur ex voto

continenciam servare et paupertatem tamen hec sub obediencia cadunt
Secundo quia votum obediencie est a minori manuali vel iuratoria canonice
facta submissio, que submissio consistit in hoc quod totum suum velle et nolle ponit
in arbitrio sui prelati nichil sibi reservans sed tamen nichil precipiat contra
ne voluntatem rectam anime quod saluti obsistere ultimo obedire pro-
sitis (?) verius. Sed votum continencie est per quam anima ab omni delectacione venerea
abstinet. Unde et applicatur ad castitatem. Continenciam, castitati coniungit
vel est per quam anima resistit concupiscenciis pravis que in eo vehementer
existunt, sic accipit philosophus septimo ethicorum continenciam /
Item non dispensacio est iuris relaxacio. Unde dicitur relinquere quod volverat
iure vel oblacio iuris declaracio vel est dispensacio est rigor iuris per eundem
quem spectat misericorditer et canonice facta relaxacio. Unde iuxta beatum Thomam
in 2a 2e q. lxxxviii dispensacio videtur importare commensuracionem
quandam distribucionem vel applicacionem alicuius communis ad ea que sub ipso
continentur per quem modum dicitur quis dispensare cibum familie. Sed ille
qui vovit quodammodo sibi statuit legem obligans se ad aliquid quod est in
se et in pluribus bonum. Tamen potest contingere quod in aliquo casu sit simpliciter ma-
lum vel inutile vel maioris boni impeditivum quod est contra rationem eius quod ca-
dit sub voto. Et ideo necesse est quod determinetur in tali casu votum non esse ser-
vandum. Et si quidem absolute determinetur aliquod votum non esse servandum dicitur
esse dispensacio voti. Si autem pro hoc quod servandum erat imponatur aliquid aliud dicitur
commutacio voti. Et utrumque in potestate ecclesie consistit et pertinet ad auctoritatem pre-
lati qui in persona dei determinat quid sit deo acceptum. Unde 2a ad Cor-
2o Nam et ego propter vos donavi in persona, et similiter dicit propter vos. Quoniam
omnis dispensacio petita a prelato debet fieri ad honorem Christi in cuius persona
dispensat et ad utilitatem ecclesie que est eius corpus et tunc fidelis. Nam ubi
non est dispensacio fidelis etiam si dispensetur non est dispensacio sed dissipacio
ut vult Bernhardus in consideracione ad Eugenium /
Conclusio prima. Circa religiosos in voto obediencie non potest dispensacio inveniri
patet quia ut Bernhardus que sunt precepta ordinancia ad deum quam que ad proximum
et superaddita ut scilicet ecclesie statuta et instituta patrum in primis non
potest dispensare nec deus nec homo in 2is nec homo in 3is homo et deus. Sed
votum obediencie immediate ordinatur ad deum utique ex diffinicione voti et in ordine
ad proximum igitur non potest dispensari. Item votum obediencie inter alia vota
est perfectissimum et potissimum quia per continenciam vincit homo carnem suam, per
paupertatem mundum, sed in obediencia vincit homo seipsum. Sed in huiusmodi
votis non potest fieri dispensacio ut dicetur infra. Igitur nec in voto obediencie
et per consequens conclusio vera /
Conclusio secunda licet circa viros religiosos in voto obediencie non possit dispen-
sari tamen potest in melius commutari patet quia tale votum obediencie potest commutari
in curam pastoralis officii quod est melius et perfectius eo quod viri re-
ligiosi assumuntur in episcopos et in rectores ecclesiarum parrochialium que
cura melior est quam obediencia quia pluribus prodest /
Conclusio tercia circa viros religiosos qui assumuntur in statum prelacionis non dis-
pensatur in voto obediencie generaliter patet quia obediencia eciam respicit statum
prelacionis in altero cui obedire tenetur. Nam omnis obediencia quam debebit
prius suo superiori debet suo superiori et ipse a sua obediencia non potest absolvi et
ideo licet iam sub prelato esse desistit non tamen alium obedire non est et
ex quo obligacio voti deficiat ex parte una et sic ideo quia subicitur
prelato ex parte altera cui obedire tenebitur. Unde monachus qui abbati

obedientiam promittit. Si ipse fiet abbas non tenetur obedire alteri abbati
cui iam [illegible] abbaciam. Papa etiam potest eximere monachum ab inferioris
prelati subiectione quod non est in voto obedientie videlicet dispensare
sed exemptio ipse potest dici. Igitur correlarium verum.
Correlarium secundum. Ad viros religiosos qui assumuntur facti episcopi non dispen-
satur de regularibus observanciis, patet quia adhuc tenentur ad regulares ob-
servantias sed ad illas que non impediunt pastorale officium et
que valent ad perfectionis custodiam sicut continentia paupertas et similia quibus
ad que adhuc remanent obligati. Et per consequens ad portandum habitum sue reli-
gionis que est signum obligationis sue. Sed non sunt ad que officio pon-
tificali repugnat sicut est solitudo silentium et quedam abstinentie et vigilie
[illegible] quibus impotentes corporaliter redderentur ad exequendum pontificale of-
ficium ad que tamen non tenentur. Et quo ad hec possunt dispensatione uti quia
prelati religionum etiam in talibus dispensant. Igitur correlarium verum.
Correlarium tertium. Religiosi querentes dispensationem pro voto obedientie contra sedem pon-
tificem sic quod non sint sub observantia regularis discipline peccant mortaliter,
patet quia tales faciunt contra suam professionem et contra suum votum, nunc erat eis
lex, igitur peccant mortaliter. Quando tamen quia faciunt contra legem et transgressores legis,
et per consequens peccant. Etiam tales religiosi illam habent voluntatem talem per quam
nollent obedire suo superiori sed solum mala eorum voluntas que edificat ad gehennam.
Conclusio tertia. Circa viros religiosos in voto continentie non dispensatio potest
intervenire, patet ex beati Matthei apostoli qui consentire noluit quod Eufemia
virgo deo dicata regi nuberet cum se sic [illegible] ipso suo [illegible]
tebat cum potius mortem sustinuit. Et probatur: Illud quod semel
sanctificatum est deo non potest in alios usus commutari, Levitici ultimo. Non
enim potest alius prelatus etc. efficere ut id quod est sanctificatum amittat
etiam in rebus [illegible] sanctificationem, puta quod calix consecratus desinet esse
consecratus si maneat integer. Sed multo magis hoc potest facere alius prelatus ut
homo deo consecratus quamdiu vivit esse desistat. Et ideo non potest per aliquem
prelatum effici quod ille qui votum solempniter emisit desistat ab eo quod
est consecratus. Papa enim non potest facere quod ille qui est professus religionem
non sit religiosus. Et per consequens in voto continentie non potest dispensare. Igitur [illegible]
Correlarium primum. Votum continentie in religiosis non recipit recompensationem quia omnis
patet per id etiam [illegible] ponderacio non est digna anime ponderantis.
Correlarium secundum. Licet votum continentie circa viros religiosos non recipiat relaxationem
tamen votum continentie in sacro ordine recipit dispensationem [illegible]
Sed autem potest est beati Thome in 2a 2e q. lxxxviii ubi dicit quod votum continentie
non est [illegible] ordini sacro sed [illegible] statuto ecclesie. Unde videtur quod
per etiam possit dispensari in voto continentie solempnizato per susceptionem
sacri ordinis. Sed votum continentie est [illegible] ordini [illegible] per susceptionem
tamen religionis per quam [illegible] abrenunciat seculo [illegible] dei servicio [illegible]
tunc quod non potest simul stare cum matrimonio [illegible] unitas [illegible]
[illegible] et [illegible] que ad hec requirunt. Unde [illegible]
[illegible] dicit apostolus. Cum [illegible] uxore est sollicitus que sunt [illegible]
[illegible] placeat uxori et divisus est [illegible] nomine monachi ab unitate sumitur
et oppositum ad divisionem [illegible] et ideo in voto solempnizato per pro-
fessionem religionis non potest papa etiam dispensari sed bene in voto continen-
tie sacri ordinis potest fieri dispensatio. Igitur correlarium verum.

Corollarium. Licet in voto religionis non dispensatur tamen in voto continentie specialis
non solemnisato dispensatur, patet quia votum continentie non specialis non dimittit
inconveniens ... et sic non est ex alio nisi quod voto continentie dispensatur ...
Corollarium. Circa votum religiosorum in voto paupertatis nullus ... dispensare
invenitur patet per ... de ... pastore beato Petro qui voluit dispensare
ita Ananiam ... et Saphiram uxorem eius ut dicitur Actuum v°. Et patet etiam extra
de statu monachorum in fine illius decretalis Cum ad monasterium dicitur abdi-
catio proprietatis sic etiam custodia castitatis adeo tamen est annexa regule mona-
chali ut contra eam nec summus pontifex possit indulgere. Et de proprio
usuris decretalis dicit: Si proprietas reperitur apud quemquam dum est circa mortem
prope eum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilinio subterretur
sepeliatur ... quod beatus Gregorius narrat in dyalogo se fecisse. Et pluri-
bus Si posset dispensari sequitur quod posset habere aurum et argentum quod tamen
est contra bernhardum ... cum dicit ... vitam dum habeo nec denarium
nec aliquam rem privatam dum possidere si eis ... nolunt intrare.
Et Gregorius narrat in quarto dyalogorum de quodam sanctissimo viro
Ysaac qui dixit monachus qui possessionem in terra querit ... est monachus
... est ... in certis religionibus precipitur sub anathemate ut nec dena-
rium tangat manu nuda ... vera
Corollarium primum. Religiosus qui est episcopus non absolvitur a voto paupertatis patet quia
... habere tamquam ... sed dispensator tamen in bonorum ecclesie.
Corollarium. Proprietas a claustralibus omnino est fugienda, et hoc propter duo, primo
propter exemplum uxoris Loth Genesis xix, que respiciens post se versa est in statuam
salis, sic claustralis concupiscens divicias mundi quas simulat se reliquisse
vertitur in statuam salis, et hoc exemplum ... domini ad membrorum ... ...
dicens: memores estote uxoris Loth, et Luce ix Nemo mittens manum ad
aratrum et respiciens retro aptus est regno dei. Secundo propter id quod legitur
Josue septimo de Achor qui furatus est de anathemate in Jericho scilicet pallium
coccineum bonum valde. Jericho interpretatur luna, mundum figurat, qui mu-
tabilis est admodum lune, et dicitur ex anathemate religiosus in illius ... ...
furratus est Achor, et ... proprietas ... in pallio coccineo ... cum saccio
secularis, pallium coccineum significat quod religiosus retinet seculare in ...
... in moribus ... in argento ... ... argenti intelligitur proprietas
... religiosis omnino prohibita et abrenunciata in regula
aurea ... proprietas ... voluntatem quia regula que a regendo
dicitur pertinet ad voluntatem que est regina ... imperium in homine. In hac
... sunt nobilia religiosi ... quod deus dicit: Non ero
ultra vobiscum donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. In quo in-
nuitur quod deus contra totum conventum irascitur propter unum fratrem proprietarium nisi p-
uniatur sicut Achor. ... est quod ibi legitur: Anathema in medio tui Israel
est, non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur qui hoc contaminatus est
scelere, in quo patet quod propter hoc ... dyabolus habet potestatem ... ...
in multa ... est id quod dicit Josue ibidem, Quia turbasti nos ex-
turbet te deus in die hac, in quo notatur quod propter turbacionem ceterorum
non sunt dimittendi qui ... irreligiosi et irregulares debite puniantur ...
est quod subditur lapidavit eum omnis Israel et cuncta que illius erant igne
consumpta sunt, in lapidibus increpacio intelligitur de quibus lapidibus
est proprietarius in igne intelligitur zelus quem sunt habere claustrales contra
hoc vicium ... qui detestabilis est proprietarius detestabilior tamen si abbas et

et totus conventus unanimes consenciat et laborat in hoc vicio scele-
ratissimo sibi ipsis congregando certis fratribus pauperibus in eorum [illegible]
totaliter exclusis /
Corollarium tercium, abbas non potest dispensare cum monacho quod habeat proprium vel quod habeat
administracionem aliquarum possessionum quas posset suas proprias querere
patet quia hoc non permittere quod ipse per se magis tenetur habere quam ipse magis
[illegible] tenetur habere patet hoc et extra de statu monachorum ubi dicitur ut omnes
nigram regulam sequantur et ab hac lege nec abbas nec prior eximitur
Et quamvis abbas administracionem habeat rerum ecclesiae non tamen dicendum in
monachis habentibus proprium non est monachus Nam racione sicut homo constat et eo
quod est aliquid animale mortale et rationale et fide spe et caritate Sic
monachus ex obediencia paupertate et castitate et si unum istorum timore
deest / sicut aliquid animale mortale non est homo / vel si fides spes
et caritas deest non est christianus Sic etiam de istis tribus aliquod
deest non est monachus Item de monacho ingrediente monasterium
sic dicitur / Res si quas habet aut pauperibus erogat pauperibus aut facta solempniter
in legacione conferat monasterio nichil sibi reservans ex omnibus Et
ergo haec est forma quod monachus non suscipitur nisi omnibus renunciet
et talis sibi nichil retinet Et hinc est quod ad professionem monachorum
tamquam regnum mundi et omnem ornatum seculi contempsi et cetera
beatus Bernardus dicit etiam in libro de dispensatione et precepto quod ita
ista professio habeat prerogativam meruit quod appellatur secundum baptisma
moritur mundo et divino vivatur Sed professa renunciacio consistit in
mundo [illegible] Unde in regula beati Benedicti habetur de filiis nobilium quod parentes
racione puerorum promittat sub iure iurando quod numquam per se neque
per suspectam personam vel quomodo ei aliquid dent aut tribuerit occasione
[illegible] habendi /
Corollarium quartum Questio ut proponitur est falsa / et cetera
Votum paupertatis est promissio facta qua omnia propter deum
sponte et libenter dimittit nichil preter sola necessaria possidens
Item sciendum posse in cuius racionis dicit possibilitatem in sua
quia habet dicunt posse quod iure possumus

Utrum eukaristie sacramentum sit dandum laycali populo sub utraque specie Et videtur primo quod non Contra ex antiqua consuetudine universalis ecclesie et moderna declaratione Constanciensis concilii igitur conclusio falsa sed quod conclusio sit vera videtur ex hussitarum opinione et ipsorum frivola assertione
Igitur conclusio vera etc. Conclusio prima Sacerdos actu celebrans impedimento non superveniente tenetur sumere sacramentum eukaristie sub utraque specie, patet quia Concilium Toletanum statuit (sic habetur de consecratione distinctione secunda capitulo Relatum) ubi dicitur modis omnibus tenendum est ut quotienscumque sacerdos corpus et sanguinem domini nostri ihesu christi in altari ymmolat totiens perceptionem corporis et sanguinis participem se prebeat. Unde subdit quale erit sacrificium cui nec ipse sacrificans particeps esse dinoscitur. Per hoc autem sit particeps quod de sacrificio sumit, et iuxta apostolum prima Corinthiorum 10 Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris, eo quod in ipsa sumptione sacramenti sortitur complementum sui sanguinis Ideo oportet ut sacramentum compleatur quod sacerdotem sacramentum sumere sub utraque specie Corollarium primum Sacerdos celebrans et sub utraque specie non communicans cessante impedimento imperfectum sacrificium offert loquendo de perfectione non significationis patet ex conclusione et eius probatione Corollarium secundum Sacerdos celebrans et sub una specie non communicans licet imperfectum offerat sacramentum quantum ad significationem, perfectum tamen sumit sacramentum quo ad ipsius effectum prima pars patet ex corollario precedenti, secunda pars patet ex hoc quia sub utraque specie christus integraliter continetur, qui ipsum sacramenti effectum operatur Corollarium tertium Sacerdos sine impedimento celebrans et solum sub una specie communicans tenendus est reus sacrilegii patet corollarium per Gelasium papam de consecratione distinctione secunda capitulo Comperimus ubi dicitur quia divisio unius et eiusdem sacrificii sine grandi sacrilegio afferri non potest etc. Conclusio secunda Nullus sacerdos ex celebratione misse debet communicare sub utraque specie. Ista patet ex canone Gelasii pape de consecratione distinctione secunda capitulo Comperimus ubi in glosa dicitur quod sacerdotes ex celebratione misse debent sicut in infirmitate vel captivitate tamen sub una specie dominicum capere sacramentum. Et ratio est quia sit sacerdos gerit personam privatam et accipit sacramentum solum ad suam refectionem spiritualem quam plenarie consequitur sub una specie Igitur conclusio vera Corollarium primum Nulli sacerdoti vivendi de altari licet a consecratione omnino cessare sine divina iussione, patet quia sic celebratio est de sacerdotis officio, eo quod ipse sit mediator inter deum et homines ut offerat dona et sacrificia pro suis et aliorum peccatis dicit apostolus ad Hebreos, et per quas gratiam sibi datam vacuum recepisset, et eos defraudaret de quorum sudore vivit si omnino a celebratione cessaret saltem cessantibus impedimentis Ideo quod dicit beatus Thomas conclusione octuagesima tertia [illegible] articulo [illegible] tertie partis etc. Quilibet sacerdos minime in precipuis festis et illis diebus quibus fideles solent communicare debet celebrare, Et dico nonnisi sine divina iussione quia iuxta sanctum Thomam constat primum legitur quando dominus cuidam sacerdoti omnino prohibuit ne in vita sua aliquando celebraret divina Corollarium secundum Christus dominus in ultima cena apostolis tamquam sacerdotibus pro tunc non celebrantibus tradidit sacramentum corporis sui sub utraque specie non tamen est faciendum moderno tempore, patet quia dominus non pro tunc, potius tradidit formam consecrandi quam modum sumendi, eo quod modum sumendi magis reliquit ordinationi ecclesie Et ipse preveniens dixit Iohannis 16 Adhuc vobis multa debeo dicere sed modo non potestis portare nunc autem mandatum ecclesie supervenit in quo prohibuit ne aliquis non celebrans non communicans sub utraque specie Igitur corollarium verum Conclusio tertia et ultima Nequaquam laycali populo dandum est sacramentum sub utraque specie, patet quia est contra consuetudinem antiquam universalis ecclesie et modernam constitutionem Constanciensis concilii propter varia pericula precavenda, que communi populo possent evenire Igitur conclusio vera Corollarium primum Non semper in primitiva ecclesia laycali populo porrectum est sub utraque specie licet sic fieri debet moderno tempore, patet quia ecclesia ex certis causis sua auctoritate plura mutat, que olim observabat, sicut ex evidenti constat hoc facere circa baptismum et matrimonium [illegible] Corollarium secundum pertinaciter asserentes populum laycalem communicandum esse sub utraque specie intuitu sui [illegible] dicendi, patet quia hii contra declarationem universalis ecclesie et eius consuetudinem approbatam, falsum dogma docerunt quod sapit heresim [illegible] Corollarium ultimum extremis oppositum est verum et concedendum et per consequens quod est falsum et heresis manifeste patet ex conclusione et eius probatione Pro maiori declaratione huius sive et ut errores hussitarum cognoscamus [illegible] quibus studia diligentius fugiamus et vere katholice efficaciter adhereamus

Videndum est primo quo ipsi errant circa sacre scripture intellectum recipiunt scripturam
in nudis verbis sine relacione et comparacione earum ad invicem solum secundum expositorem
sue assercionis et non iuxta intellectum sanctorum et approbatorum ecclesie ecclesie, sed ex maxima
protervitate et nimia presumpcione. Quarto videndum est quo scriptura accipi
enda est et exponenda et per quem est approbanda. Secundo quo in eorum expugnacione
ad propositum magis procedere potest declarare quod per potenciam valet. Tercio unde
venit eorum error, et quare deus eum permisit et huiusmodi permittit. Quarto quis
modus fuit in primitiva ecclesia circa sacramentum eukaristie in populi communicacione.
Quinto quare id sacramentum modo datur sub una tantum specie et precipue sub specie panis.
Sexto quare non datur sub specie vini populo laycali. Septimo quare communicacio
sub utraque specie est contra Cristum, vetus et novum testamentum et contra approbatos
doctores. Octavo qui sunt eorum errores propter quos eis non est credendum. Nono
videbitur de obiectionibus eorum et solucionibus argumentorum, et de modo solvendi
generali omnes auctoritates eorum. Quantum ad primum premitto quod contra sacram scripturam
non est admittenda alicuius auctoritas neque alicuius hominis racio, nec valet aliqua con
suetudo nec constitucio nec observacio, intellectum contra ipsam conatur concludere, eo quod
ipsa est regula fidei, que fides non potest errare, ut habetur quod divina inspiracione et
est eius auctor spiritus sanctus, et ideo tenenda est quod una pro contra concedentes singulas
partes ad invicem et unam probans et exponens per alteram, eo quod si una pars sacre
scripture assertive posita per auctorem suum qui est spiritus sanctus esset falsa, tunc tota
auctoritas eius vacillaret, sicut dicit beatus Augustinus. Et racio eadem ad credendum unum ipsarum
sicut alterum est auctoritas divine revelacionis ex qua omnia iam prevenerunt. Ideo quamvis scriptura
consideratur in eius aliqua parte vel proposicione, tunc non est accipienda in solo tenore illius
proposicionis dumtaxat in sensu illo quem illa proposicio sic per se et inde considerata facit, sed
referenda et comparanda est concordanda ex comparacione ad alios passus eiusdem per certi
tatem exposicionem concordando passum cum passu, et meditando unum per alterum sicut fit
in aliis doctrinis in quibus sensus et intencio unius dicti elicitur ex aliis, quod alius in
sacra scriptura et in qualibet alia sciencia essent plurima mendacia et contradictores
sine veritates, et de hoc patent exempla quasi innumerabilia. Nam dominus dixit
Mathei ultimo: Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Qui enim in
hac scriptura et similia simpliciter stare, non admissa aliqua collacione eiusdem
cum aliis, manifeste errabit, ponendo quod sola fides sufficiat baptisato
ad salutem sine aliis virtutibus, et tunc nullus cristianus dampnaretur. Sic Iohannis
VI° dicit dominus: Ego sum panis vivus qui de celo descendi, si quis manduca
verit ex hoc pane vivet in eternum, quod sic sola manducacio sufficeret ad
salutem quod falsum est, ideo sic primo referendum est ad alia, ita eciam id verbum Cristi
in quo hussite principaliter fundantur: Nisi manducaveritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, referendum est ad
precedencia vel ad sequencia, sicut et Cristus per se id exposuit prius ea dicens: Verba
que locutus sum spiritus et vita sunt. Et qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem in me manet et ego in ipso. Modo quamvis sacra scriptura
accipiat in suis assercionibus, recipiat exposicionem, tamen in eadem exposicione
sacrarum partium requiruntur homines preditos ingenio, exercitatos in studio, humiles
in iudicio, immunes ab affectato vicio, quia ex opposito alicuius istorum quatuor
solet facillime falsus intellectus in ea suboriri, sicut dum fuit homo hebes
ingenii inhers et neglector scriptura superbi iudicii, aut infectus et
dampnatus ex affectione alicuius vicii aut opinionis proprie, quia excitat tales
malicia eorum, sicut hoc apparet in hussitis qui sibi et non aliis volunt credere.
Ideo ipsa sacra scriptura in sua primaria exposicione habuit homines eruditos
divina revelacione inspirante spiritu sancto, et non solum humana racione et studio
instructi, sicut hoc patet de ipsis apostolis inter distributores graciarum enumerat interpretacionem
sermonum, et sermonem sapiencie et sermonem doctrine. Igitur in exposicione scripture
comparandi sunt doctores cum doctoribus, et illi qui habent conductus per auctoritates pre
ferendi sunt non habentibus. Ideo ipsa scriptura sacra non est nude recipienda
exceptis aliis tradicionibus hominum, sed ad veram eius intelligenciam recurrendum est glos
sis, doctorum ac iuribus humanis, canonibus et decretis, vel eius et heretici
doctores studio exquisitissimo pro suis assercionibus colorandis et corrobora
dis allegare solent, et nonnunquam tales qui nullius sunt ponderis, licet nolint
recipere aliquid contra se quos allegant pro se, verum intelligentes et discerpentes
hinc inde particulares porciones que eis adiuvant in totum porcione
considerandum est eciam quod ipsa sacra scriptura non solum in suis dictis originalibus
recipiat exposicionem et interpretacionem, sed eciam in suis expositoribus, quia id quod
fit, fit in principali, similiter potest fieri in utili et minus principali, et quod doctorum
dicta multo aliquando primo interpretarentur quia eorum concordancia sepius tenguntur
ad concordiam, que tamen seorsum accepta videntur discrepare. Hinc est quod quamvis
sacra scriptura ab aliquibus indicatur tamen accipienda et credenda sit in suis
terminis absque admissione alicuius interpretis et expositoris, nullum videtur

Hussite faciunt exponentes se gravibus erroribus periculis et magnis scandalis, eo
quod huiusmodi presumptuose applicant se ipsos in dictis suis, quod per alios sit ipsis credendum
et aliquid equale preponere doctores, quos inductos contra se non admittunt. Et voces
tres vitare omnem expositionem, incidunt in multiplicem contradictionem. Et quemadmodum
litteraliter iudei inceperunt errare, eo quod iudei in antiquis traditionibus legis vete
ris expositiones suorum doctorum, ut Raby Samuelis et Moysis, sic traditum habent
prius expositiones suorum doctorum, et sub mortis obligatione sacerdotibus leviticis generis esse credendum
in lege Deut. xvii° dub mortis obligatione, Et ex hac etiam radice pestifera venerunt errores de restaurando, in
et obediendo. Et ex hac etiam radice pestifera venerunt errores. Et ex hac seduxare
quidem in vulgarem habent translationem Biblie, qua tamen secundum se intelligere seducare
Item credendum est quod expositores sacre scripture roborant et auctoricant per receptores et approbatores
Item credendum est quod expositores sacre scripture, que in his que
fidei sunt, que est infallibilis regula, sive sancta scriptura, que in his que
fidei sunt nec fallere potest nec falli, et hoc est tenendum sicut primum principium in fide, quo
non credito non est contra sic negantem, ut negantem
non credito non est contra sic negantem, ut in philosophia est disputandum. Et
omnia principia in speculabilibus vel moralibus tamen philosophi disputando.
Ideo sacra scriptura in sua expositione habet respectum ad consuetudinem
universalis ecclesie et propterea habet in maiori reverentia et auctoritate ea que fidei sacra
menta respiciunt, et ipsorum dispensationem quam auctoritatem beati Augustini vel cuiuscumque
doctoris, cum approbatio stat per ecclesiam. Item concedendum est quod sacra scriptura, ideo permittit
doctorum, cum approbatio stat per ecclesiam. Item concedendum est quod sacra scriptura, ideo permittit
tente patitur in suis lectoribus, quod aliqui eorum errent et perverterunt, quibus tamen qui
probati sunt manifesti fiant sicut dicit apostolus. Et ut diligentia doctorum excitetur, et veritati
bilares virtutes quotidiano exercitio reperiuntur et elucidentur et ipsi magis me
reantur, insuper qui sic patitur pertinentes contra ista que manifeste sunt tradita
in ea, et per universalem ecclesiam declarata, et per fidelium observationem recepta, tunc ipsa
de heresi et defensione magnis iudiciali severitate et executione punitur quod
ratiocinatione argutiva per scripturas aut verba, eo quod huiusmodi negant talia per que
debent ad viam veritatis reduci, nec volunt alia recipere quam que repererunt in
Biblia, cum tamen ex ea non possunt habere formam sacramentorum, et quod Christus miscuit
aquam vino, quod vinum consecraret, et ita de multis aliis est dicendum. Similiter
de secundo quod est etiam in expugnatione eorum procedens directo, facit per invocationem
brachii secularis, magis quam per rationes verbales contra eos extendit. Primo
quod declaratio in concilio Constantiensi contra eos publice tractata et animo obsti
nato noluerunt audire, sed etiam totiens molliter contra ecclesiam et rectores suos deste
runt et auditum suam certissimam damnationem. Secundo quod contempserunt censuram
ecclesie et sectorum dogmata per que debent reduci. Tertio de quo valde mirandum est
ipsi ex isto verbo: nisi manducaveritis carnem filii hominis, contra veritatem ecclesiam
voluerunt concludere, quod sacramentalis sumptio corporis et sanguinis Christi sub utraque
specie cadat sub necessitate salutis, et ex precepto divino quo ad omnes homines sicut
baptismus aque, cum tamen contrarium istius manifeste patet per doctores, et sine tali sumptione
stat salus salvi in prolibus et parvis ex primo usu vero constituit sic observat
ecclesia, eo quod ipsi non possunt probare suam conscientiam, nec habere differentiam huiusmodi ex
aliis prius dicit apostolus dicens: Probet autem se ipsum homo etc. Sicut etiam adul
tis in specie more morientibus in aqua vel in terra sic contingit per submi
sionem vel sicut in persecutiones vel innumerorum invasionem vel per continuum
impedimentum vomitus. Sicut hoc accidit venerabili Hugoni de sancto Victore.
Ad quartum contra hoc est consuetudo universalis ecclesie, quam qui negat caret sensu, si non
vere sed flagellatione de compescit. Ad quintum quod ipsi non attendunt quod Christus premisit:
Ego sum panis vivus, si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum.
Ubi intellexit loqui de potu. Igitur iuxta verba secundum se supplicationem facit Christus me
diatorem sicut manducationem sacramentalem panis requirit sumptio vini sacramen
talis, eo quod idem Christus est una conditionalis, cum omni gratiam tamen eos stat cum
ante sumpto in se secundum sua verba. Ad non sequitur iste manducat ex pane
sacramentali, igitur vivet in eternum, ergo quod repugnat cum tamen talis non vivet
sine sumptione vini sacramentalis tamen eos. Ad cum quod Christus postea exponit de sump
tione spirituali dicens: Verba que locutus sum spiritus et vita sunt. Et qui mandu
cat meam carnem in me manet etc. Unde dicendum est de tertio, scilicet unde venit
error ipsorum hussitarum, quod licet sit error ipsorum hussitarum venit ex pro
pria arrogantie in nimia presumptione, nihilominus Deus permisit eum errorem ad
eliciendum tanta bona, quorum primum est ut manifestum fiat, qui habent veram
fidem et qui non. Secundo ut magistri doctores et prelati cum maiori dili
gentia legant scripturas et considerent quod spiritus sanctus precendit in ipsis. Tertio
ut manifestent occultam veritatem latentem in scripturis legendo et predicando
ut per hoc magis mereantur. Post hoc dicendum est de quarto, scilicet quibus modis
fuit in primitiva ecclesia circa sacramentum eucharistie in populi perceptionem
quod aliquando fieri potuit sine peccato, primo cum constat, quod aliquando laici communi
caverunt sub utraque specie, sic aliquando fiebat consecratio in fermentato pane

ne iudaysare videtur etiam. Et forsitan plures post Christum in primitiva ecclesia communicaverunt
post cenam, et sic deinde alios hoc sacramentum ad conformandum se Christo, licet hoc
non habeatur aliqua firma scriptura et certitudo. Duas tamen facit a laycis
utraque specie numquam fuit de necessitate sacramenti et de iure divino sub pena eterne
dampnacionis sic dicunt hussite. Cum Christus nullibi videtur hoc mandasse sed etiam
reliquisse sic plura alia. Quando ergo fiebat ab ipsis laycis circa preceptum
vel consulere aut permittere bene fiebat. Nunc vero quia ille modus certa racione
voluit et cessavit, et opposita consuetudo invaluit que est optima legum interpres, et per ecclesiam tunc est obediendum, sic communicatio ipsa et declarata in dicto
in Constanciensi concilio, tunc eorum presumptio est valde temeraria et presumptuosa
scandalosa et periculosa et ecclesiastici ritus turbativa, et per omnes eterne
dampnacionis inductiva. Nec obstat quod ipsi dicunt laycos plus mereri
in sumptione sub utraque specie, quam sub sola forma panis, eo quod melior
est obediencia quam victima, cum tamen etiam potest prohiberi aliquid que prius aliquando
meritum augere, in aliquibus propter maius bonum adhipiscendum vel malum evitandum sive declinandum. Sic licet sit de necessitate sacramenti et de iure divino, quod consecracio fiat per certam formam verborum in tali panis materia et per sacerdotem cum altari consecrato cum talibus vestibus sive corporali evangelio et ieiuno stomacho, hec
eciam et similia sunt de solo precepto humano et variabilia, sic quod etiam ex causa racionabili sive tamen racionabilibus potest omnia premissa vel aliquid eorum commutare, et mutata sub precepto tradere, ita quod tunc peccaret homo faciendo illud in quo mereretur, et quia etiam negatur multa que conceduntur paucis. Ideo ob multiplicacionem
fidelium et devocionis defectum et ad evitandum plura pericula mutatur etiam ritum
prius consuetum. Ideo dicendum est de quinto quare videlicet sacramentum non datur sub specie
vini et precipue sub forma panis. Circa quod est considerandum, quod duobus modis
sunt aliqua in sacramento hoc, quia quedam manifeste, quedam occulte. Manifeste namque
ibi species panis et vini quia eedem que fuerunt ante consecracionem, sed quia tunc odorabantur videbantur gustabantur et tangebantur et audiebantur in fundendo et frangendo.
Igitur et porcio et eedem species sunt sacramentum quia sunt rei signum. Sed occulte
sunt ibi corpus et sanguis Christi anima et divinitas et ipse totus Christus deus et homo
glorificatus, quorum nullum illorum ibidem percipitur aliquo sensu exteriori sed sola fide
assercionem ecclesie et verbis Christi tamquam deo infallibiliter credimus, et hoc ex miraculis cognovimus, et sanctorum attestacionem. Et omnia illa sunt sub utraque
specie licet diversimode, quia sub specie panis est solum corpus virtute sacramenti, quia
panis solum convertitur in corpus, in quantum vis consecracionis verborum, dicitur
in ipsum fiatur, et alia ea que ibi sunt, concomitantur racione unionis. Sed sub
specie vini est sanguis virtute sacramenti, quia vinum solum convertitur in sanguinem, et alia sunt ibi concomitative racione unionis, et totus Christus utrobique
est racione indivisionis, eo quod omnino indivisibilis est racione sive impassibilis.
Et est ibi tamquam res sacra contenta et significata nisi indubitabilem fidem
quam circa hoc sacramentum habemus ex assercione ecclesie, ex qua assercione certam
credimus, quod Christus totus est sub tota hostia et sub qualibet parte eius speciei.
Et quia quelibet species sacramentalis sit Christum tamquam continens sive integrum, et ista duo
sunt consideranda circa id videlicet sacramentum scilicet efficacia et significacio sive operacio
et significacio. Quo racione efficacie non species est de necessitate sacramenti nec una plus
quam alia nec ambe plus quam una, sed quelibet illarum sufficit, eo quod efficacia sacramenti non sunt ex parte signi, eo quod eedem species sunt post consecracionem que ante
fuerunt, sed ante non operabantur effectum nec porcio. Sed efficacia sunt ex parte contenti
scilicet Christi dei et hominis qui continetur sub utraque specie et operatur totaliter effectum ipsius sacramenti
et eundem effectum sub una sic sub alia specie. Sed ex parte significacionis ambe
species requiruntur, et quelibet earum est de necessitate sacramenti quo ad integracionem
et perfectionem, eo quod per ambas species sufficienter earum scorsum et complete exprimitur
huius sacramenti significacio, quod sic patet quia hoc sacramentum significat Christum esse plenarie reficientem digne manducantem sacramentaliter. Sed cum plenaria sacietas
et refectio non fiat in solo pane et vino sed in utroque. Ideo non potest una species
sola significare Christum ut plenarie reficientem, sed una significat eum per modum
cibi saciantis racione corporis sui, et alia per modum potus racione sanguinis, sed ambe
sunt hoc complete significant, et ideo ambe requiruntur. Secundo hoc sacramentum sit memoriam passionis dominice prout Christus scorsum passus est in corpore vulnera
cionem, et in sanguine effusionem, sed sub nulla illarum specierum significatur utriusque, ideo
sed sub ambabus in quantum species panis refertur ad corpus, et species vini ad
sanguinem, et ideo propter istam completam significacionem requiruntur ambe species.

nota bene

efficacia unde

Tertio hoc sacramentum significat nostram plenam redempcionem quo ad corpus et animam / sed hec
significacio non posset fieri per aliquam illarum / sed per ambas simul / quia per speciem panis significatur
corpus / et per speciem vini anima cuius sedes est in sanguine et ex istis post misterium simul generaliter
modo loquendi sumptive dicetur cum sedes anime est in sanguine et ex istis post misterium
cum duplicat aliqui requiritur ad integritatem et perfectionem huius sacramenti circa vnum ex parte
operacionis / aliud ex parte significacionis / sed licet ad integritatem et perfectionem huius sacramenti ex parte
efficacie sufficiat vna illarum specierum / tamen ex parte significacionis requiritur vtraque. Tercio
quia eciam eandem formam instituit fieri in celebracione misse / eo quod illa est principalior representacio
passionis dominice. Quarto quia Christus illam perfectam formam sacramenti fieri voluit per sacer-
dotes / eo quod dedit eis potestatem hoc sacramentum conficiendi / et aliis ministrandi conficien-
dotes / eo quod dedit eis potestatem ... et per consecracionem eis tradidit. Quinto eciam inviolabiliter observari
coram eis confecit / et post consecracionem eis tradidit. Quinto eciam inviolabiliter observari
precepit / vt sacerdotes missarum solempnia celebrantes sub vtraque specie conficiant et su-
mant / quemadmodum fecerunt sicut Christus in cena confecit et sumpsit / eo quod tunc personam Christi conficientis
et mediantis inter deum et homines gerant / et ne sacrilegium committat se privando fructu et
eciam racione. Sexto eciam precepit sacerdotibus publice celebrare coram populo in quantum ipsi
sunt mediatores inter deum et populum / quemadmodum ex hoc populus assistens quotidie divinis
ex perfecta racione sacramenti / consequitur eius effectum / in quantum homines devote memo-
ria passionis et nostre redempcionis induatur fervorem vel augmentum dileccionis /
Septimo quia licet in principio ecclesie potuit esse modus communicandi sub vtraque specie / crescente
tamen multitudine populi christiani / provide et racionabiliter inducta est consuetudo dandi
eukaristiam solum sub specie panis et hoc multis de causis. Primo quia laycus capiens
sacramentum non efficacie ad refectionem spiritualem et non ad formam dominus sub specie panis
vnum effectum / id est tam magnum consequitur ac si sub vtraque specie sumeret / eo quod totus
Christus qui est causa efficacie / est sub vtraque specie / et hoc designat ecclesia cantando Caro
cibus sanguis potus / manet tamen Christus totus sub vtraque specie. Videri assecit illud ex v-
de. Et alibi super quarto recitando hanc hystoriam. Cum quedam religiosa persona sta-
bat apud quemdam puerum sacerdotem / qui eam communicare sub vtraque specie / non eo...
celebrante / cum frangeret hostiam / et vellet ponere particulam in pathenam / tunc tota
concavitas pathene / visa est repleta sanguine / tunc obstupescens ipsa religiosa
et alii circumstantes / sed dum componeret illam partem hostie / totus sanguis visus est
remeare / etc. peticionem et eorum temptacioni fuit satisfactum. Et racio huius est quia corpus
Christi est glorificatum / et per consequens impassibile et indivisibile / et ideo vbicumque est
ibi est cum sanguine totum et tamen est vivum non est sine sanguine. Item quia recipientes
corpus Christi sub specie panis / eciam recipiant sanguinem. Et probatur quod
in compendio theologice veritatis / et super quarto ponendo exemplum in bibito vino
in mensa que dum comeditur eciam bibitur vinum per modum potus sub specie panis.
Dicere sicut recipiens corpus Christi sub specie panis bibit eciam sanguinem con-
comitanter licet non sub proprio signo / quod signum laico vel fiet ad salu-
tem licet opereretur in oblacione quo ad representacionem. Item ponit sanctus
Gregorius in libro dyalogorum multa miracula certis non credentibus sanguinem
esse sub specie panis / eo quod illa species panis versa fuit in cruentam carnem
sic sub forma digiti / sicut patet in tribus exemplis in vna muliere que dabat
ei panem ad conficiendum. Secundo eciam dat sacramentum eukaristie ipsis sub
sola specie panis ad precavendum multiplex periculum / precipue infidelitatis
erroris et effusionis / que de facili possent ingeri mentibus simplicium
sub vtraque specie / eo quod possent concipere quod sub specie vini / solum esset san-
guis / et sub specie panis tamen esset corpus / et non totus Christus vtrobique / et cum
daretur eis divisim. Item possent credere quod tanta esset dignitas laycorum
circa sacramenta sicut sacerdotum / et quod vsus sacramenti non esset principalius
in consecracione quam sumpcione. Item quod semper debuisset dubitasse vtrum factum
sed tamen sancti hec non fecerunt / maxime a tempore doctorum. Item quod ecclesia
Romana erraret circa sacramentum / et generalia concilia non essent inmitanda
etc. fierent scismata in ecclesia. Item hoc confirmat ecclesia in quantum bona
quinta feria fiat sacramentum solum sub ... panis ad feriam sextam / in qua
die sacerdos conficiens solum capit sacramentum sub specie panis et cum bona
venturam / eo quod ista die plus sumitur ad implecionem officii quam ad sig-
nificacionem / eo quod ista die non est passionis significatum per sacramentum / eo quod istud totum
dies et eius officium / est memoriale passionis / quod tamen tunc sumere
ad refectionem sacerdotis / que refectio sufficiens fit sub vna specie / eo quod totus
Christus est sub eadem specie / sic eciam racionabiliter ecclesia communicat laycos sub
vna specie / eo quod ipsi solum recipiunt sacramentum ad refeccionem et non ad si-
gnificacionem

Item illud confirmat xpus, eo quod in cena constituit illud sacramentum, solum fuit in discipulis quos tunc consecravit in sacerdotes et solum eis dedit sub utraque specie. Nec legitur quod xpus alicui laycali persone dedisset sub utraque specie, eo quod qui turbas non fuit aliqua mencio de vino sed solum de pane. Sic quod duo discipuli in Emaus cognoverunt eum in fractione panis non fuit aliqua mencio de vino. Et licet aliqui legitur percepisse xpm sub utraque specie, tunc quidam fecerunt ex devocione sic sanctus Donatus et Cyprianus qui pericula intelligentes fecerunt, sic Donatus in fractione calicis a suo more cessaverunt. Alii autem hoc faciebant ex errore fidei, eo quod credebant non totum xpm capere sub panis specie, sic fecerunt Nestoriani. Alii autem faciebant ex errore precepti, putantes esse preceptum xpi sumere sub utraque specie, sic fecerunt Pelagiani et modo Hussite. Et ergo ad precavendum
sacrilega h[er]etica crime lese maiestatis plena rebellionu exe[m]plar
om xpianoz offensiva z fidei nre apud infideles irri
soria//

Altera p[ar]s d[i]c[t]a luculent[er] ostendit i[n]sipit[as] ro[n]ib[us] p[re]tensam temaria q[uam]
privatoe qua attemptarunt basilien[ses] adv[er]s[us] sum[m]u potifice
nullius ee momenti. Pma sicut ad ee concilii requir[itur] q[uod] auct[orita]te
romani pontificis convocet[ur] z cogreget[ur]. Ita z exigit[ur] q[uod] eade
auct[orita]te celebret[ur] z ctinuet[ur]. Vn no solu cogregaco s[ed] z celebr[aci]o
concilii consensu romi pontificis necco exigit. alioqn qnticul[us]
concilii consensu romi pontificis nullo exigit alioqn quenticuli
nomine nuncupabit nec aliq[ui]d erit roboris quod ibi agetur.
Multis
ut e tex i c. Multis xvij dis/ Cui[us] v[er]ba sic h[abe]nt
aplicas z canonicas atq[ue] ecclesiasticas instruunt regul[a]s no debe[re]
abs[que] snia romi pontificis concilia gnalia celebri/ Pterea ut
iam dcm e no rte conciliu s[ed] qnticulu ul conciliabulu
cassat[ur]/ Et q[uod] q[ui]d i eo actu e irritu h[ab]eat[ur] z inane. Idem d[icitu]r i
c. dudu in q. vj. Cui[us] v[er]ba sic h[abe]nt Dudu a s[an]c[t]is aplis succes
soribus q[uo]q[ue] eoz i antiq[ui]s decretis statutu e que hactenu[s] s[an]c[t]a et
vlis b[ea]ti ecca no oporte[re] pt[er] snam romi pontificis gnalia cele[brari] c[on]c[ili]a
Et non dis[sim]il[iter] pponsimo h[ec] v[er]ba du d[icitu]r Multis aplicas z canonicas
z ecclesiasticas regul[a]s. Ite v[er]ba illa d[icitu]r s[an]c[t]is aplis successoribus q[uo]q[ue]
eoz, et i[d] In atiquis decretis z i[d] q[uod] hactenu[s] s[an]c[t]a et vlis
aplica b[ea]ti ecca. Cmnicq[ue] ergo putat id ee gnalu q[uo]d sine auct[orita]te
snia z assensu romi potificis celebrat[ur]. contra aplicas z canonicas z
ecclesiasticas regul[a]s z aplis z eoz successoribus z ipi vli ecce ppea
in actis q[ui]nti vniversalis concilii/ Concilii calcedonen[sis] d[icitu]r gnalu
oporte[re] legitime cogregari z celebrari nec p[ri]mu sine altero suffic[it]. vn[de]
s[ed] vle conciliu ephesin[um] fuit legitime cogregatu q[ui]a tn no fuit
legitime celebratu reprobatu extitit. Requir[itur] ergo no so[lu]m legitima inicia[tio]
s[ed] legitim[us] pgressus/ Vn sic snia lata a iudice qui a p[ri]ncipio n[on] h[ab]uit
iurisdicoem nullius e momenti Ita si fert[ur] ab eo q[ui] h[ab]uit ab inicio
z postea ab eodem huiusmodi iurisdico p[er] eu q[ui] dedit revocata e ut ff. de iudi. l.

Iudicium soluitur nec tamen eo qui iudicare iussit. Et est in tantum modo vero
in presumptum. Ecclesia enim cum sit corpus misticum constat ex capite et membris.
Caput autem ecclesie est summus pontifex ut in extravaganti que incipit
Unam sanctam. Cuius verba sunt hec. Unica est ecclesia et illius unice
unite ecclesie est unum corpus et unum caput non duo capita quasi
monstrum Christus videlicet et Christi vicarius Petrus Petrique successor dicente
domino ipsi Petro Petre pasce oves meas. Et in c. Rogamus
xxiiii q. i ubi dicitur Rogamus vos fratres ut non aliter doceatis neque
sentiatis quam quod a beato Petro apostolo et reliquis apostolis et patribus
f 1 acceperitis. Ipse enim est caput totius ecclesie. Cum ergo papa sit caput
g 1 et ceteri qui congregantur in concilio sint ut membra, sic necesse est
quod in congregatione concilii sit auctoritas capitis tam in celebratione
et progressu. Nam quemadmodum sine vigore capitis non vivificantur
membra, ita absque capite vim non perdurant. Et ista est ratio quare
assignatur in decreto c. Dudum iii q. vi. Dicitur enim ibi quod a sanctis apostolis
et eorum successoribus statutum est non oportere preter sententiam romani pon-
tificis concilia celebrari, et se[quitur] nimete(?), quia sanctam romanam ecclesiam
primatum omnium ecclesiarum tenere voluerunt. Et sicut beatus Petrus primus
fuit omnium apostolorum ita et hec sancta ecclesia suo nomine consecrata domino
instituente prima sit et caput ceterarum et ad eam quasi ad matrem
atque apicem omnes maiores ecclesie cause et iudicia episcoporum recurrant
et iuxta eius sententiam terminum sumant. Ut ex verbo quoque ex hiis decretis
debemus pontifice. Nichil ergo in conciliis preter romani pontificis
auctoritate decerni potest. Nimirum cum omnia concilia per ecclesie romane
auctoritatem facta sint et robur accipiant ut in c. Significasti de elec-
h 1 tione. Immo non solum dum fuit statuta vel leges in conciliis necesse est
adesse presentie consensum vel legati sui sed postquam facta ipsas leges confir-
mari et roborari petitur per concilium a papa. Quemadmodum fecit illud magnum
ac sanctum concilium Nicenum quod licet circa negotia fidei vera diffi-
i 1 nierit nichilominus ut toti ecclesie huiusmodi diffinitiones acceptas cogeret
petiit a beato Silvestro per epistolam synodalem ut illas diffinitiones
confirmaret et robur adiceret. Qua epistola beatus Silvester lecta
k 1 cognoscens veram ac sanctam esse Niceni concilii diffinitionem eas
confirmavit et a toto ecclesia servanda esse mandavit. Idem fecerunt
l 1 sancta sequentia concilia quibus sancti patres ex toto orbe terrarum oriente
et occidente in illis conciliis convenientes spiritu sancto ad hoc ipsos
instigante fecerunt ut videlicet tamquam membra actibus suis et vere suis
confirmationem a capite peterent illo scilicet capite quod vicem Christi
m 1 gerit in terris. Quanto magis paucissimos episcopos ex angulo
n 1 ut ita dixerim christianitatis nostro tempore convenientes qui non essent digni
soluere corrigiam calciamenti illorum prius id ipsum facere oportet.
o 1 Hec evidenter in actis antiquorum conciliorum reperimus et quod leges
ecclesie papa sua auctoritate confirmet. Textus est in c. Leges iii q. vi.
Cuius verba sunt hec. Leges ecclesie apostolica auctoritate confirmamus. Cum igitur
p 1 olim concilium Basiliense fuit licentiatum per S. D. nostrum Eugenium necnon et

euidentib[us] causis ad ciuitatem Ferrariensem translatum non amplius Basilee auctoritate Romani pontificis celebratum sit. ymo contra ipsius auctoritatem omnia temere perpetrata. constat id postea fuisse conciliabulum et cuncta ibidem acta irrita esse et viribus vacua. Et quemadmodum con-cilium dyocesanum congregatum auctoritate episcopi et prouinciale congregatum auctoritate archiepiscopi desinunt esse concilia nec celebrari uel continuari possent. episcopo uel archiepiscopo dissoluentibus illa uel subtrahentibus auctoritatem suam. Ita eadem ratione et fortiori in concilio vniuersali papa eo dissol-uente uel transferente cum ipse plenarie vicem gerat et in tota ecclesia plenitudinem obtineat potestatis/
Secundo principaliter patet quoniam id quod fit in concilio pro tanto valet pro quanto reputat vniuersalem ecclesiam. Non dubium autem est multo amplius auctoritatis esse reputatum quam reputans. sicut maioris auctoritatis est principalis quam procurator et dominus quam vicarius uel locum tenens. Sed cum vniuersalis ecclesia videlicet caput et membra principalia ecclesie non dederunt hanc potestatem hijs qui erant Basilee ad presumendum ac temptandum que presumpserunt et attemptauerunt. nec consensit hijs que ibidem facta sunt post translationem concilij siue dum fierent siue dum facta sunt. Constat in hoc illos qui fuerunt Basilee non reputasse vniuersalem ecclesiam. ymo fecisse expresse contra uoluntatem ipsius ecclesie. ut in 2o membro principaliter dictum. Illa ergo temeraria presumptio auctoritatis vniuersalis ecclesie nequaquam innititur. nec tanquam decretum ecclesie dici potest cum tali decreto ecclesia nullatenus tunc consensit nec postea/ Pro hoc allego duos optimos textus qui probant id decretum concilij obligare quod ab vniuersali ecclesia approbatum est. videlicet in c. Sicut. xv. di. ubi dicit textus. Cunctas uero personas quas prefata veneranda con-cilia respuunt respuo et que venerantur amplector/ quia dum vniuersali sunt consensu constituta se et non illa destruunt/ etc.
Item in c. Confidimus. xxv. q. j. ubi dicit textus. Confidimus quod nullus iam dubitans ignoret. vnumquemque synodi constitutum quod vniuersalis ecclesie probauit assensus. Nec mirum quia cum concilia fiant pro negotia ecclesie publica vnde tanta conueniunt quod omnes tangit. ab omnibus debet approbari. Non solum autem tota vniuersalis ecclesia non consensit sed nec quedam centesima pars. ymo nec millesima/ Primo dictum est de capite. quod translatione sua auctoritate sua mito ab illo concilio retraxit et ad aliud transtulit. et nullatenus consensit/ a 8
Secundo sacrum collegium cardinalium qui sicut apostoli astiterunt Christo ita ipsi assistunt summo pontifici qui ex omnibus vndique regionibus tanquam proprium electi cardinales sunt ipsius ecclesie tali nephario Basiliensium facinori non consensit nec consentit/ b 8
Tercio quatuor patriarche principales ecclesie siue quorum interuentu uel legatorum suorum concilia vniuersalia celebrari consueuerunt et post romanam ecclesiam principales cathedras ac loca tenent non con-sensuerunt nec consentiunt nec apud sanctos patres fuerunt reputata vniuersalia concilia nisi isti adessent/ c 8

d8 Quinto Vltimaine ptes & oriental regio que xpm colit nc gssit
nc consentit quorz Xanorz nus maior est qm eorz qui occi
dente hitant. Nec dicat aliqs q tunc no erat vniti ecce vene
e8 qr eo tempe quo illi basilien prrupunt ad illam ptense
priuacois insaniam iam gti qui sit maiores & potissima
orienti porro hns iiijor sedes pnarchales vniti erat
sce sedi aplice i sacro & vli concilio florentino.
Quinto 2m Quatuor seu quinq naciones occidents no gsesunt
nc cosenciut. po ytalica naco no cosensit nc consentit.
excepto puulo angulo pedemoncii qui tpali dno subito
e ipi duci subaudie antippe qui uiolencia ac metu
ipos basilien coegit nec copellit qr ipos es inuitos obe
dire, Deinde nc nacio gallicana excepto silr modico angulo
subaudie tpalr ipi antippe subito. Nec nacio yspanica
nc nacio germanica. nc nacio anglicana/
f8 Sexto/ nulli reges vl maximi pncipes orientales vl oc
cidentales illi pnacoi ptense consessu pstiterunt vl pstant
g8 ymo affines cosanguinei qr ipius antippe talem eius pfanacoez
h8 abhorrent & vrident. ut e Xpianissimus/ rex francie & illus
trissimi duces burgundie & mediolani// Et aduertend q
ipe dns rex francie anno elapso cogregato cocilio tocius
ecce gallicane archiepis epis. abbatibus & platis & magris
vniuersitatum & alijs doctis viris assistentibus es pncipibus et
baronibus audiuit solempnes disputacoes oratorum. s. d.
nri ppe eugenij & illorz basilien. & tande hito cu suis plat
baronibus & regnicolis maturo cocilio & accurata delibacoe
i solio regali declarauit se p ipso dno nro eugenio, & illi cu
toto regno adhesit exarando illu antippam & mando p
regias patentes lras q oms de regno dno nro eugenio
tamqm uo summo pontifici obedirent. nq q pareret/ sub magnis
78 penis illi antipape/ nc lris cogregacois basilien tamqm
Septimo Nulli pmates archiepi vl epi
concilij//
• orbis antippe adhesimt vl adherent exceptis paucissimis ill
de pedemoncii & subaudia quos no uitas trahit s metus
& subito copellit. ac illis tanti scelis patratoribus basilee,
exceptis quorz nomina ope pciu e hic inserere ut pateat/ q
k8 ac quales sint qui eciam pturbant. Avalatensis epc
gracionopolitanus epc. basilien epc. Aquen epc. Marsilien
sine possione. epc lausanen sine possione. epc augusten ti.
tulanus. Epc grossetanus titularis, ffuerunt & duo epi de ar
rogonia quos dns rex tenebat ibi ut teneret s. d. nri
l8 ne eet es adusus i regno neapolitano/ ffuerunt &/ pauci quida
abbates de dyocesi basilien metu ibm manent copulsi,/ fuerunt
m8 quida/ mochi apostate & fugitiui. & nonulli vl nouij vl co
piste. & quida alij viri i sacris costituti nllius extimacois q quid

nec in dyocesanis nec in provincialibus conciliis de iure vel consuetudine ad
mittentur qui basileam ad hoc presertim fugiant et ad hoc ibi morabantur
vel ut effugerent superiorum suorum correctionem vel ut alios litibus
vexarent vel ut aliquid aliud scandalum perpetrarent. Non pauci eciam
illuc confugiant tamquam ad asilum ut excommunicati vel privati a sede
apostolica ibidem de facto absolverentur et nonnulli odio adversus summum
pontificem concepto non valentes ab eo obtinere quod illicite postu
labant illuc pergebant ut illa ibi obtinerent vel se contra romanum pontificem
vindicarent. Hii cum porcis ibidem clamabant perturbantes et commo
ventes omnia et quo magis adversus summum pontificem latrabant eo fideliores
ecclesie filii existimabantur et in maiori honore habebantur. Verum si quis parti
culatim recenseret omnia et qui ibant et qua causa ibant et quis ac quo
rumque nequam artibus et fallaciis impetu strepitu et tyrannide cuncta
agebant vix a lacrimis abstineret. Iudicaret certe profecto a principio
nascentis ecclesie turpiorem fediorem et abhominabiliorem rem non
fuisse perpetratam nisi forte id quod contigit in conciliis ephesino et ar
minensi a sede apostolica condempnatis. Iudicet iam unusquisque
sane mentis ac timens deum si xii episcopi pro maiori parte titulares
et paucissime persone quales supra narratum est sine capite tamquam
monstrum basilee debachantes ac sine reliquis ecclesie membris
principalibus legem valeat dare orbi terrarum. si digni sunt ut eciam
eos sequi debeat si valeant dici concilium universale universalem
representans ecclesiam //
Decreto prevaluit. quod non solum eciam huic scelestissimo prevaricacionis
actui a principio et non consensit nec post factum. quinymmo nonnulli qui
adhuc basilee remanserant ut reliquos perversos ibidem manentes
ad pacem cum domino nostro reducerent. videntes illos obstinato
animo procedere ad prenominatam privacionem domini nostri mox factis protestacionibus
eorum publice in scriptis ac palam tante temeritati contradicendo excucien
tes in signum eciam pulverem de pedibus eorum ex basilea dis
cesserunt maledicentes et blasphemantes impietatem ac vesaniam
ibidem remanencium // Hii fuerunt oratores serenissimi domini regis ro
manorum et electorum imperii. Oratores serenissimi domini regis castelle
et postea oratores serenissimi regis aragonum et ambasiatores il
lustrissimi principis domini ducis mediolani. quibus sit gener
antipape maluit tamen sequi ille quam manere in loco tenebrarum
et civitatis prius opibus eorum. Si qui et ibidem boni viri remanserant
sub specie pacis videntes illos datos in reprobum sensum et iam in profundum
malorum expresse illis condempnantes inde abierunt. Cum ergo ex hiis
qui post translacionem concilii ibidem ex predicta pace causa remanserant
... qui plus reputabant quam ceteri venientes expresse con
...ores et qui ... tali facere privacioni et nunc eciam per dei graciam consciencie
illorum basiliensium pravitatem et iniusticiam. Huius presentis privacioni maiestate condicat.

illam qz reprobet condemnet execretur et sicut dignum est irrideat
teneat qz sanctissimum dominum nostrum pro indubitato xpi vicario. Nimis
x8 perfecto iam peccare et errare uidentur. qui sine prouidentie uolunt inniti
et non se conformare nec capiti et reliquo corpori sancte matris ecclesie

y Certo pulcherrime probatur quia quod summum pontificem prediximus non potest nec deprehendatur
a fide deuius. ut in c. Si papa xl. di. Sed per dei graciam ut constat
a9 toti mundo sanctissimus dominus noster eugenius est ita fidelis et catholicus
sicut sit aliquis papa vnquam. et non solum hanc sincerissimam fidem habet
in se sed pre omnibus aliis papis ymo et summis pontificibus qui fuerunt
a. vc annis citra cum feruentius laborauit ut omnes homines teneant
fidem catholicam quod notorie demonstrauit in conuersione grecorum
armenorum et Jacobinorum qui continent maiorem numerum quam omnes
iste nationes occidentales que xpm colunt. Et quod sit catholicus pon-
tifex. Deus iustissimus in confusionem eorum qui suo vicario aduersantur
probatorem ymo miraculum ostendit cum iam greci per vc annos et armeni
ac Jacobini fere per mille in heresi durauerint. et nulli romani pontifices
nec reges nec ulla concilia quamquam fecerint maximam diligentiam
potuerunt ipsos ad fidem reducere nisi solus dominus eugenius. preterea
legantur hystorie ueteres. auditum nec vnquam est quod vnus hereticus
conuerterit ad fidem hereticos certe non. ymo qui hereticus est tamquam dyaboli
membrum modo pro viribus suis nititur fideles ad heresim peruertere. et
dyabolus cuius membrum est ita disponit. ita laborat ut per ministros sua
alii homines fiant filii perditionis. Si dominus noster eugenius fuisset
hereticus nunquam per manus suas tale actum deus ordinasset nunquam aliquem
ut tunc in ecclesia dei fecisset factum. Sed in hoc basilienses ostendunt se esse
hereticos et dyaboli membra cum tantopere conati fuerunt impedire
b9 conuersionem tot populorum et nationum et scindere vnitatem ecclesie quorum
proprie est dyaboli seminare zyzaniam scismata et diuisiones. Et si dicatur
est hereticus quia dissoluit concilium Ad hoc supra responsum est. quia ex iusta
causa urgente necessitate seu euidenti utilitate ecclesie potest et debet dissoluere seu
o transferre concilium cum opus est. Addamus et Nonne sancte memorie dominus
c9 Martinus papa quintus immediatus predecessor suus dissoluit concilium
Senense quod est plus quam transferre et postea durauit in papatu per
septem annos et veneratus a tota ecclesia fuit ut papa. Reputatur nec ipsum
vllus ecclesia uel aliquis rex uel princeps aut prelatus uel doctor seu
magister aut quispiam aliquis propter hoc hereticum. Si propter dissolucionem concilii
d9 Senensis ipse incidisset heresim quomodo potuit esse nisi manifesta et
notoria cum notoria fuit dissolucio, fuisset nec ecclesia ita certa ita
ne errasset omnes homines quod substinuisset cum tanto tempore hereticum.
Nonne ab fecisset consciam ab heretico recipere dignitates et beneficia
et alia spiritualia; Si dicatur quod ecclesia non potest errare quomodo ipsa stetisset
in tantis tenebris et tanto errore quod non animaduertisset hanc heresim
nonne peccasset generaliter omnes xpiani si hereticum maritum honorasset

ut vicarium Christi et ab eo sacramenta et alia recepisset que sine peccato mortali recipi non possent. Si omnis hereticus est excommunicatus et extra ecclesiam et cum eo sine peccato mortali communicari non potest, ergo omnes Romani, omnes quasi ecclesia incidisset excommunicationem communicando per septem annos cum pontifice manifeste heretico. Item iam sunt xvi anni quod defunctus est et tamen nec in concilio olim Basiliensi nec extra nec in tota ecclesia repertus est aliquis nec reperitur qui audeat dicere ipsum dominum Martinum fuisse hereticum nec eius memoriam dampnandam esse sicut dampnari deberet si fuisset hereticus. Sed cum decretum sit ecclesiam universalem non posse errare et ipsa ecclesia non reputavit propter dissolucionem concilii Senensis ipsum dominum Martinum fuisse hereticum, ex hoc satis clare apparet dominum nostrum Eugenium propter translacionem concilii Basiliensis non esse hereticum. Item ex hoc apparet quod qui dicunt ipsum dominum Eugenium propter hanc translacionem esse hereticum ipsimet incidunt in heresim tenendo expresse et pertinaciter contra id quod universalis ecclesia tanto tempore tenuit, et ut dixi multo magis est dissolvere quam transferre, transferre enim non est dissolvere sed mutare de loco ad locum. Item multo plures et maiores cause instabant translacionis concilii Basiliensis quam dissolucionis concilii Senensis. hoc enim Senense non adhuc duraverat per annum, et Basiliense per vii. In concilio Senensi non fiebant talia enormia et intollerabilia sicut in Basiliensi. Item tunc non instabat tractatus Grecorum sicut nunc. Item concilium Senense non se obligaverat ad transferendum se sicut concilium Basiliense pluribus solempnibus decretis se obligavit et astrinxit ad translacionem propter unionem Grecorum. Si autem dicatur quod fuit processum contra dominum Eugenium racione criminis, ad hoc dicendum est quod huiusmodi processus fuit nullus et iniquus tam racione iurisdicionis quam ordinis. Iurisdicionis quidem quia nisi papa deprehendatur in fide devius non potest ab hominibus in hoc seculo iudicari ut est textus expressus in decreto c. papa et ix q. iii c. Aliorum et c. Cuncta per mundum, ubi manifeste hoc patet, ubi dicitur quod nec a regibus nec a populo nec a toto clero potest iudex omnium iudicari sed solius dei reservatur iudicio. Cum ergo ibi manifeste caveatur quod a tota ecclesia iudicari non possit, et cum talia decreta per tot centenaria annorum fuerint lecta et publicata in scolis, in studiis, in universitatibus et ubique in tota ecclesia et numquam talia reprobavit, tunc nos indocti et rudes homines audemus nobis fingere aliam doctrinam. Sed ideo audemus quia sumus indocti et rudes homines et quod deterius est modicum timentes deum et querentes que nostra sunt non que Ihesu Christi. Cuiuslibet enim huic nove opinioni et parum antiquorum sapientie ignote adheret propter privatas passiones vel odii vel ambicionis vel alicuius proprii commodi vel interesse id agit et hoc notorium est. Nam omnes qui Basileenam sectam sequuntur nemine excipio huiusmodi passionibus alliciuntur ad ipsos tuetes sicut musca ad mel et sicut aves ad cadavera. Cum predictis textibus ..

concordant sancti doctores et praesertim ille gloriosus doctor beatus Thomas qui dicit
quod licet superior possit pro delicto corripi ab inferiori correctione fraterna
non tamen est per inferiorem pena imponenda sed recurrendum est vel ad
superiorem denunciando vel si non habet superiorem recurratur ad deum
n.9 ut eum emendet vel de medio subtrahat. Et idem beatus Thomas in questione
de potentia dei tenet quod sententia synodi a summo pontifice confirmatur
o9 et ad ipsum a synodo appellatur que omnia dicit patere ex gestis Cal-
cedonensis synodi. Si ergo a synodo ad papam appellatur patet papam
maiorem esse synodo et posse approbare et confirmare bene facta per
synodum necnon reprobare ac corrigere malefacta per ipsum synodum
quod expresse patet per textum sancti Gelasii in c. Cuncta per mundum.
ix. q. iii. cuius verba sunt hec. Cuncta per mundum novit ecclesia quod sacro-
sancta romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi neque cuiquam de eius
liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte
appellandum est. Ab illa autem nemo est appellare permissus.
Sed nec illa praeterimus quod apostolica sedes sine ullo synodo precedente et
solvendi quos synodus inique dampnaverat et dampnandi nulla
existente synodo quos oportuit habuit facultatem et hoc nimirum
pro suo principatu quem beatus apostolus domini voce et tenuit semper et tenebit.
Quid his potest esse clarius et manifestius. Hec tamen sufficere debent ad
confutandum et convincendum eos qui dicunt quod Basilienses iudicaverunt
seu dampnaverunt papam. Sed diceret aliquis Si papa notorie et incorrigi-
biliter scandalizaret ecclesiam universalem tunc potest a concilio iudicari secundum
glossam in c. Si papa. xl. di. Hanc glossam multi et sancti doctores et scolastici
p.9 reprobant quia est expresse contra textum illius c. Si papa. Ubi dicitur quod si papa
deprehendatur sue et fraterne salutis negligens inutilis et remissus in operibus suis et
a bono taciturnus quod magis officit sibi et omnibus et innumerabiles populos
catervatim secum ducit ad gehennam plagis multis in eternum va-
pulaturus huius culpas istic redarguere presumit mortalium nullus
quia cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus nisi deprehendatur
a fide devius; pro hoc patet expresse talia crimina vel negligentie pape
q9 non possunt esse nisi notoria et scandalizantia ecclesiam universalem et ipse
incorrigibilis cum presupponatur quod et ipse tam se quam innumerabiles populos
trahat ad gehennam perpetuo vapulaturus. Nam pro hoc quod trahit
innumerabiles populos ad gehennam sequitur expresse quod tale crimen scan-
dalizat ecclesiam et notorie. dampnatio enim innumerabilium populorum non
potest non esse notoria ecclesie sicut transitus unius episcopi de una ecclesia ad
aliam non potest non esse notorius ut in c. Illud. de cle. c. x. inimi. Item
tractio innumerabilium populorum non potest esse sine scandalo ecclesie. Item
ex quo ipse in eternum ignibus gehenne dampnabitur oportet eum presupponere
incorrigibilitatem et impenitentiam. Et si dicatur quod incorrigibilitas exigit
monitionem sive correctionem. Respondetur quod textus iste innuit quod in papa talis
monitio ad penam non habet locum. Ibi enim presupponitur quod mala opera pape

cant notoria et scandalizata ecclesiam. et nullus textus dicit ibi quod ipsius
culpas iste redarguere nemo presumit mortalium Si enim posset
nominari possit redargui et secundo vero quia cum ipse sit iudex omnium non potest
a quoquam iudicari et hoc concordat manifeste cum primo quod supra dicit
s. tho. Item si pro alio crimine quam heresi papa possit iudicari sic textus
exposuit de heresi tunc casum suum excepisset ita expressisset de alio
exposuit de heresi. Tunc casum suum excepisset ita expressisset alium. Cum autem glosa presupponit quod non fuit
et ita excepisset alium, cum autem glosa presupponit quod non fuit
intelligatur et papa. et correctio habet locum in omnibus et prelatis et papa
non est verum quo ad correctionem penalem et iudiciariam. ut supra
dictum est secundum s. tho. Nec est verum quod omnis contumax sit hereticus alioquin
sequeretur ridiculum et absurdum quod notatus in iudicio pro causa pecuniaria
via vel crimine si esset contumax posset dampnari ut hereticus quod est
quod factum. propter hoc facit non in c. Cum contumacia de heresi li. vi
Ubi dicitur quod si citatus super alio crimine quam heresi tamquam contumax
excommunicetur et stetit in excommunicatione per annum habeatur pro convicto in eo
crimine non tamen pro heretico. Sed posito quod glosa ista esset vera. Ubi vera constat.
quod sanctissimus dominus Eugenius scandalizavit notorie universalem ecclesiam
immo si veritatem volumus tueri/a .v.c annis citra nullus pontifex fuit
immo omnes simul pontifices ab eo tempore usque nunc non tamen magnifice
ficavit ampliavit et exaltavit et honoravit sanctam dei ecclesiam
sicut ipse convertendo ad fidem catholicam tot populos tot reges
tot nationes et linguas. Verum possit dici basiliensibus id quod
dixit xpc phariseis Vos ex patre diabolo estis. Item contra phariseos invidentes
fracti. Videbatur improbi basilienses tot bona et sancta opera pauci
tam diligentes per ipsum dominum eugenium pro convertendo tot milibus
animarum Vidistis tandem ipsum divino presidio adiutum tot magnalia
et mirabilia in ecclesia dei feliciter consumasse nec adhuc erubescitis
dicere ipsum scandalizare ecclesiam. Quid amplius pharisei adusque
xpm dicebant cum viderent eum sanantem omnes morbos et
xpm dicebat cum viderent eum sanantem omnes morbos et
demonia eicientem In belzebub demonia eicit. Sed in ista
et iniquitas vestra Nam huiusmodi detractores quo magis divulgatis
eo magis vos ad omnes contemptibiles reddunt. et ipsum dominum eugenium
clariorem. Cum igitur ipse tot et tanta fecit bona et vos omni conatu
curavistis ea impedire. Vos illi estis qui notorie et incorrigibiliter
scandalizastis et scandalizatis universalem ecclesiam/propter quod multo
ipse vicarius xpi et petri successor vos iam canonibus sacris
omni dignitate privavit. et tamquam scismaticos condempnavit. quia a
capite vestro discedentes sinistra unitate ecclesie latine turpiter scindere
et unionem ecclesie orientalis impedire moliti estis Sed credidistis
per hoc mundum ad vos trahere et ad obviam antipape ad quod
malignum opus vestrum anhelabatis grecos allicere sed frustrati estis
spe vestra Nam mundus cognita perversitate et iniquitate vestra vos et vestrum

b 1o antipapam desinit uos quia sublati olim in concilio constanciensi scis-
matis renouatores blasphemat et execrat/
c 1o priuilegiatis et ore polluto dominum eugenium scandalizat ecclesiam
propter notoriam dilapidacionem patrimonii ecclesie propter notoria periuria
propter notoriam symoniam. O linguas subdolas et detractiuas
d 1o dicite si potestis qua ciuitatem quod opidum donauit vendidit
vel alienauit a dominio ecclesie. Immo laborauit toto posse ad ac-
quirendum defendendum et conseruandum possessiones ecclesie. Et si quas perdi-
dit fuit propter potenciam tyrannorum et armigerorum qui violenter illas
vsurpauerunt. Nec est nouum hoc cum a centum vel octuaginta annis
citra ecclesia romana quater vel quinquies fuit toto vel maiori parte
sui patrimonii spoliata/ Cum ergo alii pontifices quorum tempore hec
e 1o contigerunt non fuerunt reputati dilapidatores cur dominus noster predicta
debet reputari qui fecit omnem diligenciam ne talia accideret.
et omnem adhibuit sollicitudinem ut amissa recuperaret. sic multa
recuperauit. Nostris temporibus multi episcopi et prelati multique reges
et principes multis suis ciuitatibus opidis et dominiis fuerunt hactenus
spoliati et quottidie per violenciam spoliantur. (Sed verius ipsi
basilienses reputandi sunt dilapidatores cum dederint causam et occasionem
f 1o ut magna pars patrimonii ecclesie per stipendiarios occuparetur. ut
marchia anconitana et nonnulle ciuitates et opida magna. Illi enim
stipendiarii cum litteris basiliensium ipsas terras ecclesie occupabant pa-
lam huiusmodi litteras ostendentes et per eas datam eis ad occupandum licenciam
asserentes. Nomine in principio congregacionis basiliensis ipsi basilienses
spoliauerunt dominum eugenium ciuitate auinionensi et comitatu ve-
g 1o nusino. Nomine ob processus continuos quos aduersus ipsum dominum
eugenium basilienses attemptauerunt multi in ytalia ex hoc su-
mentes audaciam multa dampna ecclesie romane et terris suis intu-
lerunt/ Dicunt de notorio periurio. dicant in quo
h 1o ubi est hoc notorium. Surgat aliquis episcopus vel prelatus vel princeps et
dicat. papa eugenius iurauit quod sic et sic et notorie periurauit
Multi implent os suum hoc verbo notorium. notorium et quid sit
notorium ignorant. Notorium in parrochia vel ciuitate dicitur id quod
toti parrochie vel ciuitati vel maiori parti conspectui se exhibet.
Notorium in ecclesia dei vel vniuersitate dicitur id quod toti ecclesie vel
maiori parti conspectui se exhibet/ Videatur ergo an talia
crimina primo vera sint deinde an exhibeat se toti vniuersitati
vel maiori parti. Sed forte dicunt quod iurauit quedam in conclaui
et in coronacione et postea non seruauit/ Videndum est primo si illa iurata que
dicunt basilienses dominum nostrum non seruasse transgressus fuit notorie
in illis iuramentis. Dominus noster facta sic et sic sine consensu cardinalium
vel maioris partis aliud fecit quod est vel potest esse notorium quod sine
consensu cardinalium vel maioris partis aliquid fecit. Deinde quis est
tam magnus ut sciat dicta iuramenta seruari quam cardinales

crimes et est cui magis constat quod dicta iuramenta servari qui cardinales
servata sunt vel non servata. Sed si ceteri cardinalium duorum de hoc non
conqueruntur sed adheret et obedit pape sicut debet cur alij quorum non
interest et quibus non constat non faciunt silentium. Item in iuramentis semper
excepta intelligitur necessitas ecclesie utilitas publica. Si forte
dicatur non per necessitate vel utilitate ecclesie potuit eam ac inida uocem
iuranti ad fecit non propter hoc inita periurus primo si simplex et vere inter
iuranti ipsis iuranti potius fecisse cum tale iuramentum tale condicionem
tacite institam habet. Sed nichil dicit Basiliensis de periurijs vel
promissionum suarum violatoribus. qui quidem promissores et promissionum
violatores in concilio manifeste ac notorie fuerunt. promiserunt primo
solempniter et in scriptis domino nostro ut vicarium Christi et ut capud
ecclesie et concilij honorare et venerari. quod quidem non fecerunt sed quot
diebus Basilee moranti sunt tot vicibus violavunt detrahendo oblo
quendo contra sanctitatem suam et a turpibus personis detrahi et obloqui impune
paciendo. Nunquam fuit vilis famulus factus vel urbo ita a suo
suo dehonestatus sicut isti aspidum filij Basilienses omnibus modis
dehonestavunt denigravunt primum ac famam et nomen ipsius domini
eugenij. Sed iusto deus ultor contra contravi sui iniurias vita illi
Basilienses in horrore contemptum obprobrium et irrisionem omnium
Basiliensium in horrore contemptum patet derisui auctore. excellentes quam
Paganorum iam devenerunt patet derisui auctorum exceptis
et abhominabiles facti sunt et tanquam canes rabidi ab omnibus deserun
tur et vitantur quod iusto dei iudicio contingit. digni enim sunt talia
ab alijs pati qualia in patrem suum perpetravunt
Promiserunt etiam publice ac solempniter multociens quod preter decretum
annatarum facere provisionem pape et cardinalibus et episcopis et alijs
quorum interest. sed requisiti pluries ac pluries et publice et privati
tum a domino domino cardinali sancti angeli apostolice sedis legato et in dicto
concilio presidenti tum ab oratoribus domini nostri pape et cardinalium
illuc missis tum ab alijs ut dictam provisionem facerent et
nunquam facere voluerunt
Promiserunt publice et in scriptis eligere locum pro celebrando ycumenico
concilio cum grecis ad quem comode dominus noster possit accedere sepe
monito fuerunt super hoc tum a legatis apostolicis illuc missis videlicet dominis
duobus cardinalibus sancte crucis sancti petri tum a prefato domino
cardinali et nunquam voluerunt, Promiserunt publice et solempniter
in decreto concordatum cum grecis inito et per totum orbem terrarum
divulgato quod per totum mensem madij mittent constantinopolim
galeas, ponnas et alia necessaria cum nominacione loci inclusi in
decreto. nichil eorum fecerunt et quantum in ipsis fuit vituparavit ec
clesiam latinam non servando tam solempniter promissa. Et verissime
deus in sua libertate suppleverunt illorum defectus ecclesia nostra perpetua
nota contraxissent, Et audent scelerati et impudentes homines dicere
dominum nostrum periurum cum ipsis Basiliensis sit magis familiare quam

o 1o penuria et mendatia. Taceo de illustribus promissionibus quas in
omnibus libris epistolis et decretis repetebat videlicet de reformando ecclesiam
de pace et unitate procuranda. de heresibus extirpandis. antequam
fecerunt vel potius tenuerunt omnium proh dolor nimis manifestum est
ipsi primo basilee sunt deformiter et enormiter tam in moribus
quam in cunctis actibus eorum nusquam nullibi peius ac deterius decre-
ta basiliensium quam basilee servata sunt. formula illa morum
in cibis in vestibus in familiaribus in faleris equorum et in modo vivendi
ac modo procedendi in deputationibus et congregatione generali
fuit nec umquam servata qualiter supplicationes et alia per deputationes
expedita sint. tenere immoderate prout quilibet plus potuit ac per
clamores et impressiones et multitudinem notum non advertendo
quid liceat quid expediat. quid deceat sed omnia passim con-
cedendo ea presertim que sedes apostolica repulerat. dispensando
etiam passim ad petitionem cuiuslibet tam contra ius quam contra decreta
eorum sine ratione sine necessitate sine utilitate publica pudet referre.
Equidem id non conceditur id non expedit basilee quod non petitur.
ymmo et quod non petitur. ut homines veneno eorum inebrient.
ultro conceditur et ad domum mittitur. Mittunt ubique nuntios
cum facultatibus que nec legatus de latere per sedem apostolicam tradi con-
sueverunt. Si dyaconus a basiliensibus ad petit et quas fas et modum
illis vellet assistere facillime impetraret. Offerunt et ipsi et antipapa
eorum regibus principibus et prelatis privilegia facultates et dignitates ut
illis assistant. Quot pecunias. quot munera ipsorum ydolum
hiis vel his hunidas obtulit. et quotidie offert. ut obiam quam
si dum hore non potest per has artes extorqueat. Multum ea que im-
pingebat propter crimina et displicere asserebat. dicat obsecro
que crimina basilee cum omnia tum plena criminibus sint. et defor-
mitatibus corruerint. quem et contra basileam quos viros certos
vel alios pro publicis et criminibus basileam pro reformatione citaverit
ad monuerit. ymmo quos papa vel pro symonia vel pro aliis criminibus
condempnavit privavit. carceravit. hos basileam fugientes cum
magno susceperunt honore et eorum officiis. ymmo nonnullos malefi-
ciis perfecerunt licet publica sint et notoria et in illos infamem
eorum nomina silentio pretereo. Dicat et basiliensis quas ecclesias
que monasteria cuiuscumque ordinis ac sexus basilee vel extra re-
formaverit. vel ad frugem melioris vite reduxerunt. ymmo
multis privilegia et exemptiones ne a suis ordinariis corrigi possent
concesserunt et concedunt. De pace quid dicam. cuius evangelizatores
p 1o se probant nonne bella ac dissidia quorum in eis fuit in ecclesia posuerunt.
Nonne ecclesiam latinam quam pacificam invenerunt sciderunt et diviserunt
q 1o pro pace scisma pro concordia dissidium pro caritate odium ubique semi-
naverunt. heresim nec substulerunt. ymmo potius conati sunt omni studio
impedire ne heresis diuturna grecorum quam papa extinguere volebat
et tandem extinxit de ecclesia tolleretur. Sed quod deus promisit. Ecce qui

impediebat ne heretici convenirent ad fidem ipsi ex fide presumpsit in
heresim imposuit et pape notoriam symoniam. Cuperem scire ab aliquo
ex eis an si umquam petendo a papa aliquid papa vendidit nolendo dare
nisi solvatur tamen puto quod non. Si forte aliquis in curia ipso nesciente
excessit vel excedat. Sed ne propterea papa reputandus symoniacus
Nonne Christus habuit xii apostolos et unus ex eis fur erat et latro.
Sed forte dicet quod papa facit exigi annatas contra decretum con-
cilii Basiliensis. In primis sciendum est quod exigere annatas non est symoniacum
alioquin multos romanos pontifices per ducentos annos diceremus
symoniacos fuisse et omnes episcopos et alios qui in curia romana
annatas solverunt etc. quia tunc etiam symoniam incurrissent. Nam in
concilio Constanciensi vel alibi fuit facta querela quod esset quid
symoniacum. Sed bene dicebatur quod daretur tali modo in solvendo quod non esset
grave ecclesiis solvendo. De iure autem divino prout dicit beatus Thomas
in 2a 2e omnes ecclesie debent solvere summo pontifici annuatim
decimam omnium fructuum quos recipiunt exemplo levitis testi-
quod esset centuplo plus quam annate. Illi de Basilea non fecerunt
illud decretum propter bonum ecclesie vel zelum reformacionis sed ad
illaqueandum papam putantes quod papa non deberet renuere et sic haberent
occasionem procedendi contra eum et perveniendi ad finem sue ambicionis. Sed
verum a principio nolebat decretum contra tunc habere locum in papa. Sed
cardinalis sancti Angeli presidens animadvertens maliciam ipsorum
fecit tamen quod esset quoniam tamen in curia quam alibi unitum tam per de-
putatos quam per congregacionem generalem fecit concludi et sibi
permitti quod expedito decreto in continenti antequam procederetur ad aliam
fieret provisio pape cardinalibus et aliis. Et in ipsa congregacione
generali tenor publice ipse dominus cardinalis stipulatus est a toto con-
cilio quod in continenti deveniret ad provisionem. Habuit et ipse cardinalis
publice dicere quod si sciret dictum provisionem fieri non debere numquam
concluderet quod dictum decretum fieret etc. premissa tali protestacione et
condicione consenciente ad hoc concilio et publice permittente
conclusit confecto decreto innumerabilibus vicibus tamen pro debito tamen
per hore concilii quod se obligaverat tamen ut dictum decretum observaretur
requisivit idem cardinalis illos de concilio ut facerent
et sunt
provisiones fuit apte multe vie ad hanc provisionem. Et summus
pontifex et cardinales miserunt Basileam episcopum Urbinatem
et fratrem Ambrosium ad requirendum concilium ut faceret provisionem
omni iure debitam ac et promissam tandem suggestione aliquorum
machinancium fomentum ut provisio
maligno re scisma et etiam machinancium fomentum ut provisio
neglecta fuit. Itaque si papa non servat decreta eorum et exigit
annatas more predecessorum suorum culpa fuit Basiliensium non pape
et ut dictum est predictum decretum fuit condicionale condicio est provisionis
non extante decretum contra servandum non debuit. Presertim cum curia
romana hoc tempore magis quam umquam indigeat subvencione cum
maior pars patrimonii beati Petri a tyrannis et armigeris occu-
pata sit

et oporteat quottidie sufferre maximas expensas pro supportandis
omnibus totius civitatis, in mittendo huc inde legatos et nuncios
in nutriendo curiales et officiales necessarios, quot etiam onera
subire dominum nostrum oportuit in procurando unione grecorum et
armenorum faciendo eis impensas in veniendo stando et
redeundo et pro tuitione civitatis constantinopolitane, que quidem
impensa ad maximam summam ascendit, que omnia efficit dominus
z 10 noster suis impensis tamen sine aliquo ecclesie onere. Itaque si pro predictis
et aliis necessariis omnibus quottidie emergentibus dominus noster recipiat
annatam non est reprehensibile, ymmo laudabile et necessarium, et qui hoc
vituperat vellet ecclesiam periclitari et eam in suis necessitatibus delinqui.
Sed nunquid illi episcopi qui basilee decretum illud ediderunt in suis
a 11 diocesibus servant decretum illud, nunquam et basilee servant, nequaquam,
ymmo exigunt ut prius et plus quam prius. Nunquid illos episcopos
viciniores et remotos non servantes predictum decretum possunt
unquam illi deponere ut symoniacos sicut dominum papam. Considerate
nimium certe homines quos ita malicia excecavit ut
putent tam manifestas calumpnias per alios non adverti.
Cum autem predictus processus veniat ex defectu substancialis ordinis
b 11 iudicialis patet expresse, quia cum illi qui tyrannice regebat concilium
et multitudine votorum faciebat quod volebat attemptassent mo-
nitorium contra dominum nostrum super predictis criminibus ymmo blasphemiis,
Reverendissimi domini cardinales sancti petri et sancti angeli legati sedis apostolice
pecierunt terminum trium dierum ad ostendendum quod illud scandalosum mo-
nitorium fieri non debebat et fuit eis denegata audiencia, de qua
audiencie denegatione protestati sunt publice. Item cum illi volebant
facere congregationem et sessionem pro eodem monitorio dominus legatus
presidens peciit iterum terminum trium dierum ad ostendendum quod illud mo-
nitorium erat contra ius divinum et humanum et contra bonum publicum et
sacros canones et non potuit obtinere ut de hiis apparet
publica scriptura. In hoc patet deprehendi furor malicia et ignorancia
ipsorum, dominum nostrum presidentem et caput concilii reputatum pro
ipse rogatum humiliter ut audiretur in defensione summi pontificis
et offerentem talia probare noluerunt audire. talia autem agendo
et pervertendo ordinem iuris naturalis et humani actum nullum faciebant,
et si iurisdictionem habuissent, defensio enim est de iure divino quod tolli
non potest. Dicit et canon quod parte inaudita nec penitus diffinire possunt
ut in c. i. de cau. pos. et pro. Visa nec unquam tanta iniquitas tanta
fatuitas si fuisset actum contra unum rusticum vel unum minimum cap-
pellanum fuisset ipse vel nuncius suus petens audienciam auditus.
Si fuisset etiam de una domuncula vel de una lite unius pauperis
altaris tam prompte et impetuose non fuisset actum. Sed iuste deus
in fovea cecitatis et ignorancie permisit abire ut temptando quod
nitebantur sunt quod non potuit. talia procedunt quod totus mundus fert

deviderit penitus et abhorreret, patet etiam dictum presessum penitus esse nullum et viciosum
ex omni parte ex defectu videlicet iurisdictionis notorietatis veritatis et ordinis
substantialis. Rursus est contra dictus presessus manifeste iniquus iniustus temerarius
scandalosus et scismaticus seu hereticus attemptare talem abhominabilem
actum contra unitatem prout qui presessus est tanto execrabilior quanto causa
propter quam id attemptabat est dampnabilior et ex quo maiora
et plura secuta erant scandala. Causa enim propter quam hec faciebat
et propter quam perpetuare volebat concilium erat ambitio papatus ut scilicet
quocumque colore videretur eis posse pervenire ad dictam pensam pri-
vationem et ad erectionem ydoli prout fecerunt. Et quia videbat quod greci
erant venturi ad locum electum in ytalia ad faciendum unionem cum
domino nostro et quod ex hoc concilium basilee expiraret et quod sic se non posse
ad effectum deducere dampnatum eorum propositum mox cum senserunt
dominum nostrum pape galeas ituras constantinopolim pro adducendis
grecis ad ytaliam cogitarunt prorumpere ad dictum monitorium
et infamare dominum nostrum tum ut sic averterent ipsum ab hoc proposito
et ad ducendum grecos tum ut etiam latina hec non turbaret et
impediret ne latini venirent ad locum concilii ad quem venturi
erant greci tum ut et episcopi greci audientes tot infamias de domino
nostro et comminationem de privatione ipsius averterentur a proficiscendo in yta-
liam. Cuius rei evidens probatio est quod dictum monitorium usque ad
constantinopolim ad dominum imperatorem et patriarcham per episcopum lau-
sanensem et episcopum visensem transmiserunt. Sed ipse dominus imperator et patriar-
cha has calumpnias esse et ad quem finem conficte erant cognos-
centes non propterea a bona ipsorum intentione retracti non sunt sed ferventius
ad prosecutionem sancte unionis incitati ad iter usque ytaliam se
accinxerunt. Et licet interim pie memorie serenissimus dominus Sigis-
mundus imperator romanorum per litteras et oratores videlicet dictum episcopum augus-
tensem et alios ac et domini electores imperii et nonnulli alii reges
et principes per litteras et nuncios necnon Reverendissimi domini Cardinales sancti
petri et sancti angeli et oratores serenissimi domini regis castelle
crebro hortaverunt et rogaverunt et requisiverunt basilienses ut abs-
tinerent a tam scandaloso monitorio et ut permitterent tempori
aliquam pacis honestam viam. Illi nichilominus tamen aspidentes surde obtu-
rantes aures suas noluerunt acquiescere utpote qui videbant
per viam pacis non posse explere ambitionem quam ad papatum habebant
sed per viam dumtaxat scismatis. Prorumpunt ergo ad pensam quandam
ac fatuam suspensionem domini nostri et ut episcopos et alios ad eorum
devotionem et ad susceptionem huius suspensionis allicerent eo die quo
prorumpunt ad suspensionem fecerunt sub specie conficte reformationis
quedam decreta de quibusdam expectativis, collationibus beneficiorum
et litibus que tamen nec ipsi basilienses nec curtisani eorum postea servaverunt
nec modo servant. Sed videntes ipsi basilienses quod tale monitorium
et talis suspensio non acceptabatur per etiam dei cognoscentes sed

dum monitorum processum defecit ex defectu iurisdictionis notorie vel
et ordinis et per ipsum refutatur et deridetur ab omnibus machinati sunt
imponere tamen heresis domino nostro que sola potest summum pontificem deicere.
Et quia nichil contra fidem per dei gratiam quam sanctam sedem semper ab hac
macula servavit illesam invenire poterant contra dominum nostrum
sompniaverunt tres ut dicunt catholicas veritates quas ab initio ecclesie
nascentis usque ad hoc tempus latentes et occultas deus omnibus solis dominis
J ii revelavit. Mirandam et stupendam rem quod per mille .ccc. annos
huiusmodi ipsorum veritates quas qui non tenet secundum eos est hereticus et expers
vite eterne. Deus toti ecclesie et tot sanctis patribus ac doctoribus ac magistris
occultavit et paucissimis ac levissimis personis a capite et unitate
ecclesie precisis nec sanctitate nec scientia nec moribus nec sapientia ornatis hiis
novissimis diebus patefecerit. Harum trium novarum revelatarum
veritatum ymmo verius vanitatum potissima tertia est ad quam alie due
tendunt quod quicumque et papalis dignitatis concilium generale sine expresso
consensu concilii transtulerit aut dissolverit hereticus est censendus. Sed et
hoc valde stupendum est sibi via sit quod cum immediatus predecessor suus
dominus Martinus dissolverit concilium Senense ipse non fuit hereticus
Et modernus dominus noster per translationem hereticus factus sit. Aut si dominus
Martinus fuit hereticus quod deus universalem ecclesiam permisit regi a papa
heretico per vii annos. et quod est mirabilius ecclesia fuit ita ceca et
ignorans quod non advertit per tantum tempus se regi per papam hereticum quod
non poterat esse non notorium cum dissolutio fuerit notoria. Sed certe
hoc solo convincuntur impii Basilienses quod ille eorum quas dicunt catholice
veritates sunt vanissime fictiones. Nam plus est facto facere quam verbo. Ut
in l. de quibus ff. de legibus ubi dicitur quod consuetudo seu observantia populi
habet pro lege seu sententia. Ita et hec observantia seu veneratio universalis ecclesie
quam habebat sentiendo ad summum pontificem quem post dissolutionem non
reputabat hereticum habenda est pro lege et sententia. Ad quod facit optime
c. Catholica et c. Ecclesiarum xii di. ubi patet honorem habendum universali
observantie ecclesie qui habet ipsi sacre scripture.
k ii Nunc periculosius propter perversam operationem et eversionem [illegible] esse noscitur
cum scita sit post ultimam translationem concilii. Sed et hoc videndum est an
papa possit transferre vel dissolvere concilium ex iusta et rationabili causa pro
Basilienses allegant tamen quod non. Ymmo quod papa non potest minuere ea
que concernunt universalem statum ecclesie quia ex hoc decolorare statum
ecclesie. 2o quia in concilio Basiliensi fuit editum quoddam decretum quod
nullus etiam papalis dignitatis possit dissolvere vel transferre concilium
sine expresso consensu concilii. 3o per decretum Constantiensis concilii
tertio vel quarte sessionis ubi tenetur quod in pertinentibus ad fidem et extirpationem
scismatis et ad generalem reformationem ecclesie dei in capite et in membris
papa tenetur obedire concilio. Ymmo puniendus est aliquibus rebus per quas patebit.

papam posse ex causa racionabili dissolvere seu transferre. Propterea videndum est ad
obiecta. In primis sine canonicis adminiculis hoc clare patet per summa salvatoris
dicentis Petro: Quodcumque solveris super terram erit solutum et in celis. Et quia
dominus non distinguit inter solucionem huius rei vel illius, ideo concessum
posse solvere concilium. Augustinus c. solite de maioritate et obedientia, ubi concluditur
papam habere potestatem super omnes homines ex quo Christus dixit: Pasce oves meas,
non distinxit inter has vel illas. Et si dicatur: ergo poterit dissolvere
ecclesiam dei. Respondeo quod ista obiectio satis frivola est. Ecclesia enim con-
structa est a domino ut duret perpetuo usque ad consummacionem seculi. Concilium
non instituitur a papa ut duret ad certum tempus. Cum ergo pape institucioni
et congregacioni concilium ut certo tempore finiat, iustum fuit ut finiri debeat.
Nemo dicat ei contradicere ne contradicat deo qui dixit ei: Quodcumque solveris.
Et eodem modo videndum est ad similes obiectiones si fiat: ergo poterit dis-
solvere legem divinam vel sacram vel huiusmodi. Et certe ista prima racio de-
bet cuilibet vere sapienti sufficere. 2° cum pape necessario dum iniunctum sit:
Pasce oves meas, omne id videtur ei commissum sine quo huiusmodi pas-
cendi officium expediri non potest ut in l. ij ff. de iurisdictione omnium iudicum. Sed si
sine dissolucione vel translacione concilii non possit pascere oves Christi
vel ipsas reducere ad unitatem fidei quod est ne pascere, consequens est sibi
a domino esse commissum ut possit dissolvere vel transferre. Et cum Greci
expresse dicerent nolle venire alibi ad concilium quam in Ytalia, in quo con-
cilio firmam spem dabat conversionis eorum, sicut eventus demonstravit,
ac res taliter deducte erant quod contra decreta et ordinaciones concilii
alibi quam in Ytalia commode celebrari non poterat generale ecumenicum,
patet quod necesse fuit ad tantum bonum perficiendum transferre concilium.
Et cum papa per translacionem concilii evidenter cognosceret tot milia
animarum posse salvari, si non transtulisset et tantum bonum neglexisset,
profecto maximam incurrisset culpam et suo officio commisso a domino
nequaquam satisfecisset. 3° cum papa sit assumptus in plenitudinem
potestatis super totam ecclesiam et ceteri episcopi in partem sollicitudinis ut in c. ad
honorem de usu pallii, derogaret plenitudini potestatis si hoc non posset
facere pro utilitate ecclesie. Et si episcopi constituti in concilio contra Basiliense
possent si vellent dissolvere, multo magis papa, cum ipsi sint in partem
sollicitudinis vocati, papa vero in plenitudinem potestatis. Postremo cum
papa solus possit congregare concilium, non autem ceteri episcopi sine papa,
multo ergo si fatentur episcopos congregatos in concilio posse dissolvere con-
cilium, denique et fateri est papam idem posse. Preterea cum ceteri episcopi in Gallia
non representent universalem ecclesiam sine capite, sed quilibet representet suam
diocesim tantum, papa vero representet totam ecclesiam, secundum beatum Augustinum in
multis locis. Postremo in li. 2° ... nostrum non est ne testimonium dicere quod solus Petrus
totius ecclesie ... gestare primum habeat et ordinariam iurisdiccionem in
singulis ecclesiis ut in c. antiqua de privilegiis. Si dicimus episcopos posse

concilium dissolvere multo magis idem de papa dicendum est. Si secundum basilienses
concilium possit seipsum dissolvere eadem ratione et papa quia secundum basilienses auc-
toritas concilii est a Christo data per illa verba discipulis: Amen dico vobis
quecumque ligaveritis super terram etc. Sed eadem potestas fuit data petro
per illa verba: Et quodcumque ligaveris super terram etc. Ergo quod potest ecclesia
vel concilium ratione illorum verborum debet posse papa quia illa verba non sunt dicta
discipulis sine petro. Sed verba illa: Et quodcumque ligaveris super terram
fuerunt dicta petro soli sine aliis discipulis. Ex quo videtur hoc concludi
quod discipuli sine petro non possent illam potestatem vel eam exercere sed bene
petrus sine discipulis. Item multa alia denunciant plenitudinem potestatis
et vicariatum que fuerunt dicta petro soli et non discipulis videlicet: pasce
oves meas, pasce agnos meos. Item: confirma fratres tuos. Item: tu
es petrus et super hanc petram edificabo, et tibi dabo claves regni celorum.
Item secundum Ambrosium et habetur xxiiii q. i: Est et aliud duplex genus pascendi
piscandi rethe videlicet et hamo. Primo genere piscandi piscati sunt discipuli et
petrus, secundo non genere videlicet hamo solus petrus dicente domino: mitte hamum et
piscem qui primum ascenderit tolle. Primum genus piscandi est inquisitionum
divine sapientie et scientie, sapientie quantum ad divinitatem, scientie quantum ad humanitatem.
Secundum genus est traditionum potestatis iurisdictionis date petro secundum eundem.
Item discipuli non fuerunt constituti principes super petrum sed petrus
constitutus est et dicitur princeps apostolorum. Item caput et vertex apo-
stolorum. Item non fuit dictum discipulis quod confirmarent petrum sed bene
petro quod confirmaret eos. Item cura petri non fuit commissa discipulis
quia nusquam reperitur dictum fuisse discipulis pasce petrum sed bene econverso.
Nam per verba illa: pasce oves meas, pasce agnos meos intelligitur
commissa cura et episcoporum et ministrorum. Item officium predicandi licet ad
apostolos sic pertinere voluit ut in beato petro apostolorum omnium summo
principatum collocaret ut ab ipso quasi summo capite dona sua
velut in corpus ecclesie diffunderet ut habetur xix dis. Ita dominus. Et c.
Fundamenta de elect. li. vi. Et beatus Thomas iiii° li. contra gentiles inquit
quod soli petro potestatem plenissimam et absolutam tradidit dominus ad omnia
fidei ministeria exequenda ut ad eum precipuum de salute gregis et
fidei unitate iudicium et sententia spectaret et ut per eum ad alios ministrorum
usque et auctoritas diffunderetur. Et illi soli dixit tibi dabo claves
regni celorum, ut ostenderetur quod potestas clavium per eum ad alios derivanda
esset ad conservandam ecclesie unitatem.
o ll Ceterum cum plene gerat vices Christi si non possit eam dissolvere vel tunc
forte derogaret perfecto et pleno vicariatui. Item cum teneat locum Christi
in terris et eius personam representet non videtur dubium quin hoc debeat posse sicut
et ipse Christus posset.
p ll Sexto cum possit dissolvere quod maius est multo magis quod minus. Sed
vinculum spirituale fortius est quam coniugale inter episcopum et ecclesiam et etiam quolibet minori
spirituale

Int^a epos & locu ubi cogregant^r p concilio nullu unionis vel
vinculu spuale contr^r. Si i^r ppa pt dissolue ad unionem multo
magis cogregacionis concilij Illam aut dissolucionis unionis
spualis. dt tex. i. c. 2^o. de tnsl. epor q ppa facit no tm
puri homis sz veri dei vice gerit i terris. qui eciam ex necitate
vel utilitate pensata no humana sz diuina pocius aucte dissoluit.
Ex quo expresse pz q p utilitate vel necitate ecclie ppa pt eciam
i eccia dei libe disponere tm dei vicarius Item si ppa pt dissolue
unionem carnale p uba de pnti contractu nondum secuta copula
ut i. c. ex publico de conver. coniug. multo magis pt dissolue qualitu
Nullibi em i sac scriptura reperit^r scriptu concilium cogregatu nemo
dissoluat. sicut reperi^r dcm p saluatore Quos deus coniunxit homo
no separet. & ulg ppa pt & no tm homo sz tm vicarius id faciat.
Septimo si ppa p utilitate ecclie vel necitate ecclie pt tolle & mutari
canones conciliorum ut sepe fecit & facit. Et no. i cle. ne romani
de elect. i glo. et i c. Ubi periculu de elec. li. vi. Eadem rone
suadente utilitate vel necitate pt tolle vel dissolue seu tnsferre qualitu
Ad hunc em fine cogregat^r conciliu ut aliquem canonem vel
aliqua lege faciat. Unu cu finis pocior sit & nobilior si ppa
pt ce fine multo magis i hijs que sunt ad finem.
Octauo cu sz gesta concilij Calcedonen. et btm tho. in q
de po. dei. de concilio appella^r ad ppam Et i c. Cuncta p
mundu ix. q. iij. Si aliquis partibus de concilio videa^r p bono
publico q conciliu debeat dissolui vel ad aliu locu tnsferri
& aliquis alijs videat^r q no. si hoc de hoc recursus ad ppam
ecce ppa sicut iudex appellacionis pote pnunciare vel decerne
q sit dissoluendum vel tnsferendum Et cu ppa no heat aliu superiore
ad que recurrat^r. oportebit eius fine ordo stare.
Nono cu conciliu capiat robur & auctem a ppa ut i c.
Significasti de elect. In ptate ppe e cu vidit expediens subtrahe
hoc robur. Hac auctem qua concilio dedit & iudiciu soluit^r
eo vetante qui iussit iudicare ut i l. Iudiciu soluit. ff.
de re. iudi.
Decimo sm omes doctores theologos et Canonistas In ppa
locu ht id quod dcm e Jeremie Ecce constitui te sup reges
& regna ut tollas euelles dissipes plantes & edifices &c.
Ergo ex ea pote ppa qui constitutus e sup totam eccliam tnsferre
vel dissolue cogregacionis concilij cu vidit expediens.
Undecimo cu ppa sit rector ecclie & pastor omnium & tenea^r
redde rone de omnibus ouibus sibi comissis &c. & pt tolle quasqs pt
redundare i scandalu ad pniciem seu pniudiciu ecclie. &
cu sit custos vinee dz tolle vepres ex ea que fructibus
nocere pnt. Si ergo conciliu conuerter^r i tyrannide & aliq contra

pro capitali ut multitudine vocum dominaretur concilio et facerent quod
vellent de eo in preiudicium ecclesie ut vellet ipsum perpetuare et trahere
ad se omnia negocia ecclesie et omnem iurisdictionem tam pape quam
episcoporum et reliquorum etc perturbare omnem ordinem ecclesie ac pervertere
quem policiam tam ecclesiasticam quam secularem. Vel si ab rege
aut principibus in odium pape aut imperatoris ut alterius vel ob aliud
respectum. Vel si aliquod regnum seu natio seu provincia in qua
actu celebraretur concilium vellet ob aliquod interesse ibi perpe-
tuare ut prolongaret concilium seu aliud facere et mitteret tot
personas que sua multitudine possent facere quecumque vellent attento
presertim quod hoc tempore et simpliciter sacerdotes ymo et simpliciter clerici
ac monachi admittuntur ad concilium quorum posset haberi infinita
copia. Vel si civitas aut dominus loci ubi celebraretur concilium
non pateretur quod inde dissolveretur concilium. Vel si ipsum concilium
laberetur in heresim sicut contigit in concilio Ephesino secundo. Vel si
quid aliud accideret quod posset ut predixi parere magnum scan-
dalum vel detrimentum ecclesie si papa qui est vicarius Christi et caput ecclesie
et pastor omnium non posset providere nemo alius posset. Et sic
etiam subiceretur maxime ruine ac magno periculo quod non est
credendum Christum eam ita dimisisse sine gubernaculo ut providere
non possit. Sicut igitur providit papa Leo summovendo prefatum concilium
Ephesinum et instituendo loco illius Calcedonense concilium.
Ita poterit quilibet papa cum sit eiusdem auctoritatis. Sicut et hoc nostro tempore
papa Martinus videns nonnullos ex maioribus concilii Senensis
cum assistencia cuiusdam principis velle quedam machinari in scan-
dalum ecclesie dissolvit penitus concilium ipsum Senense et per totum
orbem fuit dissolutum reputatum.
x ii Duodecimo cum papa sit caput ecclesie, sicut ad caput pertinet
imperare membris et ea pro utilitate corporis dirigere ut laboret
vel quiescat ut vadat vel veniat vel sedeat ut agat.
Ita ad nutum pape pertinet illis sedere in concilio quiescere tamquam membris
ut habetur in concilio Calcedonensi ubi dicitur quod Leo patribus de concilio
tamquam caput membris preponitur erat dum obedientes suo capiti cum
iubet eos quiescere a celebratione concilii et venire ad papam.
a ſr Terciodecimo Ecclesia romana dicitur cardo ecclesie a domino et non ab alio
constituta. Et sicut cardine hostium regitur sic apostolice sedis
auctoritate ecclesia domino disponente regitur ut in c. sacrosancta xxii di.
Unde sicut movente se cardine hostium movetur et regitur et quiescente
quiescit. Ita ad nutum pape pro utilitate ecclesie concilium debet se movere
et quiescere et facere quod papa pro bono publico disponit.
b ſr Quartodecimo papa non habet minorem potestatem in episcopis vel aliis membris
ecclesie congregato concilio quam non congregato quia verbum illud
Pasce oves meas generaliter et indistincte est dictum a domino debet sit

no congregato concilio epi dnt et solent obedire ppe mandati
eius ut vadat ad concilium Ita congregato concilio dnt obedire
summo pontifici mandati q recitant vel discedant a loco
concilij. vii sicut in congregando obedire ita in dissolvendo o
bedire debent/

Quintodecimo Non minorem ptatem ht ppa in ecclia quam rex in regno
vel dux in exercitu sz sicut ad iussum regis parlamentum regni con
gregatur et dissolvitur. Et ad iussum ducis exercitus congregat se
vel se dissolvit revertendo singuli ad proprias mansiones, et sicut
pulsante ad bellum omnes se movent in hostes, pulsante aut eadem
receptui omnes se recipiunt et reflectunt ac redeunt, Ita dnt
facere universi eccl[esiastici] ad iussum summi pontificis qui rector e et dux
ppli xpiani. Et sicut iubente moyse ppls israheliticus mo
vebat castra seu manebat stabat qz et ambulabat. Ita dz
facere pplus xpianus ad iussum vicarii xpi qui no e minor quam
moyses, Multa alia possent dici ad pbandum hanc conclusionem
q ppa ex causa pt concilium iubere vel dissolvere et pristinum illa inva
que dnt ppe ee obediendum ut xpo et q no decet membra a capite
discedere. Et sicut filius obedit patri ac matri Ita xpiani omnes dnt
obedire summo pontifici ut in xij di p totum/

Ad contra Ad contra breviter dicitur Primo q no pt immutare ea q concernunt
vlem statum ecclie quia ipse status decoloratur vel deturpatur
vlem statum ecclie qui ipse status decoloratur vel deturpatur
sz qui augetur decoratur et melioratur. Licet utiqz pt, ptas enim data
sz scm paulum ad constructionem non destructionem ecclie, Quare
ppa possit ex causa rationali et evidenti immutare ea que concernunt
vlem statum ecclie tz Immo quia e lucem mris cum et alij excel
lentes doctores post ipsum nemine contradicente c. Quanto de gsue
tudine aut decoratus sit status ecclie et magnificata xpiana
religio et auctum atqz amplificatum nomen xpi et ecclie ex ista
translatione dni eugenij p commissionem tot pplorum regnorum
et nationum notorium est. Que aut pter alias causas ltime tus
lacoms concilij expressas in decreto translationis concilij fuere p
dium nempe ista sola cum reductione grecorum fuit valde rationa
et sufficiens pz expresse p decretum quemcumque ipsorum basilien[sium]
scm cum grecis ubi mi dicta ponuntur h verba. Quidem ecclie
catholice felicius gloriosius qz contingere umquam posset quam q tot ori
entales ppli qui modo homines ab hijs qui vere fidei sunt non
multum distare videntur in eadem nobiscum fidei unitate iungantur.
Quid utilius at fructuosius ab exordio nascentis ecclie
vidit vel audivit quam q tam diuturnum periculosum qz scisma
penitus extirpetur, Quis e p tam pijs at salutaribus rebus temptandum
faciendum qz no esset, Quis catholicus p tanto nomine xpiani et
orthodoxe fidei incremento no modo caduca hec mundi sed etiam sz et

sed et corpus et animam exponere non debet. Et infra dicitur quod propter locum tantum bonum negligi non debeat. Si ergo nichil possit fieri in ecclesia felicius ac gloriosius et utilius, patet quod melius fuit intendere reductioni grecorum quam manere Basilee, et melius erat pro reductione grecorum transferre concilium quam non transferre et manere Basilee. Ex hac manifeste demonstratur predictam melius et utilius pro ecclesia dei transferre concilium quam non transferre. Item si pro tam salute re omnia erant temptanda et facienda, ergo erat facienda translatio. Item si corpus et anima pro tanto honore dei exponendi erant, ergo iniuste fecerunt Basilienses resistendo propter hoc. Item si propter locum tantum bonum negligi non debeat, ergo valde arguendi sunt Basilienses qui propter locum tantum bonum impediebant. Quid ergo aliud ipsis dici debet quam illud evangelii: Ex ore tuo te iudico serve nequam. Item quod melius esset transferre concilium pro hac reductione quam manere Basilee pro reformatione, et quod hec reductio fuit iusta causa, patet quia in quadam sessione ante istud decretum commemorale fuit statutum non dissolvetur vel transferetur antequam facta esset morum reformatio. Et nichilominus postea fuit factum istud decretum commemorale in quo fuit statutum quod propter unionem grecorum concilium possit et debet transferri de Basilea. Ergo isti unioni grecorum intendere erat longe melius quam reformationi, quamquam et hec reformatio esset bona, immo melius fieri potuisset in concilio ycumenico quod erat maioris auctoritatis et ex parte presentiam ecclesie latine et orientalis.

f R Ad id quod dicitur in decreto concilii Basiliensis cautum est quod ipsa non possit dissolvi vel transferri concilium. Respondetur dupliciter et utroque modo verissime. Primo non solum statuta humana sed et divina interpretationem recipiunt nisi aliud iusta causa suadeat, maxime quando id quod est locum legislatoris interpretatur. Lex divina dicit Non occides, intellige nisi ex iusta causa. Non interficies nisi ex iusta causa, ut in c. Et si ... de iure iurando. Vitas in evangelio dicit Quos deus coniunxit homo non separet, et intellige nisi ex iusta causa, ut xxxiii q. ii Quos deus coniunxit. Et maxime interpretationem recipiunt ne quod resultet in periculum ecclesie, ut ii q. vii Paulus. Leges enim sunt pro communi bono et utilitate ecclesie et ista est vera intentio et intentio ipsius legislatoris. Unde et si verba non patiantur, tamen ad hanc intentionem ipse leges intelligende sunt, ut l. Sive leges ff. de legibus. Quod autem summus pontifex habeat potestatem interpretandi decreta conciliorum est expressum in capitulo Nec licuit xvii, in quo capitulo mandatur arceri puniri illos qui propter decreta concilii interpretari non obediunt. Et cum apud principem epycheyam esse oporteat, non solum potest interpretari ipsam legem sed dispensare et tollere quando incipiet esse dampnosa. Exemplum optimum est de serpente eneo quem iussu dei erexit Moyses, destructum quia incipiebat homines trahere ad ydolatriam iussu Ezechie

g R regis qui ex hoc laudatus est. Secundo vero quia concilia non possunt legem imponere pape ut est textus expresse in c. Significasti xxxv q. i. §

Hiis itaque ubi dicitur Sacrosancta romana ecclesia ius et auctoritatem con-
ciliis sacris canonibus impertitur sed non eis alligatur. Et ibi per multa
exempla deducit quod pro utilitate vel necessitate ecclesie sepe fecit et
facere debet contra canones conciliorum et summorum pontificum, et que
decreverunt conciliorum sed auctoritas romani pontificis excepta intelligitur.
Et ibidem equiparatur potestas pape potestati christi qui sicut legi moysaice
seu divine non erat astrictus quin aliud posset facere ac sepe fecit
ita et summus pontifex non subicitur ex necessitate legibus conciliorum vel
predecessorum suorum. Quidquid ergo decreverit vel statuerit concilium ba-
siliense vel constanciense vel aliud certe regimen ecclesie hoc intelligendum est
quo ad direccionem pape non quo ad alligacionem ipsius ut pro necessitate
vel utilitate publica non possit dispensare vel contrarie sic sepissime
factum est, unde dicit Hygmarus archiepiscopus remensis in libro conciliorum consti-
tutionibus necessitatis vel utilitatis adveniente a summo pontifice libera dis-
pensandi facultas non erat tam institutionem quam destituendi ...
religionum. Et cum ecclesia universalis receperit per tot centenaria annorum
dictum c. Significasti, quod editum est per sanctam sedem apostolicam et f.
illud hiis itaque patet etiam iam iudicasse super hoc. Et qui huic
concilio resistit. Videlicet quod papa non subicitur de necessitate legibus con-
ciliorum condendis non solum determinacioni sedis apostolice sed ipsius universalis
ecclesie. // Ad id decretum concilii constanciensis satis est
per venerabilem virum dominum Johannem polemar responsum est preterea cum id
decretum fuit editum in favorem fidei et extirpacionem scismatis
tunc vigentis non est intelligendum ut pateat contrarios effectus hoc credendum
est patres illos voluisse coartare potestatem pape in preiudicium fidei et in
fomentum scismatis quin volentibus ad per tyrannidem vel ulterius
nocendum in concilio impedire reductionem hereticorum et scismaticorum
ad fidem et unitatem ecclesie papa tamquam iratus qui non posset ipse providere
alioquin fecissent contra intencionem christi et ecclesie et sanctorum primum
quorum nil magis cure erat quam providere saluti animarum illarum
presertim que perierant de domo israel //
Sexto principaliter patet quod translacio concilii basiliensis ad ferrariam
facta est per ipsum concilium basiliense. unde non tamen auctoritate pape quam
ipsius concilii facta est. Et quia hoc in premissis allegacionibus plene
declaratum est non est opus alia addere. / Ex predictis luculenter constat
omnes christianos venerari debere sanctissimum dominum nostrum eugenium tamquam
verum pontificem et vicarium ihesu christi //

Deo gracias

Iste tractatus e katholicus et verus et narrat omnia
gesta sacri generalis concilii basiliensis

Ut omnes fideles notorie cognoscant non esse verum quod sacrum concilium
basiliense dissolvit seipsum propter conflictum et adventum grecorum. quod ex
facto nos oritur. narrando ea que sunt facti circa hanc materiam grecorum
veritas quanto brevius describi potest. ita se habet. Sacrum basiliense con-
cilium ab inicio sui fuit congregatum pro reductione ecclesie orientalis et
quorumlibet oberrantium populorum prout patet in bulla martini pape quinto
posita in prima sessione. Item veritas est quod ipse olim eugenius consensit
et hoc idem per quasdam litteras suas sub data ij kl. mensis Junij pontificatus xvj kl.
marcij ij xviij kl. Januarij iij xvij kl. septembris iiijo et tercio
viijo kl. marcij pontificatus sui anno quinto. Hec autem quasdam litteras sue
de consensu eius ut non ipse sed concilium procederet ad unionem grecorum fuit
sacro concilio diversis temporibus presentate. pro execucione vero huius ne
gocij de unione grecorum septimo die septembris Anno domini
millesimo quadringentesimo tricesimoquinto prout habetur ex xix sessione
fuit concordatum inter sacrum basiliense concilium et grecos quod concilium
acceptaret pro celebracione concilij ycomenici unum de hijs locis videlicet
Calabriam Anthonam Bononiam Mediolanum vel alia civitas in
ytalia Aut budam wyennam vel Sabaudiam. Cuiusque unus ex
hijs locis postquam electus esset per concilium debebit notificari grecis
per oratores concilij transmittendos in greciam cum galeis. Et postquam greci
applicarent ad ulterius portum latinum quem eis nominaret oratores
concilij. Concilium ipsum infra mensem se transferret ad illum locum
nominatum per oratores concilij ipsis grecis in quo debebat celebrari
ycomenica synodus
Concilium vero effectualiter exequendo huiusmodi opus unionis grecorum
de mense Junij Anno domini mo cccco xxxvo misit tres oratores
suos in constantinopolim pro ratificacione dicti decreti de concordatis
et cum decem milibus ducatorum pro expensis faciendis ut fieret congregacio
patriarcharum et aliorum grecorum in constantinopoli ab inde venturorum
in galeis ad locum eligendum per sacrum concilium. que duo fuerunt tradita
execucioni. Demum concilium cupiens eligere locum tutum et accomodum
pro hac unione facienda audita relacione de ydoneitate locorum in ytalia
Germania et francia in multis ad hoc assignatis congregacionibus
generalibus post multas difficultates quemadmodum in rebus arduis con
tingere solet ad celebrandum ycomenicam synodum die sexta decembris
Anno domini mo cccco xxxvjo inito decretum vndecime sessionis con
sonantibus expresse duabus partibus suppositorum et amplius scrutatis
primo votis singulorum In omnibus iiijor deputacionibus et in congregacione
generali elegit Basileam si placeret grecis et Avinionem. et si non posset
celebrari Sabaudiam que expresse a grecis fuit nominata et sub
eodem nomine fuit posita sabaudia in ipsa concordacione sicut fuit nominata per
grecos et cum eis concordata. Hanc eleccionem sacrum concilium per suos
oratores dyonisium de sabrevois et henricum de dyst in theologia
doctores notificavit ipsi olim eugenio reddentes verisimiliter eam esse utilem et
expediens

Et specialiter laudando ydoneitatem ciuitatis auinionensis ex pluribus racionibus videlicet
quia in hoc conformaret se concilium sententie sue qui nominauerat eam pro concilio
generali iam a quinque annis. Item propter facilem accessum grecorum similiter
imperatoris romanorum aliorumque regum et principum quorum subsidio po-
terant velociter et hoc ad vnionem erat plurimum inductiuum. Item quia greci
petant locum maritimum vicinum. Item quia erat in medio omnium nacionum. Item
quia ciuitas sua habebat ibi optimas mansiones et illud omnes domini cardinales.
Item propter securitatem suam quia erat certe vone immunitate subita et homines
erant quietissimi et deuotissimi ecclesie sue. Item propter facilem accessum eius
et recessum si vellet qui de ipsis fieri poterat in sex diebus et ipse tunc
erat florencie. His aliisque racionibus contentis in instruccionibus datis
sub sigillo sacri concilii fuit commendata eadem ciuitas coram ipso
et reuerendissimis dominis cardinalibus. Vnum manifeste ex hiis patet quantum
vnanimi consensu concilium intendebat quod auinione celebraretur
ycomenica synodus pro vnione grecorum. Item sacrum concilium per
litteras suas notificauit hanc electionem ciuibus auinionensibus. Et
quia inter alia capitula concilium concordauerat ut data ex parte con-
cilii legitima caucione ipsi ciues mutuare deberent concilio lxx m
ducatorum. Pro concilio missi sunt abbas bone vallis et raymundus
Talon oratores sui cum plena potestate ad dandum hanc caucionem
Et ipsi die februarii Anno domini M° cccc° xxxvij° obligauerunt
concilium ypotecando ipsis ciuibus pecunias prouenientes ex concessione
indulgenciarum et ex imposicione decime. Item expresse compactando
cum eis pro eorum securitate quod concilium per sessionem publicam decretaret
dictam electionem basilee auinionis et sabaudie. Item imponere decime
Et quod tunc ciues ipsi auinionenses traderent cetero concilio dicta lxx
m ducatorum. Et concilium extunc fuit obligatum pro decretacione per
publicam sessionem dicte electionis locorum pro quibus ciues tenerentur tradere
mutuo dictam summam florenorum. //

His itaque rebus in rebus et tranquillitate succedentibus. Cum orator grecorum
iohannes dissipatus primo intrauisset basileam quinta die februarii
consilio aliorum instigacione commotus. cum tamen adhuc nulla facultatem
ondet vz et ad de huiusmodi electione sciret qui recessit a constantinopoli
cepit aduersari electioni facte de ciuitate auinionensi opponens quod non
esset in decreto comprehensa quod quia greci nullatenus venturi erant per mare
siculum. Cuius tamen contrarium retulit orator sacri concilii reuerendissimus
dominus Cardinalis sancti sixti videlicet quod cum in constantinopoli auditum fuit
quod galee parabantur in ianua fecerunt magnum gaudium. Dixit quod
intellexerunt magis certitudinaliter quod in pisis. Constat autem ad hoc
portus esse viam per mare siculum. Item idem grecus allauit duo con-
pactata videlicet quod pecunia prius esset ... et quod sabaudia deberet mets
de partibus ducis sabaudie que erant in ytalia et nominauit. quod
intellexisset per vercellis tamen in suis instruccionibus tenebatur extra ytaliam

Sabaudia Buda Vrenna. Hec aut duo put retulit concilio
pfatus dns sci sixti vz q ppa debet ee ?mus z q concilium cele
brare i ytalia ut petebant a grecis. multum institit ex pte
olim eugenij xpoforus garatonis nuncius eius. Idem grecus
psequens intentum suum sup hc die xv februarij fecit legi i ge
nerali cogregacoe ptestacoem quandam i latino put ex suo mon
strabat tenore non p eum qui nix explicabat lingua s p doctum
iuristam composita inorante dnij z anglos z q intenderet hc
notificare omnibus pncipibus. Dicebat tn idem grecus q ipi nellet
hre pnctalr decretum cu eis cocordatum nec ab eo ullatenus
recedere. Et hc idem ptea scripsit imperator grecorum q que pnutor
fistalis nomine concilij multa deduxit. Et visionibus bn fundata
ac ?ente ste. Psidens no concilij dns Cardil sce Sabine
auditis utrius ronibus non obstante dca ptestacoe exequens dcam
electionem auinionen ... amisamentum deputatorum i materia grecorum
i eadem gnali cogregacoe recepit iuramentum ab oratoribus ... i
grecia ut fidelr z diligenter agerent p reducendo grecos ad aliquem
trium locorum electorum p concilium. vel saltem ad quinus ex tribus latinorum
Et cum essent in? epi tres ex illis ... statim Lubicen
orator imperatoris romanorum parmen z lausanen epi. Visen
aut epc uirit se nelle pmo nidere dandas eis instruccoes //

Post hec aut maiori ppe excrescente disceptacoe quigdam mente
dco greco instantibus ut i ytalia celebraretur. galium ut deputatos
sup materia grecorum ordinata e cedula z delibata i deputa
conibus xxvj februarij. Concilium no non hns noticiam de dca
obligacoe sta iam p dcos suos oratores abbatem boe vallis
et raymundum talom cum civibus auinionen xxviij die februarij
anno dni as. ?? xxxvij concludit pdcam cedulam ?tinetem i
effectum. Quod i casu quo dca auinionen aut alter eorum loco p basilea
auinionen vel sabaudia infra xxx dierum spacium capitaneo
galearum satisffacerent de xxx milibus et viij c. florenorum. et
residuum pecuniarum usque ad summam lxx m flor vallorum traderent
i? nata pecunia nunc nomine ambasiatoribus concilij ?tificato
de hijs sacro concilio p lras oratorum suorum qui ?tificacoem hc
tenerentur infra viij dies pq dcos xxx. Concilium tunc infra octo
dies declararet solempni sessione dcam electionem de basilea
auinione z sabaudia. Item de impositione decime. Item q oratores
concilij nominaret grecis portum latinorum pdcis locis aprouem z
ppinquiore ad quem greci deberent ultimo ppinquere. Huic at ?clor
quantum tangit ut concilium celebraretur i auinione opposuerunt se Domini
dni legati p tunc aplice sedis cardinales sci petri z sci angeli z
ptestati sunt de hc publice i cogregacoe gnali. Quatuor no oratores co
cilij de quibus fit mencio i dca cedula recesserunt hoc modo //

Epus lubicen die xxv februarij. Epus lausanen xxvi. et
visen et parmen epi xxviij//
Durante hoc termino xxx dierum ex pte ipius olim eugenij missi
archiepus Creten et Jacobus de vacanato clericus camere oratores
ipius venerunt avinionem laborantes ibique ne dca pecunia p ipos
cives traderetur concilio. Item fuit aliud impedimentum. Nam tpe quo
applicuerunt avinionem dci iiijor oratores concilij. contigit
principales gubernatores civitatis fore absentes i curia regis francie
qui tunc fuit i ptibus lingue occitane. Sz ultimo hijs non obstan
pdci cives contentaverunt capitaneum galeaz de xxx milibus
et viijc flor & de residua summa ipos iiijor oratores concilij
cautos & securos fecerunt. petierunt qz eam tradi. put obligatum
fuerat concilium p dcos abbatem bone vallis & raymundum talon
decretum de nominacoe locorum & de imposicoe decime. Et iam
xj aprilis habita fuit nova i basilea de expedicoe facta p avinionem
Et lre ambasiatorum sup hac illo die deservenerunt, fuit qz de
pdca contentacoe facta capitaneo & securitate reddita p ipos oratores
facta certificato sacro concilio & publicate sue lre i generali congregacoe
xij et xiij aprilis. Die aut xvj april archiepus olim tarentin
us ex legatis aplice sedis de mane i generali congregacoe nun
ex pte olim dci eugenij negative ad sex peticoes eidem factas
p pte concilij p supdcos oratores suos dyonisium et henricum i
theol doctores vz qz non intendebat prave favore i execucoe
indulgentiarum quas p unione grecorum concessat concilium nec i
impone decime vt requirere prelatos ad universitates ad veniendi
& mittendi p tpe accessus grecorum. Item nec venire psonaliter nec gaudere
salvum conductum i ea forma q concessant omnes principes et
civitates a quibus fuat petitus, sz requirebat qz pmo eligeret locus
sibi accomodus i ytalia & tunc sup petitis puideri posset. Cum h
visa dca fuissent mane ea die sero quibus summo fuit iam satis
fecisse avinionem et sequenti die & xviij put dcm est pxime
hoc notificatum fuit i generali congregacoe// Circa non dubitacoe
p legatos tunc pape an avinionem satisfecissent, & qm habita
inter ptes disceptacoe an gueret p concilium pcedi ad electionem
altius loci vel facere decretacionem alia qz qple put erat cunibz
avinionem pmissa. Cum materia hec xv april p deputacoes
fuisset remissa ad deputacoes i materia grecorum ac p duos dies
sup his accepta nota maior delibabat non debere pcedi ad
alia electionem sz statim iam decretam non exspectata conclusione deputatorum
materia interrupta fuit. Et xvij die april i omnibus iiijor deputacoibus
i quarum tribus fuerunt tres legati pape tunc presentes, fuerunt p ipos
porrecte cedule i scriptis eiusdem tenoris i quibus notabat qz eligeret
florencia & vtinum vel quorum noti adheserunt pauci ex qualibet
deputacoe, multitudine priorum assentiente i genuam, In iiijta vero deputacoe

videlicet pacis ubi non fuit aliquis ex legatis cum legerentur forte particulares conclusiones ipsorum
fuit solum unus de suis adherentibus qui parvus erat eam et ipse solus deliberavit
ac dixit se concludere nec ipse tunc erat presidens et tunc in eadem deputatione
erant actu consedentes plus quam lxxx patres. In deputatione vero pro quibus
ubi erat tunc cardinalis sancte Sabine per scalam et fracta sera uno die
festo ipse cum suis intravit ad concludendum super contentis in dicta cedula
Cum tamen primo in plena deputatione id non potuisset concludere. Itaque
in dictam particularem conclusionem legatorum tunc pape non quidem multitudo ad
maior pars suppositorum concilii sed vix ex quinque ad sex patribus una concurrit.
Est tamen hic notorie verum quod a mense februarii Anno domini Mo cccc
xxxij fuerunt ordinate in concilio iiijor deputationes de fide, de re
formatione, de pace, et pro communibus, in iiijor diversis locis existentes quod quicquid in
hiis deliberatum fuit et deliberatur de presenti super materiis que in concilio tractantur
est concludi a maiori parte notorie nec unquam visum est a principio generalis
quod materia aliqua fuisset conclusa per presidentem alicuius ipsarum deputationum
a minori parte eidem resistente maiori. Et prout maior pars patrum
deliberabat concludendum. Domini vero legati pape contemnentes ordinationes
concilii quas ipsimet fecerunt aut approbaverunt in hac materia de electione
loci in Ytalia denominantes a multitudine patrum multo conatu institerunt
ut sua particularis conclusio decretaretur / Verum cum post multas agitationes in depu
tationibus remissa fuisset ad deputatos materia multis intervenientibus
tractatibus qui concludi non potuerunt tandem die vija maii resistente patrum
multitudine que deliberavit debere post decretari electionem predictam quidem
nominis procedi ad electionem aliam legati apostolici cum quibusdam paucis eis
faventibus qui dixerunt se concludere quod eligeretur Florencie vel Utinum
aut alius locus in Ytalia tutus concilio et accomodus pape et Grecis, quod sed
concilium debet stare firmiter Basilee usque ad Grecorum adventum
Cum synodalis conclusio de electione dictorum locorum legeretur in publica
synodali sessione in ambone loco solito. Id egerunt quod econtrario per unum
ex illis paucis episcopis faventibus dictis legatis pape non in loco ubi sedet
episcopus sed minori ubi inferiores fuit lecta eorum conclusio sub nomine generalis
synodi raptim tamen et festine. Cum lacune se opponentes tota patrum multitudo
in qua erat maior pars prelatorum oratorum regum et principum doctorum
aliorum sed patrum talis resistebat quod vix et abbreviis quinimmo stabat
poterit audiri. Decreta vero synodalia videlicet de electione dictorum locorum et
de impositione decime ac denominatione portus ultimi ad quem devenit
Grecorum applicatione fuerunt lecta pacifice et audita et presentibus ipsis legatis
pape et faventibus suis. Huic et electioni facte per legato pape vero solum multitudo
patrum qui erant in concilio sed opposuerunt se expresse conductus inclite
memorie Sigismundus romanorum imperator reges Francie et Aragonum
ac dux Mediolani ut manifeste constat per ipsorum litteras et protestationes et
oppositiones suorum oratorum.

Post hec cum bulla concilii staret in manibus legati pape cardinalis sancte
Sabine nec consentiret ut predicta decreta synodalia bullarentur, super hac re
totum concilium consentientibus in hoc expresse dictis legatis et suis paucis
eisdem faventibus commisit reverendissimo patri cardinali sancti Petri,

qui primus erat legatorum pape archiepiscopo panormitano ambasiatori regis
aragonum et episcopo burgensi ambasiatori regis castelle plenam potestatem
super bullatione et destinatione litterarum de quibus agebatur in concilio. Et ipsi
xviij die maij vigore potestatis eis tradite bullaverunt decreta predicta
declarationis basilee avinionis et sabaudie alias quam super hec litteras
optimas receperunt quod expresse prout ipsimet in generali congregatione
xvij die Junij confessi sunt ac receperunt bullam decretum presidentiale
electionem legatorum pape miserunt quod ipsa synodalia decreta per nuncios
sub nomine concilij in avinionem videlicet nadulfum de vudersem
auditorem tunc et archidyaconum meten. quibus traditis et acceptis
petentibus statim expediti oratores concilij ab avinione
recesserunt. ab inde ituri in greciam cum galeis et sub capitaneatu generali
Alui cardinalis sancte sabine presidens tradiderat nomine ecclesie baculum
capitaneatus et vexillum cum clavibus. Ex autem bullatio decretorum syno-
dalium scilicet et destinatio in avinionem cum fuerint non toti concilio ac predictis
legatis ac faventibus sibi umquam complacuerunt nec de hac re minima quere-
lam fecerunt. Et cum galeam crederet iam omnia agi in tranquillitate et pace
prout continebatur in dicta synodali electione ipsi legati ad interitum concilij
non tam attendentes et ad commissum sibi iam prestitum statim die xxx eiusdem
mensis secreto ita quod pauci tunc scienerint miserunt in executionem sue
presidentialis conclusionis ad romanam curiam episcopum olim digniensem et Nico-
laum de cusa ituros in greciam propterea nondum clandestine videlicet media nocte
fracta capsa in qua bulla concilij sub quatuor clavibus custodiebatur
existente dicta capsa in manibus dicti domini legati cardinalis sancte sabine
fuit bullata dicta presidentialis electio legatorum pape. Cum vero ut primo per-
venit in noticiam concilij dicta die xvij Junij. statim die sequenti
captata unanimi deliberatione in omnibus quatuor deputationibus in generali
congregatione concilium commisit xij ex prestantioribus precedentibus cum eos
qui cominarentur hec crimina fieri et contra quoscumque perturbatores concilij.
Item ordinavit quod bulla concilij poneretur sub artiori custodia
et quod scriberetur ad omnes reges et principes notificando dictam electionem
tunc locorum et pro ipsius favore, ex autem infamia conclusit contra legatos
pape cardinalis sancte sabine et dominus tarentinus qui in facto ipsius falsitatis
de bulla furtive apposita reperti erant culpabiles expresse tunc commisit in iudices.
Ad firmandum denique magis quam legati fecerant in concilio per dictam pre-
sidentialem electionem. ipse olim eugenius paravit galeas in veneciis contra ga-
leas concilij et oratores suos in eis qui prevenientes oratores concilij
multa dixerunt in constantinopolim specialiter quod sacrum concilium non habe-
ret posse facere expensas. veniebat hec omnia ipsi olim eugenio quia ordi-
naverat cum imperatore romanorum et aliis principibus retrahere suos a basiliensi
concilio ac ipse dissolveret id prout ex ea quam multa relata fuerunt sacro
concilio in generali congregatione xxix Januarij anno xxxviij. Ut-
cumque res se habuerit id actum est quod prius quam in constantinopolim appli-
caverit galee sacri concilij oratores tunc pape obtinuerunt a grecis
ut venirent in ytaliam non autem ad aliquem ex locis per concilium nominatis
ymmo per suas litteras scripserunt concilio non teneri ad veniendum quia res non fuisset

expedita

et completa per concilium tempore debito. Verum absolvunt se et concilium a contracto
prius inito. Et tamen certum est hec ipsi expresse dixerunt prefato domino de Ragusio quod
sufficiebat ut galee venirent post recollectam bladi et vini circa finem
octobris quo tempore iterum fuerunt galee concilii. Cum autem ageretur de re-
missione dictarum galearum ex venetiis contra galeas concilii videns
aperte concilium quod ipse olim eugenius introducebat scisma in ecclesia
per erectionem alterius congregationis sub nomine generalis concilii durante
sacro basiliensi concilio et quod eius consilium. Videns quod contumaciter magis ac magis
incorrigibilis contempnebat reformacionem synodalem facta prius
debita probacione super notoria infamia suorum criminum de quibus notorie
erat diffamatus. Ultima die Junii vocavit eum ut infra xl dies per se
vel alium compareret allegaturus que vellet pro sui excusacione et de-
fensione. Requisivit denique super hoc cardinales ut venirent ad
providendum saluti ecclesie, hoc et notificavit universis principibus et prelatis
Ramis, fecit quod huic requisicioni concilii in postmodum iteratis vicibus vocando
prelatos et alios ut venirent ad concilium.
Ipse vero olim eugenius reddens se contumaciter magis incorrigibilem infra x
dies post dictam vocacionem publicavit in cardinalem patriarcham al-
lexandrinum violando expresse duo synodalia decreta, et xviii°
septembris post xii dies ante terminum sue comparacionis publicavit bullam
hec pretense translacionis seu dissolucionis basiliensis concilii in duobus casibus
videlicet adventus grecorum, et in hoc casu concilium debebat stare basilee
usque ad ipsorum adventum. In alio autem casu dicebat se ex nunc prout ex
tunc transferre id est declarabat translatum esse si contra eum aliquis cardi-
nalium aut suorum presidencium vigore predicte citacionis vel alias quocunque
per concilium procederetur. Mandans sub gravissimis penis ne fierent basilee
de cetero actus consiliares post quam quod per xxx dies tractare possent cum bo-
hemis qui actu erant in concilio super materia fidei disputando.
Accusata denique eius contumacia prima die octobris xiiii^ma die
eiusdem mensis prout habetur ex xxix sessione fuit monitus ut revocaret
dictam pretensam translacionem ad ferrariam intimando ei expresse quod de
auctoritate ecclesie male sentire videbatur. Dum ipsius ecclesie congregate cui
non declaratum est in decreto concilii constanciensis obedire tenebatur ipse se
iudicem constituebat. Quod quia formidare debuerat aliud concilium in
ferraria congregatum declaratum esset omne concilium quod ipso concilio
basiliensi durante eidem contingeret non fore concilium sed scismaticorum
conventiculum. Quod quia intelligebatur durare concilium basiliense
donec ex consensu duarum partium eius foret dissolutum. Et cum hoc insinuabatur
eidem per monitionem predictam quod alias temptasset sacrum concilium
dissolvere dicens necesse esse aliud concilium congregandum bononie pro
unione grecorum, tamen omnino eidem quod facere non potuisset revocavit in
declarando esse illam irritam et inanem revocando et expresse suas in genere
litteras et quecunque in illis seu alias per eum contra suos assistentes fuerant contra auctoritatem sacri
basiliensis concilii. Affuit quoque in dicta sessione xxix iniunctum eidem prestare
synodi conformiter ad decretum xi^e sessionis quia iam approbaverat per suam adhesionem

quod nisi revocaret dictam dissolucionem infra quatuor menses eo ipso foret sus-
pensus ab administracione papatus.
Ipse autem olim Eugenius amplius ostendens se magis incorrigibilem xxx
die decembris Anno domini Mo cccc xxxvij ex eo quod fuerat admissa
per galliam accusacio contumacie sue. Item preter dictam admonicionem prout di-
cebat declaravit pluribus ficticias fuisse condiciones sub quibus dixerat se
transtulisse concilium Basiliense in Ferrariam et iam fuisse translatum in ibi
et ipsum suum conciliabulum Ferrariense inchoari debere octava die Januarii
vocando ad ipsum omnes qui ad generalia concilia venire tenentur.
Fuit que inchoata dicta congregacio Ferrariensis sub nomine generalis concilii
dicta viija die et decima die fuit ibi tenta sessio ac potius dissessio
continens prima declaracionem legitimam fuisse translacionem factam per ipsum olim Eugenium
non obstantibus quibuscumque decretis per Basiliensem synodum factis etc.
Sicut vicesima octava sessione quod item fidei continebat, ipsumque olim
Eugenium quo ad translacionem huiusmodi predictam sub quocumque decreto
Basiliensis synodi annullacione includi.
Demum xxiiij die februarij Januarij quo expiraverat iam tempus
quatuor mensium in quibus debuit revocare dictam pretensam translacionem
ut facere noluerat sacra synodus Basiliensis synodali iudicio declaravit
ipsum fore suspensum ab administracione papatus decernendo omnem papalem
administracionem legitime fuisse devolutam ad sacrum concilium. Inhibens
etiam sub gravissimis penis ne eidem olim Eugenio durante suspensionis
tempore a quoquam fidelium obediretur. Absolvendo denique a iuramentis etiam
et fidelitate. In ipso que decreto suspensionis expresse commemoratur quod
in pretensa dissolucione per eum attemptata decreta sacre sinodi Constanciensis
manifeste violabat transferendo concilium pro libito voluntatis proprie contra ipsius
ac usurpando etiam auctoritatem super sanctam synodum de reformacione ecclesie
in capite agente non vere sentiens ut videbatur de auctoritate sacrorum
conciliorum et determinacionibus veritatis ecclesie fidem concernentibus tam in ipso Constanciensi
concilio quam in ipso Basiliensi promulgatis super obediencia quam summi pontifices
synodis universalibus exhibere tenentur ac et scisma introducens. Et insuper
dictum fuit in eadem sententia suspensionis quod sancta synodus procederet tandem ad
ulteriora usque ad sententiam finalem inclusive si opus foret ipso domino tunc
Eugenio amplius non vocato prout utilitati et necessitati ecclesie spiritu sancto dictante
conspiraret expedire.
Post hec octava die februarij primum applicuerunt ad portum Veneciarum
imperator Grecorum et patriarcha Constantinopolitanus cum aliis qui ex
Grecia venerant post quorum accessum missus ad eos cardinalis sancte crucis
laboravit obtinere illorum consensum quod vellet venire ad Ferrariam pro celebrando
concilio ycumenico.
Decima quinta vero februarij ipse olim Eugenius tenuit Ferrarie secundam
pretensam sessionem suam confirmando acta in prima et declarando penas contra
existentes in sacro Basiliensi concilio pretensas excommunicacionum privacionum inhabili-
tacionum contentas in sua pretensa translacione precipiendo et iniungendo et

consulibus

civitatis basiliensis regentibus certis quod officialibus qui tunc illos de concilio de
sua civitate realiter expellerent et cum effectu abicerent alioquin executionis
tionis ut dicebat et processus ac civitati interdictum similiter minatus decer-
nebat ipso facto quod quoque convenientibus in basilea denegarent victualia
et cuncta ad usum hominum necessaria quod quoque portantes ea possent huiusmodi homines
a quibuscunque christifidelibus impune spoliari bona quoque ipsa rapientium
dominio cederent. Scripsit quoque tunc litteras ad principes Germanie quod revocarent
suos salvos conductus si quos concessissent sacro concilio et prelatos qui in
eo erant persequerentur tanquam hostes fidei catholice. Circa octavam
martii imperator Grecorum et patriarcha aliique ingressi sunt Fer-
rariam et nona die Aprilis tenta est inibi tertia sessio pretensa de-
clarandum prout dicebat ex consensu Grecorum quod Ferrarie esset locus ad
celebrandum ycumenicum concilium. Itaque greci nunquam antea sunt ad
ventum in Venetias aut in Ferrariam per se aut suos oratores consen-
tierunt expresse quod Ferrarie esset locus ycumenici concilii. Nec et per
oratores ipsius olim Eugenii fuit eis ipse locus Ferrarie intimatus
tempore ad hoc electus, recesserunt namque primi sui oratores de Veneciis
xxx Julii et alii de mense augusti. Nominatio autem Ferrarie fuit
facta Bononie ut premissum est xviii septembris. Id etiam in narratione fuit
inventum notificandum quod publicata secunda dissolutione ac declaratione predicta
per quadruplices litteras quotationis ipsius olim Eugenii transmissas diversis
temporibus per totam christianam religionem erat sub penis gravissimis quod veni-
rent ad suas congregationes Ferrariensem et Florentinam, nec regum catholicorum
misit oratores suos ad se inibi incorporandum nec prelati qui extra Yta-
liam erant sub dominiis illorum videlicet de Germanie Francie et Hyspanie
nationibus venerunt propterea ad suas congregationes, sed contemptis
notationibus ipsius olim Eugenii reges ipsi retinuerunt oratores
suos in sacro basiliensi concilio. Christianissimo rex Francie publico
preconio fecit acclamari in regno suo quod sacrum basiliense concilium
pretensam translationem et electionem Ferrarie pro concilio ycumenico de-
claravit cassam et nullam. Et ipse se conformans concilio eidem
detinebat neminem ex regno suo permittere in locum ipsum Ferrarie pretextu
dictarum translationis et electionis nullatenus generare. Contra divine et memorie Sigis-
mundus Romanorum imperator avisavit per suos oratores quos ibidem tenuit
usque ad finem vite sue quod concilium basiliense deberet firmiter stare
quodque attente provideret ne sub illo pretextu dissolveretur.
Cuius successor suus Albertus Romanorum rex ex quo quod greci
iam venissent in Ferrariam fuerat quoque tenta predicta sua tertia dissessio
quod ibi esset ycumenica sinodus statim cum accepta electione sua decretum et
confirmationem salvos conductus concessos a suo predecessore et tenuit in
concilio continue suos ambasiatores et protectorem concilii nomine suo et
Romani imperii. Denique modernus Romanorum rex Fredericus similiter stati(m)
post suam electionem notificando omnibus quod dissidium et scisma subortum dif-
ficulter tolli et pax diu reparari posset si sacrum basiliense concilium dis-
solveret et in suam et sacri imperii venisset protectionem suscepit ipsum. dans omnibus

et singulis

et si papalis dignitatis fecerunt salvum conductum. Hec est simplex narratio facti quantum ad hanc secundam dissolutionem attemptatam per dominum olim Eugenium de sacro Basiliensi concilio.

Ad ostendendum evidenter quod sacrum Basiliense concilium plenum etiam representans non sit translatum vel dissolutum ponitur primo talis distinctio quia aut esset dissolutum per dominum olim Eugenium de plenitudine potestatis sine consensu ipsius concilii vel esset dissolutum de consensu eiusdem. Et primo ponuntur rationes probantes quod non est dissolutum vel translatum primo modo. Deinde quod nec secundo modo. Racio prima quod concilium non est dissolutum

Quantum ad primum supponitur declaratio facta per eciam in sacro concilio Constanciensi de auctoritate conciliorum generalium qua dicitur quod concilium generale plenum etiam representans potestatem a Christo immediate habet cui quilibet cuiuscumque dignitatis et status et si papalis sit obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem extirpacionem que scismatis et generalem reformacionem in capite et in membris. Et insuper quod si quis cuiuscumque dignitatis et si papalis mandatis statutis sive ordinacionibus et preceptis cuiuscumque concilii legitime congregati in predictis et pertinentibus ad ea contumaciter obedire contempserit nisi resipuerit condigne penitencie subiciatur et debite puniatur et ad alia iuris remedia si opus fuerit recurrendo.

Ex premissa autem declaracione manifestum est quod concilium generale plenum etiam representans non solum Constanciense sed et quodlibet aliud legitime congregatum habet iurisdictionem in predictis et pertinentibus ad ea et verus summus pontifex eciam immediate a Christo data et quod ipse summus pontifex tenetur concilio obedire. Ita quod si contumaciter obedire contempserit potest condigne penitencie subici ad alia etiam iuris remedia recurrendo ut supra. Igitur summus pontifex non habet propria auctoritate concilio ut ab extirpacione heresum reformacione ecclesie in capite et in membris desistat vel ipsum ad hoc compellere cum in illis concilio obedire teneatur. Nam si posset compellere auctoritate concilium ad desistendum ab illis et quod concilium in illis haberet obedire precepto suo, clarum est quod ipse summus pontifex non teneretur in illis concilio obedire. Non potest stare ista contraria sunt quod unus et idem teneatur obedire et non teneatur obedire ac possit in contrarium propria respectu eorumdem.

Ex quo clarissime sequitur quod ipse summus pontifex concilium congregatum pro extirpacione heresum vel pro reformacione ecclesie in capite et in membris vel extirpacione scismatis non potest auctoritate dissolvere sine consensu ipsius, quia cum concilium per talem dissolucionem prohibeatur a procedendo ultra in predictis et quolibet aliis, si tenetur obedire pape in tali dissolucione tunc haberet cessare ab illis quocienscumque pape placeret. Nec haberet iurisdictionem in papa vero predictorum sed magis econtra papa haberet iurisdictionem in concilium.

Item nullum ius vel ratio capit quod quis sit iudex alicuius et tamen ille cuius est iudex possit ei propria auctoritate ut a iudicio desistat et ultra non procedat vel et quod ad aliud tempus iudicium differat vel in alium locum transmittat. 2a racio Cum ergo concilium sit iudex cui papa in predictis obedire tenetur, clarum est quod papa non potest auctoritate ordinare quod concilium in predictis a iudicando ordinando statuendo precipiendo vel procedendo desistat et per consequens non potest ipsum auctoritate dissolvere sine eius consensu quia per talem dissolucionem concilium vel dominum est compelleretur

cessare ab omnibus istis

3a Item si papa contumaciter obedire contempsit statutis preceptis et ordinacionibus
concilii in predictis et pertinentibus ad ea potest condigne puniri subici et debite
puniri. Igitur concilium potest procedere ad coherciendum et puniendum papam con-
tumaciter obedire contempnentem. Si autem papa posset absque
quod concilium dissolveretur sine consensu eius tunc quandocunque concilium vellet pro-
cedere ad subiciendum papam condigne pene posset papa ipsum concilium
dissolvere, et hec manifeste repugnant. Item postquam concilium subicit
papam condigne pene adhuc potest ad alia multa remedia procedere ut
dicit prefata declaracio in qua papa non potest ipsum impedire quominus ad illa
procedat. Unde clarissimum est quod non potest ipsum invitum dissolvere.
Hec est dudum ante octo annos fuit determinatum in visione data per
concilium oratoribus olim Eugenii, que quidem visio incipit: Cogitanti,
ubi sic dicitur: Cum papa teneatur obedire statutis ordinacionibus et preceptis
auctoritate concilii in hiis que pertinent ad fidem extirpandum scismatis
tum et reformacionem ecclesie in capite et in membris et si non obedierit
puniri potest, Constat in hiis casibus ipsum fore inferiorem concilio et concilium
maius eo cum possit reformare statuere mandare et punire. Inferior
autem legem superioris tollere non potest nec ipsum suum superiorem extinguere vel
annichilare aliquin implicaret evidenter contradiccionem teneri obedire
et non teneri quia potest dissolvere. Hec habentur in prefata visione.
Ex quibus apparet quod determinacioni facte per ecclesiam in concilio constanciensi
super dicto evidenter repugnat quod concilium generale ullum etiam representans
tantis possit dissolvere vel transferre auctoritate sine consensu suo et quod con-
cilium constanciense determinando primam veritatem determinavit et alia
que ex ea manifeste et evidenter sequuntur sicut si scriptura sacra deter-
minat quod Abraham sit pater Ysaac et filius Abrahe scilicet quod est determi-
natum per eam quod Ysaac est filius Abrahe licet non expresse dicat, Unde determinat
determinat concilium constanciense quod papa in predictis tenetur obedire concilio
huic immediate potestatem a Christo manifeste determinat quod veniunt contradicendum
hinc in non habet ipse papa auctoritatem preponere concilio et ipsum compellere ut a talibus
desistat se dissolvendo vel transferendo.
Quod autem hec intellexerit et docuit ecclesia et ante dictam declaracionem
de auctoritate generalium conciliorum factam per concilium constanciense patet
manifeste ex alio decreto eiusdem concilii publicato in sessione
2a que immediate precessit illam in qua primo facta est dicta declaracio. Cum enim
papa Jo. xxiij recessisset de loco dicti concilii et fecisset mandatum
affigi in valvis ecclesie quod omnes officiarii Romane curie fa-
miliares sui et sedis apostolice auctoritate dignitatis ab inde recederent
et irent ad ipsum in Schaffhusia concilium decrevit in publica sessione
declarando quod per recessum domini pape Jo. de loco constanciensi vel et per
recessum aliorum quorumcunque non esset dissolutum ipsum concilium ymmo
quod remanebat in sua integritate et auctoritate et si que ordinaciones in contrarium facte
erant vel fierent in futurum.
Ecce manifestum testimonium quod et ante dictam declaracionem ecclesia intellexit
quod papa non posset dissolvere generale concilium absque eius consensu.

Item quod celebratio concilii actu congregata non dependet ex auctoritate
pape sed quod auctoritatem habet permanet in remanentibus etiam si papa cum multis
prelatorum inde recesserit. Non enim diminuat presidentes loco sui legatos
Jo. papa quoniam inde recessit. ymo recesserat cum eo novem cardinales
et multi prelati.

Item ex dicto decreto patet quod quecunque ordinacio facta per papam super dis-
solucionem concilii sine eius consensu nulla est et inanis. Nec unquam legitur aliquod
concilium dissolutum per papam contra eius consensum. Unde patet quod ista est veritas cuius
notitia est ab antiquo fuit in ecclesia.
Et iterum in decreto tercie sessionis concilii Constanciensis fuit diffinitum
et antequam processum inchoatum contra papam Jo. xxiii quod romana curia et officia
publica illius seu illorum officiarios de civitate Constanciensi ad aliud
locum non mutaret. Aut transferret seu personas dictorum officiariorum ad sequendum
eum directe vel indirecte cogeret sine licencia et auctoritate ipsius synodi. Et hoc quo
ad illos officiarios et illa officia per quorum absenciam visibiliter concilium
dissolveretur vel lederetur. Et si contrarium fecisset vel faceret in futurum aut aliquos
processus seu mandata contra decreta vel alios quoscunque illi sacro concilio adhe-
rentes et censuras ecclesiasticas aut alias penas ut ipsum sequerentur ful-
minasset aut fulminaret esset totum irritum et inane, nec eisdem processibus
censuris et penis tanquam irritis et inanibus quoquomodo obediendum foret.
Ex quo concilium Constanciense senciebat quod ipso ita ordinante papa
non posset subtrahere concilium aliquos suis suppositis per quorum absenciam
visibiliter concilium dissolveretur vel lederetur. Ergo a forciori intelligitur quod papa non posset
dissolvere concilium repugnantes et dissentientes et ipsum annullare atque
compellere concilium ut in tali dissolucione sibi obediat.

Item conformiter ad hanc doctrinam dudum facta est declaracio in 2a sessione
concilii Basiliensis in qua dicitur quod ipsa synodus Basiliensis decrevit et declarat
quod ipsa pro heresum extirpacione et morum generali reformacione ecclesie in
capite et in membris ac pace inter christianos procuranda in spiritu sancto
legitime congregata per neminem quavis auctoritate etiam si papali dignitate prefulgeat
dissolvi aut ad aliud locum transferri seu ad aliud tempus prorogari
debuit aut potuit debet aut potest debebit aut poterit in futurum absque
eiusdem synodi Basiliensis deliberacione et consensu.

Item diffinit ordinat et decernit ibidem sancta synodus quod nullus cuiuscunque
status dignitatis seu condicionis fuit in eadem synodo actu existens,
aut in futuro eidem incorporata seu incorporanda a tempore accepti itineris
ad ipsum concilium veniendo sine fraude et dolo continuati ad re-
cedendum ab eadem a quocunque quavis auctoritate etiam si papali dignitate preful-
geat directe vel indirecte in lesionem et perturbacionem dicte sancte synodi
requiri moneri compelli citari evocari ad aliud locum et romanam
curiam valeat. seu ne ad eandem synodum veniat possit aut debeat
quolibet impediri. Si vero a quocunque quavis auctoritate etiam si papali dignitate
prefulgeat in contrarium attemptatum fuit seu attemptaretur in futurum aut processus
penales vel mandata et censuras ecclesiasticas vel translaciones prelatorum
invitorum vel privaciones aut inhabilitaciones eorundem seu aliorum beneficiatorum

quovismodo aliasve petitos quascumque contineri ut ab eadem sancta synodo
recedant vel non accedant ad eandem vel eidem non adhereant fulminati
fuerint fulminentur vel fulminarentur in futurum totum sit irritum et inane.
Necnon eisdem processibus censuris et penis tamquam irritis et inanibus quoslibet
obedientes fore predictos quoque processus et censuras cum omnibus inde secutis
et secuturis quatenus de facto processissent aut procederent in futurum cassat
irritat et annullat ac processus irritos atque nullius roboris decernit
diffinit ordinat et declarat. Quam etiam hanc declarationem declarante et
diffiniente quod ipsum concilium per predictos congregatum dissolvi non possit
et quod processus censure et huiusmodi nulla fuit. Unde dubium esse potest quod concilium in
casum talis dissolutionis non teneretur ipsi pape obedire sed magis econtra.

Item in quinta sessione eiusdem concilii dicitur quod ipsa sacro sancta synodus decernit
ordinat statuit et declarat quod quicumque et singuli cardinales patriarche
archiepiscopi episcopi abbates prelati reges principes duces marchiones
comites barones nobiles vicarii ecclesie Romane vasalli quicumque
Romane curie officiales summi pontificis familiares sive alii cuiuscumque
dignitatis existant sive quibuscumque nominibus censeantur propter iuramenta
promissiones vel alias quascumque obligationes prefato summo pontifici seu
alteri ad hoc eius mandato deputato seu quibusvis aliis quolibet super quacumque
re vel causa vel sub quacumque forma verborum prestita vel prestanda nullatenus
astringantur aut se impeditos a veniendo ad hoc sacrum concilium
occasione dictorum iuramentorum promissionum vel aliarum obligationum
pretendere possint aut poterint in futurum quomodolibet absque periurii et infra-
ctionis nota ad ipsam synodum teneantur accedere qui de iure aut consuetudine
accedere tenentur et omnes prelatores(?) ... qui vocati et requisiti fuerint et omnes predictorum
suorum assistentes. Ceteri vero qui vocati et requisiti fuerint et omnes predictorum
procuratores obedire et adherere ipsi concilio et libere accedere possint
et teneantur et eidem licite interesse.

Si igitur ecclesie viri et iuramento vel alia quacumque obligatione astricti
summo pontifici non tenentur obedire in tali facto dissolutionis sed potius ad
synodum venire astringantur manifestum est quod concilium in tali casu non tenetur
obedire pape sed magis econtra.

Item in XVI sessione eiusdem concilii in decreto quod incipit Cum frequens
ipsa sancta synodus statuit et decernit quod si Romanus pontifex ipsum concilium
quoquomodo de facto impedire mutare prorogare dissolvere operam dederit
et infra quatuor menses cum reali satisfactione non resipuit extunc ipse
Romanus pontifex a papali administratione sit ipso facto suspensus cuiusquidem papalis
administrationis ad sacrum concilium ipso iure devolvatur. Et si penam predictam
per duos menses post dictos quatuor menses sustinuit indurato animo ipsum Romanum
pontificem usque ad privationem inclusive per concilium generale procedatur. Statuit
quoque in eodem decreto sancta synodus quod non obstante quacumque et Romani pontificis
prohibitione omnibus cuiuscumque status et conditionis existat et si Romane ecclesie
cardinales liberum sit ad generalia concilia proficisci. Et quod ipse Romanus pontifex
ad ipsa generalia concilia accedere volentibus prefatis dominis cardinalibus licentiam
si petierit impertiri teneatur. Et insuper declarat idem sancta synodus quod concilium

actu cogitatum dissolvi aut de loco ad locum mutari sine ipsius concilii
expresso consensu per romanum pontificem nullatenus possit. Cassat quoque irritat
annullat si quid forsitan contra hec vel eorum aliquod derogatorium ad impedimentum
ipsius concilii generalis personarum et prelatorum ac suppositorum eiusdem per
privaciones translaciones censuras quoque ecclesiasticas vel alias quovis et futuris
contigerit attemptari //

Item hanc eandem doctrinam dudum tradidit ipsum sacrum concilium Basilee
tam in supradicta conclusione synodali que incipit Cogitanti ubi per auctoritates
divini et humani iuris hec probat plenissime quam in alia conclusione incipiente
Speravit data oratoribus ipsius domini olim Eugenii xvi kl. Julii Anno
domini M° cccc° xxxiiii. ubi late exponit quod concilium nullo modo debebat pati
quod pretensa dissolucio secunda nunc attempta per ipsum dominum olim Eugenium
haberet locum et ibidem ponit hec verba. Cum ius remedijs uti potius ut statuta
hec promulgandis non conveniat. si ipsum concilium per quod statuta sunt
irritari paciatur. Malleus modum quam tante errori per ignaviam cedere
Et inferius: hic articulus de quo disceptamus fidem concernit quem sine interitu salutis
contemni non potest. Si dominus Eugenius etiam statim non audeat quia hec con-
cilium reputat. oportebit tamen hoc tempore ecumenicum et publicatum si ec-
clesiam amplius offendere non vult recognoscere hec nunc esse hec verum fuisse
et esse concilium ipsum quoque dissolvere nequivisse //

Ex quo et apparet non esse verum quod ab aliquibus dicitur quod paulo ante sententiam
novissime latam quam olim dominus Eugenius umquam actum fuerat de hac
re tempore de facto fidei. Cum in predicta conclusione expresse dictum fuerat suis
oratoribus quod hic articulus de quo erat disceptacio tunc ante septem
annos inter concilium et papam qui erat super potestate dissolvendi concilium
concernebat. Et prius in prefata conclusione Cogitanti fuerat dictum quod
hereticus est si quis decreto concilii constanciensis sponte contumaciter

Item ibidem dicitur est quod si hereticus est qui unionem ecclesie [illegible] condiunt
primatum aufert. quanto est maior est hereticus qui eam ecclesiam in qua
romanus continetur et potestatem super omnes ecclesias et omnes homines potestatem habet
negat. hec in prefata conclusione habentur. Et apparet quod repugnans illi
decreto concilii constanciensis tunc manifestabatur ad materiam fidei
pertinere. In quo decreto evidenter continetur ut dictum est quod papa non potest
auctoritate compellere concilium ad desistendum a reformacione et ex-
tirpacione heresum //

Item in decreto xvi sessionis eiusdem concilii monitum ut prefata dissolucio
per eum attempta penitus revocaret et ipsum concilium a tempore inchoacionis
legitime consummatum fuisse et esse declararet quod si non adimpleret cum effectu
infra lx dies suspensionis ab administracione papali incurreret ipso facto
procederet quoque ad ulteriora usque ad sentenciam finalem inclusive. In quo etiam
decreto commemoratur quod ipse olim Eugenius oratores suos ad concilium
transmiserat non ut emendaret sed ut errata defenderent. predictis quoque in
concilio existentes inpareret quod mox dissolucioni sue non paruisset.
quibus oratoribus per conclusiones ipsius sacri concilii multas tam iuris divini et humani quod

No bu

h[ec] [illegible]
[illegible]

sine consensu concilij dissolvere nequiverat quam sancti quod tunc prius se dissolucionem
ve non fuerat extitit luce clarius patefacta/
Item in decreto xviij sessionis fuit & indicta certa forma sub qua
haberet predictam pretensam dissolucionem revocare. Ita quod si hoc non faceret
infra nonaginta dies pene in decreto ante dicti monitorij contente
corpore inflicte essent et esse intelligentur/
Ex quibus omnibus satis apparet quo evidenter fuit declaratum per sacrum
concilium quod in tali actu dissolucionis non tenebatur obedire concilium summo
pontifici sed magis summus pontifex in revocacione talis dissolucionis concilio obedire
tenebat. Affuit quoque sic stante concilio Basiliensi illo tempore quo dominus tunc
Cardinalis sancti angeli sancte sedis apostolice legatus et alij sex cardinales.
Bononiensis. placentinensis. Sancti petri. sancti eustachij Rothomagensis.
ffirmanus. necnon imperatoris regis francie Aragonum Electorum ducum
Burgundie. Sabaudie. mediolani et aliorum principum. universitatum
parisiensis. Coloniensis. Wyennensis et aliarum plures quoque alij famosi
doctores erant in ipso concilio inter quos et tunc erat N. de cusa
virtuose in predictis laborans/ Vnde iste res sunt de novo introducte per
illos patres qui iam actu sunt in concilio Basiliensi qui solum in hoc se exhibent
defensores doctrine ecclesie ut ipsi et omnes fideles tenentur/ Et
ipsemet summus pontifex illo tempore predicto concilium in hac doctrina preveniens
approbavit et quoque adhesit ac dissolucionem per eum factam nullam irritam
et inanem declaravit. Ipsum quoque concilium illa non obstante tunc continuatum
fuisse ac esse revocavit quicquid per ipsum aut suo nomine attemptatum erat
contra auctoritatem concilij Basiliensis alia quoque plura in confirmatorium auctoritatis
ipsius concilij professus est et declaravit prout patet ex tenore bulle sue
adhesionis que est talis/ Ad perpetuam rei memoriam. Dudum
Eugenius episcopus servus servorum dei. Constanciensis et Senensis
sacrum Basiliense concilium per generalium conciliorum statuta ordinaciones quoque felicis recordationis Martini pape quinti ac nostram
pro extirpacione heresum pace populi christiani ac generali reformacione ecclesie
in capite et in membris et pertinentibus ad ea ltunc inchoatum ex certis
causis et aliis nostris litteris expressis de fratrum nostrorum sancte romane ecclesie
cardinalium consilio dissolvimus. Verum cum ex dicta dissolucione graves
sint guerre dissensiones et graviores oriri possent nisi quoque magis oporteat
quamquam quod predicta sancta opera debitum sortiantur effectum De consilio et assensu
venerabilis fratris Jordani episcopi Sabinensis et dilectorum filiorum nostrorum Anthonij
sancti Marcelli Francisci Clementis Angeli tunc sancti marci presbiterorum
ac Lucidi sancte Marie in Cosmedin et Prosdocimi sanctorum Cosme et
Damiani diaconorum sancte romane ecclesie cardinalium decernimus
et declaramus prefatum generale concilium Basiliense a tempore predicte inchoacionis
sue ltunc continuatum fuisse et esse prosecucionemque habuisse continuari
ac prosecucionem habere debere ad predicta et pertinentia ad ea perinde ac
si nulla dissolucio facta fuisset. Quinymmo prefatam dissolucionem irritam et
inanem de consilio et assensu similiter declarantes ipsum sacrum generale Basiliense
concilium pure simpliciter et cum effectu ac omni devocione prosequimur et
prosequi intendimus

hic declaratur quomodo cardinales adheserunt post datum decretum papa

Hic bulla papa concilij et revocat dissolucionem

pateat ut mentis nostre integritas ac devotio quam ad universalem etiam
et sacrum generale Basiliense concilium gerimus omnibus constet evidenter
duas litteras nostras pridem in apostolico pallacio promulgatas videlicet eas 3 fu l[itte]ra[e] revocata
quarum tenor de verbo ad verbum inferius describitur quarum una incipit
Deus novit/ Cum a nobis aliquid de scitu nostro nunquam emanaverit
licet superfluum videatur quod non exstat revocare tamen quia petitum est et ad cau-
telam si ullo unquam tempore apparuerit et alias quascumque et quicquid per nos
aut nostro nomine in preiudicium aut derogacionem predicti sacri concilii
Basiliensis seu contra eius auctoritatem factum et attemptatum seu assertum est
cassamus revocamus irritamus et annullamus nullas et irritas
fuisse declaramus/ Et infra subiungitur Nos autem deinceps a novita[tibus]
gravaminibus seu preiudiciis inferendis ipsi sacro concilio vel suppositis eius
et adherentibus eidem realiter et cum effectu desistemus/ Hec in predicta adhe-
sione habentur/ Et advertendum quod in predictis litteris in palacio apostolico promul-
gatis quarum una incipiebat In arcano. Et alia incipiebat
Inscrutabilis/ Et tercia que incipiebat Deus novit/ plura dicebantur
contra auctoritatem sacri concilii Basiliensis et aliorum conciliorum generalium
ut patet inspicientibus eas que omnia tamen revocata fuerunt//

Manifestum est igitur quod summus pontifex non potest concilium congregatum pro extir-
pacione heresum aut reformacione ecclesie in capite et in membris aut
extirpacione scismatis dissolvere aut transferre sine consensu ipsius nec in hoc
suffragatur quod dicitur quod ex causa potest. Nam ad cognoscendum an causa
sit sufficiens vel non pro tali dissolucione vel translacione facienda non est standum
iudicio pape sed iudicio [struck] concilii sicut patet ex supradictis et et practica
superiori tempore observata p[er] eciam o[mni]a. Nam ipse olim Eugenius in prima
dissolucione allegabat quod pro facto grecorum necesse erat tunc celebrari con-
cilium Bononie infra annum et dimidium et propter hec cum aliis causis dis-
solvebat concilium Basiliense et scribebat per bullas suas quod talem
dissolucionem ex bonis et iustis causis fecerat. Et nichilominus stetit etiam
iudicio suo sed iudicio concilii concilium mandavit ei sub penis
ut dictam quod illam dissolucionem revocaret sub certa forma quod et fecit/
Nam et si permitteretur quod in causa dissolvendi concilium papa haberet iudicare quod
iudicium concilii ipse facile posset dissolvere concilium quod ageret de re-
formacione ipsius vel correccione in fide vel moribus vel de extirpacione
scismatis dicendo quod haberet agere in alio loco cum grecis vel armenis
vel turcis vel tartaris aut aliam causam allegando prout concilium desiderans
practicas quas olim Eugenius pro evitando reformacionem et supprimendo
auctoritatem conciliorum sub colore grecorum. Iudicavit non esse expediens
quod se transferret ad locum quem ipse volebat. Dubitabatur enim concilium
ex hoc magnam ruinam ecclesie catholice imminere. Et in alio loco quam in
Ferraria poterat laborari ad unionem grecorum in quo potius fuisset con-
servata conciliorum auctoritas et reformacio ecclesie debitum habuisset pro-
gressum. Singularitatem autem et nullitatem dissimulare aut permittere potuit
quod ipse olim Eugenius auctoritate licet nulliter et de facto transtulit concilium ad Ferrariam.

ex inde p̄ tꝰ cau quo p̄cedet aut fiet aliq̄ nouitas con̄ ypm
ꝛ cardinales sc̄e rōne ecc̄ie et p̄sidentes suos qui i q̄cilio fuant
aut con̄ aliquē ipoꝝ ut magꝯ infra dicet. Sꝫ satis ē q° ad
p̄ntē articlm p̄dcā p̄misisse ad ondm q̄ ip̄e olim eugenius
nō potuit dissolue ac̄ tnsfēre conciliū de plenitue p̄tatꝯ sine
cōssn ipiq. p̄termissꝫ ad p̄ns allegacōnibꝫ pluimꝫ auctū ꝛ iuriū
que i hᵗ allari possent ꝛ que i diuꝫ uisionibꝫ synodalibus
lacius deducuntur

Tercia hac 2ª p̄te ondm ē q̄ conciliū nullo° ē dissolutū nᵗ tnslatū
de suo cōssu. q̄ q̄z nᵗ ea que allegant p̄ adusarios de quadā
cedula quā appellat commercialem / nᵗ conclo p̄cialis fcā
p̄ legatos ap̄licos ꝛ quosdā eꝯ fauctes nꝫ aā p̄nt ualē
ad ondm conciliū ēē tnslatū uel dissolutū de suo cōssu.
Hac aut deducit notoie p̄mo ex hiis q̄ intucunt tp̄e
ordinacōnis dcē cedule i qua se fundant adusarios / 2°
ex hiis que cōtigunt tp̄e quo legati olim eugenii cū pauc̄
eꝯ fauentibꝫ dicebat faciendā ēē elecōm de florencia
vtino ꝛc. 3° ex hiis que p̄tea subsecuta st̄ ꝛ fcā sunt p̄
conciliū ꝛ ipis legatꝯ p̄pe cū suis fauentibꝫ consencientibꝫ
~~ꝛ tntū ad p̄m noto~~ 4° ex hiis q̄ p̄tea fcā st̄ p̄ ypm olim eugeniū
Cz tntū ad p̄m notoiē ē cfm q̄ adusarii dnt ēē p̄ncipalē fundamtū
suū vꝫ q̄ cedula quā allegant p̄ se fuit commercial p̄ quā q̄ci-
liū disposuit ꝛ cōclusit xxiii febrꝯ anno dn̄i° m°. xxxviii
q̄ infra xxx dies a tp̄e recessꝯ iiii°ᵒʳ oratoꝝ auinionens
contentaret capitaneū galeaꝝ de xxx milibꝫ ꝛ octigentꝯ
florꝯ ꝛ residuū pecunie usqꝫ ad sum̄a lxx miliū tradent
ꝛ realiꝰ i pecunia numata q̄ q̄z infra xii dies sequenꝯ p̄fati oratoē ꝛ
auinionens tenent cꝯtificare conciliū de p̄dcā satisffōe alioqn
extunc conciliū possꝫ ꝛ tenet aliū locū eligē ꝛ sibi ꝛ vli ecc̄ie
aliūde p̄uidē / Si enī fuit ibi aliq̄ pacto ac̄ cōtractꝯ dut
fuissꝫ conciliū cū seipo ꝛ hᵗ dici nō pt. q̄z necā ē dra valio seu
fuissꝫ conciliū ꝛ... psonalis int° conhetes. Aut fuissꝫ hmoi cōtctꝯ int° conciliū et
aliū uel alios qui nō ēēnt conciliū seu de corpe eiꝰ ut potē
int° grecos de quoꝝ vnioe agebaꝛ p̄ conciliū; vl int° conciliū
ꝛ auinionen. de quoꝝ actu disponebat dcā cedula Sꝫ q̄stat q̄ nō
q̄z ibi ineuntū hoꝝ nōniat. ꝫ solū dcd q̄ conciliū sic conclusit
Aut dicet q̄ int° p̄tes cōcilii ad inuicē fuit ista conuencio cō-
q̄ p̄mo int° eos fuisset disceptacōes ꝛ p̄ hᵗ reducti sunt ad q̄cor-
diam. Et hᵗ stare nō pt q̄z eodmō possꝫ dici fere de quocūqꝫ decto
sinali. vix enī unqm̄ q̄tigit q̄ cū p°ᵗ aliq̄ matia i delibacōe
sinali, statim cōcordat omēs p̄tes q̄cilii. Sꝫ unqm̄ q̄ueniat i eadē snām
ꝛ i mateis fidei nunqm̄ st̄ int° ipos q̄tūcs disceptacōes; vñ simbo-
lū Nicenū ꝛ articuli fidei ꝛ alia declarāta i q̄nalibꝫ cōciliis.
silr ꝛ quecūqꝫ fē sinodalia decta. debent ea rōe dici cedule co-
mercdales

Item in eadem cedula non exprimitur quod primo fuisset dictum inter distinctas
partes in concilio ut puta inter naciones Germanie et Ytalie ac Francie
et Hyspanie. Secundo synodus dicit in predicta cedula pro felici expedicione
dominorum ambasiatorum in Grecia itinerum missa sit de pecuniis in ma-
grecorum mstrac quitta primo quod dominorum ambasiatores etc. Ita quod ibi nulla
mencio sit de aliqua divisione quod primo esset inter partes que erant dado
mento sit de aliqua divisione quod primo esset inter partes que erant concilii membra. Non autem quis
partes diverse. Omnis enim reputat se esse concilii membrum. Ad quod sit adversarius aliorum
vult reputari quod non sit de corpore concilii. Ad quod sit adversarius aliorum
ut sit inter partes dicta adversaria et contraria. Sed non dicitur quod licet non specifi-
cetur tamen primo continebat convencionem inter concilium et legatos pape facientes
partem distinctam a concilio quod tamen ita se non habebat. Adhuc isto modo
multo magis potest dici quod fuit actus convencionalis ad quem contractus
In huiusmodi enim requiritur utriusque partis assensus. Quarto non ad dictam cedu-
lam dissenserunt expresse et protestati sunt in communi legati pape. Unde evidenter me-
lius patet esse falsum illorum fundamentum quod dicta cedula censenda sit convencional-
is. Fuit enim concilio Grecorum inter se non continebat aliqua parte distincta a concilio.
cum qua faceret convencionem aliquam. Et tamen oportuisset illum cum quo
concilium convenisset esse partem distinctam ab ipso concilio cum de natura
convencionis sit quod fiat inter partes diversas et distinctas ut premissum est.
Unde solum illa verba possunt et tenere importabat simpliciter nomen
et ordinacionem concilii quam immutare poterat et revocare et ab ea
recedere si ei videretur sicut de hoc iura faciliter possunt allegari.
Secundo ruit eorum fundamentum quia non attendunt ad allegacionem per
dominos Abbatem Bone Vallis et Raymundum Talom fratrem ex parte Galli-
canorum. Cum abbas et Raymundus missi fuerant a Gallicanis
cum ... ...
cum potestate dandi caucionem nomine Avinionensium et mixto tenore potestatis
ceteris date facerent allegacionem et pactum cum illis de Avinione quod
eis date facerent allegacionem et pactum cum illis de Avinione quod
eis date fuerint decretacionem electionis locorum in Basilee Avinionis et Sabaudie
sicut decretacionem electionis locorum in Basilee Avinionis et Sabaudie
et imposicionis decime antequam exbursaret illa summa lxx
milia florenorum ac eciam reportaverunt eis pecunias ex indulgen-
ciis et decimis provenientes. Et hec facta fuerunt per eos antequam predicte ce-
dule. Sed concilium non habebat adhuc noticiam de hiis quando predictam
cedulam conclusit, que si cognovisset nullatenus predictam cedulam con-
clusisset. Unde manifestum est quod Gallicanum non debuit sive non potuit ad saltem
numquam sue intencionis fuit venire quod obligacionem dictam factam suo
nomine. Et cessavit effectus principalis dicte cedule videlicet quod primo tradere
deberet pecuniam et postea fieri decretacionem. Obligacio namque nomine
suo habebat communiter et oportebat concilium servare obligacionem factam
nomine suo. Tercio invalidum est fundamentum eorum. Nam posito quod
dicta obligacio non precessisset et cedula fuisset convencionalis quod non continebat
obligacio ulla contenta in ipsa inter dicta continebat legitimo impedimento cessante
ac sine dolo et fraude. Sic enim in convencione inita inter Gallicanum et
Grecos in xix sessione dicitur. Et quod predicta omnia et singula inter ... dicti
bona fide sine dolo et fraude et absque impedimento legitimo et manifesto.

Constat aut notorie q ipis Auinonen hc tpe mt'me sustiuerit im
pedimetu ltium z manifestu. Siquidem hijs diebz infra termi'nu
i dca cedula pfixu venit i auinone missi ab olim eugenio
Archiepus Cretensi et Jacobus de Narameto cl'icq tn aplice
Qui ex pte illi' itatis ciuibz phibuerut eisdem ciuibz z put potuerut
instituerut ut nullatenus mutuaret concilio dcam summam lxx miliu
ducatoz. Et tn ipe olim eugenius eet dus ciuitatis maifesto pz
de impedimeto ltimo. Item tempe quo accesserut dci oratores co
cilij i auinone cotingit dnm Cardinalem de fuxo legatu
z gubnatore ciuit' cu alijs pricipalibz eiusdem ciuit' ee apd dnm
rege francie qui tunc erat i lingua occitana. Itaq no fuit eis
utile totu tpe i cedula cotentu ut i dcte ul mig diebz qui res
tabat eis possent puide ad ta magna exbursacoe pteca si
i ea re meliem dolo aut fraus no e ad pns dice. Quarto
vnit fundamtu aduersarior quo ad hc q dnt no fuisse sat' fcm
p auinonen i tempe. Et quidem cu ultimi oratoru recessit
de cocilio ultima febr' lre ipoz qtuor oratoru vz epoz
lubicen. parmien. visen. et lausanen ctificam de satisffcoe
applicuerut basileam xi. aprilis sero. Et sequeti die fuerut pu
blicate i congregacoe gnali. Item alie lre ipoz oratoz pleni'
specificates fcm fuerut publicate cocilio xiiij die eiusdem mes pteca
me' pcess moueba' qo sup dcta tpib fz som utru p hc q lra
oratoru dicebat q de residua summa fecerut eos cautos z
securos censeret' satis fcm ee dce cedule p ciues Auinonen

Hij aut satisfecerut sufficient' intencoi cocilij z si no tradiderut
realr i pecunia numerata dcam summa ad manus oratoz ipoz
racio appet ex sequentibz. Et pmo q urtute obligacoe fcam eisdem
nomie cocilij ipi nichil tradere tenebant' n pmo hrent ipaz
decretacoe locoz ac impoicois decime que p eos peteba'
a cocilio p ltima caucoe tate sume mutuande vz lxx milia
ducatoz. Et tn ipi absq obtentu alicu ex istis cotetarut
capitaneu de xxx milibz et viij' ducatis de residua summa
securos z cautos fecerut oratores cocilij sic q ctificaco de
hc uenit ad cociliu i tmio cotento i cedula mo sup dco.
Item 2° q tpe accessus ipoz oratoz concilij pricipales gub
natores no erat i ciuitate prntes z no videba' eis tpe curre
Item 3° q impedimeta fuerut eis pfata z phibico fca ex pte
olim eugenij ppe ne traderent concilio dcam summa q p tuc
erat dus eoz q apud omes z maxime apud intelligentes
dz censeri ltim z sufficies impetu. Item 4° q cu ia ppoterata
fuissent eis omia emolumeta pdca z ipi cotetasset capitaneu
de tam grandi summa xxx miliu et viij'. qui capitaneus
fuerat deputatus ad ducendum galeas p totu cociliu. Cui etia
R. dus cardil' sce sabine tradiderat manu ppa i gnali congregacoe
baculu z vexillu capitaneatus z ipm z cociliu pacta z queros

cu eo fecerat Jam vero no erat integr ut procedet ad electom aliam. Itaq
vonabl concilium indicavit eos satisfecisse pdre ordinatori suffici
quo ad intentom concilij hc e enim quod prima requirebat gallum se
cum fore ac securitorum de henda ab eis summa pdca lxx milium flor
Nam et hac securitate habita no restabat nisi p concilium qui haberet pecunias
qui vellet. ex quo amplius no stabat p avinionen qui pecunia expe
divet. habita decretatoe locorum et decimarum qua decretatom gallum
potrat expedire quocunq volebat et ad qua eciam erat obligatum p pacta
facta ab ambasiatoribus suis ut dictum e etc iam no imputari habebat ipsis
avinionen retardatio expeditionis pecuniarum. Et hac certitudine et
securitate dederunt sufficient. Ipsi q oratores concilij quibus erat commissum
prohibuerunt testimonium q de residuo eos cautos et securos fecerunt. Id et
verum esse hc venit in publico manifestam q no expediebat ymo erat
ruptura negocij ipsius vnionis de q agebatur si p concilium processum fuisset
ad alia electom. primo propter difficultate in concordando, experien nam
monstravit quot angustias passum erat concilium in faciendo prius ipsam
electom locorum. et quante difficultates ingeste fuerant contra loca ytalie
de quibus cum no haberet securitates quo ad habendum pecunias et alia necessaria
precipue de florencia et utino licz no plene ac contra ducem mediolani
hec duo eos ita invicem adversabantur q dux mediolani protestabatur
no pati sed cursitum p terras suas ad favore amicorum et confederatorum
Et revocabat omnes salvos conductus si venerit florenciam p concilio,
Unde no poterat eligi florencia tamquam locus tutus p concilio. adversus que
tot comminatorum impedimenta fiebat, Similiter erat presumendum q
faceret in patria fori Julij sub dominio venecianorum. Tercio eciam q
faceret in patria fori Julij ... quo astucia romanorum pontificum tam facile
exceptum fuerat in diebus nostris quo astucia romanorum pontificum tam facile
dissolverentur gallia in ytalia absq hoc q in eis fieret reformatio ad
qua congregata fuerunt, et manifeste legitur de pysano romano papyen
et Senen, Unde inclite memorie Sigismundus amisaverat concilium q
no consentiret se nominaret locum in ytalia quia hoc esset gallum dissolvere
prout patet in cedula presentata nomine suo p Georgium fistel oratore ipsius
xxviij septembris Anno xxxvj, Item exposuit hoc dominum est prefata p
epm Augusten ambasiatore suum in congregatoe generali xiiij Junij
et p litteras suas presentatas in congregatoe xvij Julij. Et similiter q
florencia no esset locus p concilio et q esset eciam inimica. multa q similia
et quidam opponebant. q electom loci si in ytalia deberet fieri, Ite gallum
et quidam opponebant ... et ipse eciam dicebatur qui
fecerat tractatum cum capitaneo de pandis galeis et ipse eciam dicebatur qui
in totum passe fuerat q contentatus nomine concilij in xxx milibus du
catorum et octingentis Et prout dictum e erant ypoteca cunctis avinionen
emolimenta provenien ex indulgentijs et impone decime. Ita q
cum res no erat integra concilium no poterat honeste procedere ad aliam
electom, Item si temptasset aliam electom facere cursisset multum de tempore
et multo tardius galee potuissent applicare constantinopolim,
Unde ex hijs manifeste patet q concilium procedere no habebat ad aliam electom,
Item ulterius patet ad intentom adversariorum valere q dominum Johem dissipatum gon

ptestatu fuisse cõtra electionem factam de Basilea Avinione et Sabaudie
primo quia ille dissipatus non potât ptestari decretum in quod ipsi greci
expresse consenserunt et in quo expresse Sabaudia nominabatur. Etiam ipse dicebat
quod ipsi punctaliter vellet stare in decreto nec ab eo quomodo modo recedere
nec est ad hoc ostensum mandatum aliquod ex parte imperatoris grecorum. Ymmo
quando venit primo exhibuit unam litteram credencie et explicando credenciam
suam in congregatione generali nichil dixit de materia illa quia et non potât scire
de huiusmodi electione quando ex Constantinopoli recessit. Sed postquam fuerat
Basilee per aliquos dies illam ptestationem exhibuit in latino eloquio
non quidem composita per eum qui nichil lingua latina explicare poterat sicut sciebat
sed per aliquem doctum iurista ad que fuit vrsinum in congregatione tamen
per dominum Cardinalem Arelatensem quando per promotorem fiscalem sic generaliter
erat et declaratum quod concilium fecerat nominationem locorum nichil decretum
concordatum. Et postquam hec supradicti iiij^or episcopi iuerunt Avinionem Grecia
ex declaratione totius concilij pro executione eorum electionis recepta
benedictione ab archiepiscopo Bituricensi solempniter missa celebrata in galilea
inuenit in Avinione. Contra hec est quod dicebat prefatus Iohannes dissi-
patus grecos non esse venturos per mare Siculum manifeste facit quod
quando audiuerunt greci in Constantinopoli galeas parari in Janua fecerunt
magnum gaudium. Et item cum tunc audierunt eas parari in portu
pisano ad quos portus venire habebat per mare Siculi per quod mare
Januenses Cathalani et alij assidue vadunt nec de hoc faciunt dif-
ficultatem. Quod est dicebat dissipatus grecos per Sabaudiam
intellexisse prouinciam ultra montes in ytalia manifestum est contra
Etiam dicebatur in decreto extra ytaliam scilicet Vienna Buda Sabaudia
et ita in hoc non erat standum verbis ipsius dissipati. Item nec potest valere id
quod allegatur ex adverso dicens quod cum in dicta cedula teneatur quod post
lapsum xlij dierum concilium possit et teneatur ad aliam electionem pro-
cedere ergo eo ipso exspirauit electio ipsa prima per quam fuit facta de Basilea
Avinione et Sabaudia. Illa enim electio non dicitur cessare nisi per actum
contrarium et si concilium disposuisset facere aliam electionem quemadmodum si quis
facit testamentum et disponeret de nolendo facere aliud contra dum facere
intendit non censetur prius esse cassatum donec fecisset aliud. Clausula
namque ipsius cedule quod concilium possit et teneatur procedere ad electionem
altarius loci non habet vim annullacionis vel irritationis primo fienda et si tamen
ptinet item puta sit inutilis viltaria Nemo potest enim imponere legem
a qua non possit recedere ac de suo actu aliud disponere quando prius
ordinauit. Esto enim quod quis iurasset non vendere librum sed si postea
venderet teneret venditio quia non possit sibi ipsi legem imponere. Unde cum
dicta cedula nullatenus fuit commictoria sed quoddam auisamentum vel
ordinatio concilij liberum erat ipsi concilio nichil obstante alias vetere
vel aliam electionem facere vel in prima manere. Et ex eo quod aliam non fecit

censetur prima mane cum concilium non processit ad actum contrarium sed persistit in
primo. Nec censetur concilium fuisse negligens ut sic dicatur potestas eligendi
devoluta ad paucorum. Non enim imputatur per concilio negligentia, circa
factum electionis, ymmo diligenter deliberavit concilium quid in hoc esset agendum
ex habitu matura deliberatione omnibus circumstanciis consideratis conclusit
persistere in prima electione quam fecerat de basilea avinion et sabaudia.
Et in hoc revocavit illam ordinacionem tacite et contrarium suam prius factam de
procedendo ad aliam electionem si aliquam vim habere videtur sic revocare
poterat ut supra dictum est. Judicavit quod magis expediebat rei publice et bono
esse persistere in prima electione quam ad aliam electionem novam procedere attentis
circumstanciis omnibus. Nec in hoc poterat minor pars resistere perfundo iudicium suum
iudicio maioris partis in duplo parte nec in isto casu habet locum devolucio quia
devolucio non fit ad minorem partem nisi in casibus expressis in iure. hoc autem
non reperitur in casu nostro //

Secundo et principaliter deducitur intentum videlicet quod concilium non fuit dissolu-
tum ex ipso consensu in hiis que contigerunt tempore quo legati tunc presentes
dixerunt se fecisse electionem de florencia utino etc. primo quia cum fuerit sta-
tutum synodaliter in decreto xxj sessionis incipiente Cum frequens, ut ba-
siliense concilium per neminem et si papalis fuisset dignitatis dissolui aut de
loco ad locum mutari possit nisi de expresso consensu duarum partium totius
deputacionis votis singulorum scrutatis in ipsis deputacionibus. ac etiam
deinceps facta scrutacione votorum in congregacione generali et duabus partibus
ipsius congregacionis concurrentibus. Manifestum est quod nunquam in electionem
florencie aut utini quam pretendebant dicti legati consenserunt due partes
cuiuslibet deputacionis, ymmo nec tria pars. Et in aliqua deputacione ubi erant
homines partis solum unus legit formam illius pretense decretacionis contra omnibus
precedentibus deliberavit et dixit se nomine ipsius deputacionis concludere
Nec habet sanioritas allegari in minori parte quam unus in duplo excedit prout
de hoc facilius nota prout allegari. Item 2° quia non fuerunt scrutata vota secundum
in generali congregacione prout requirebatur. Unde cum absque predicta forma generalem et
per papam dissolui aut transferri non potuit multo minus quo per dictos lega-
tos cum suis paucis fautoribus resistentibus eis multo pluribus quam in
quinque aut sex partibus. Nec obstat id quod dicitur ex adverso quod id decretum
xxj sessionis fuit revocatum in sessione xxv quando pactum est initum cum grecis
ubi concilium consensit in translacionem suam post adventum grecorum infra mensem,
Manifestum est enim quod ista xxv sessio non continet xxj precedentem ut censeatur per
eam revocari. Nam nota est intencio quod ante translacionem concilii in adventu
grecorum oportebat nominari aliquem locum specifice quia sic erat com-
pactatum ut per oratores concilii imperatori et grecis nominaretur locus grecis
quem concilium acceptaverat pro celebranda synodo yconomica. Et etiam quod
prius nescirent ad quem ex septem locis ante prius nominatis per grecos
se deberet transferre et ista electione specifica loci sine qua non poterat fieri translacio

restabat adhuc et si habebat illa scrutacio votorum contenta in predicto decreto Cum frequens/ Item si id decretum Cum frequens potuit renovari per aliam sequentem conclusionem concilii ut adversarii dicunt quod tamen primo fuerat concordatum per omnes conclusum et in sessione publica solempniter decretatum ita quod habet esse in eo ponitur quod concilium non posset alio modo dissolui vel transferri quam illo qui ibi determinatus fuit. Quia tamen concilium semper manet in plena libertate nec potest sibi legem prefigere a qua non liceat sibi impune recedere quod per sequentem conclusionem mutare a prima recedere quanto magis predicta simplex conclusio facta quod duabus presidentibus apostolicis in qua fundat totum factum suum predicti adversarii potuit per aliam conclusionem renovari. In eo videlicet quod concilium non processit ad electionem nouam sed perstitit in proxima/ Item 3o attendendum est quod in prima conclusione preciali qua decretum vocat non reperitur quod fecerint aliquam electionem de duobus locis Florencia Utino etc. Hec enim sit cum iam tempore ista exequendi in foribus insteterit/ Cupiens hec sancta synodus suis penitus sollicitacionibus satisfacere et tam pium negocium quo hoc tempore salubrius excogitari nequit totis viribus ad optatum finem perducere ad hanc in suis deputacionibus. Et deinde in generali congregacione conclusionem devenit ut videlicet civitas Florencia aut Utinum in patria Fori Julii ponenda in manu concilii seu quicumque alius locus tutus in decreto comprehensus summo pontifici et grecis accomodus per prefato memorato concilio eligatur/ Ille videlicet de predictis qui citius pariter et expedicius galeas pecunias et alia necessaria dabit et securitatem necessarias/ Ex ista clausula manifeste patet quod per illam precialem conclusionem nullus locus censetur electus sed dicit quod eligatur in futurum. Et non potest dici quod concilium unquam elegit Florenciam aut Utinum etc. et censeatur obligatum ad se transferendum in talem locum tempore accessus grecorum. Et si tunc qui dixerunt se facere dictam precialem conclusionem unquam aliquis dictorum locorum fuit per eos electus quia nullam aliam electionem dicti legati cum paucis fauentibus suis dicunt se fecisse nec existentes Basilee nec Bononie nec alio quocumque loco mundi/ Preterea quanto posito quod ad dictos legatos cum suis adherentibus devoluta esset potestas eligendi locum ut dicunt in negligencia concilii quod tamen nullam apparenciam habet ut omnium est illi adhuc non potuerunt se nominare sanctam synodum nec oratores suos mittendi ad Constantinopolim dicendi erant oratores concilii/ Concilium autem de quo sit mencio in xix sessione erat intelligendo concilium et grecos non autem inter grecos et legatos pape cum suis adherentibus paucis/ Symbolum namque Nicenum concilii non dicitur esse illa doctrina quam xviij episcopi dissencientes a multitudine patrum asseruerunt esse veram. Sed potius contra diffinicio que facta est a multitudine maiori patrum/ Idem contingit de articulo declarato in primo Ephesino concilio quorum commos fecit Nestorius cum suis paucis adherentibus. Et ita de diffinicionibus aliorum generalium conciliorum a quibus per nonnullos facta est dissensio. Nam si hec janua aperiretur quod in generalibus conciliis pauci dissencientes a multitudine patrum possent appellare se synodum generalem nunquam quod in futurum in ecclesia dei posset esse aliquid firmum et stabile

que ptinent ad fide & mores facile qz possent qz plurima scandala
contigere ut puta qz pauci condicerent maiori pte concilij & i duplo et
amplius legerent una cedulam de depone summi pontificis puacione vel
translacione impij filij & regum vel principum aut platorum aut ordinum/ Et
ita de infinitis alijs periculosis actionibus. Et quod magis animadvertendum e
unquam legitur ab inicio celebracionis generalium conciliorum qz pauci dissencientes
a toto multitudine prelatorum ausi fuerint se nominare sanctam synodum generale
Aut qz corpus cetus prelatorum fuerit attempta tamquam synodalem sentencia/ Contra hec
namqz iam ab antiquo fuit sancta declaracio i niceno concilio ubi sic
diffinitum e. Plane si qui contra vocabulo pbato si ecclesiastica regula
duo vel tres animositate ducti p contencionem contradicat obtineat
plurimorum sentencia sacerdotum/ Item i Toletano Concilium i qualibet sancta synodo qz agitur
aut pacifice vel pontificis quispiam diffinitur si pauciores p nesciam
vel contencionem forte dissenciat a cunctis plurimorum cedant sentencijs aut
tum de decrecione confessionis abscedant aut excommunicacionis sentencie anime
luant/ Unde cum dicti legati cum suis paucis adherentibus no possent se no-
minare concilium resistente eis maiori multitudine prelatorum i duplo. Nam tum
e qz ipsi no potuerunt facere alia eleccionem sicut pretendunt/ Cedula enim di-
cebat qz concilium possit & tenetur. Non aut qz legati ipse qui i ea con-
senserunt cum suis paucis adherentibus. ymo cum ipsi dicte cedule repug-
naverint inquam tenentur ut ex ea innare se velint/ Itaqz omnibus volentibus
animadvertere liquide patet qz concilium basiliense unquam fuit dissolutum
de ipso consensu deterrent hijs qz contigerunt pre quo dicti legati cum paucis
faventibus conati sunt procedere ad illam quam pretendunt eleccionem de Florencia
Ultimo /

Tercio ordine preter intentum puerile ex hijs qz pretea subsecuta sunt et sancta
fuit p concilium Etiam i eo expresse consencientibus dictis legatis ipse
cum adherentibus suis primo qz dum sacrum concilium vellet plumbare suum
synode decretum de eleccione basilee avinion & sabaudie nec clavigeri p
concilium deputati ad hoc possent habere bullam que erat i manibus legati ite
ipse qui cum alijs collegis & eis adherentibus instabat qz sua cetus sola
bullaret. tamquam decretum a simul cum alio ipsi consenserunt expresse
qz tres dni vz Cardinalis sancti petri primus legatorum apostolicorum. Archiepiscopus
panormitanus Ambasiator regis aragonum. et episcopus burgensis.
Ambasiator regis castelle haberent plenam potestatem sup bullacione literarum
de quibus agebatur & eas destinacione. Cumqz hij bullarunt dumtaxat
sinodale decretum de eleccione trium locorum & prelatum celom psidencium
et eis faventium receperunt put ipsimet i generali congregacione xvij
die Junij publice confessi sunt. Sinodalia qz decreta sancta a duplo maiori
parte sup prefata eleccione & imposicione decime ac alias literas dirigendas
sup hijs i avinione & i constantinopolim p ipsos bullatas miserunt p-
fati tres dni p duos Rudolphum de Rudessem cantore wormatiensem
et Guillermum hugonis archidiaconum metensem/ Ex quo manifeste appet
qz ipsi psidentes & sui fautores p actum contrarium destiterunt a prima praligione sua/

Bulla namque est testimonium sinodalis consensus. Et cum impossibile sit uno et eodem tempore in duo contraria consentire concilium, eo ipso quod omni consensui apposita est una bulla concilii predicto sinodali decreto manifestum est testimonium quod in eo solo consensit sancta sinodus, non autem in illo quod ipsi contrariabatur. Itaque iudicandum est duntaxat fuisse synodale decretum id videlicet in quo omnes consenserunt apponi verum testimonium sinodalis consensus, hoc est sigillum vel bulla sacri concilii.

nunc ipsa respublica romana que tam longe lateque imperavit fuit
nunquam tantum exaltata et honorata et nunc propter peccata papam et clericorum vicia
scandala et peccata enormia est iam quasi ipsa ecclesia a predictis culmine
et dominio potestate et magnificencia alienata et euecta et quod dolendum
magis est iam sedes Christi iam obedientia romane ecclesie que in quodam puncto
angulis terre et orbis sive in quibusdam nacionibus ytalie francie theutonie
hyspanie et anglie remansit conclusa adhuc omni die paulatim
tunc perditur cuius quod obedientia denegatur bona temporalia eius per principes
et civitates occupantur clerus contempnitur et a suis sedibus propriis et
beneficiis et privilegiis et libertatibus abicitur et privatur et timendum est
quod ante diem iudicii et breui nisi super ea fuerit reformacio ac reparacio
desolatur et sedes mittatur et ab hominibus conculcetur quod penitus ab illis
fundamentis sanctorum et apostolorum martirum et confessorum et Ihesu Christi ac primi-
tivorum et maiorum doctrinis et regulis totaliter sit aliena et omnibus
viciis et turpitudinibus defedata. De ista loquor cum protestacione
que est ecclesia Romana seu apostolica. Et adhuc dicam unum abhominabile
istius romane ecclesie et de quo multum doleo in toto corde meo
videlicet si aliqui in ista ecclesia et in ista petri sancti navicula volunt habere
zelum legis dei et volunt esse firmi in fide Ihesu Christi et navigacionem
navis sancti petri suis predicacionibus suis doctrinis suis reformacionibus
et consiliis suis multis propriis et operibus iustis ac suarum virtutum
execucionibus et studiis tales a multis prelatis superioribus et dominis
istius apostolice ecclesie istius ecclesie romane turbantur suppeditantur despi-
ciuntur et confunduntur ac non curantur non promouentur ad remigandum
cum suis scientiis cum suis doctrinis cum suis operibus bonis in hac sancti
petri nave sed sedes a beneficiis a prelacionibus a regimine a gu-
bernacionibus istius navis sicut mali sicut ignari sicut insipi-
entes sic stulti contra se per ipsos superiores navis et seniores qui videntur
regere navem et propter papam expelluntur et abiciuntur quia in hoc mali
ecclesie apostolice est ventus contrarius ipsis bonis habentibus contrarios devotos
vane glorie pompe superbie cupiditatis avaricie et symonie
affectionibus carnis et sanguinis nobilitatis parentele favoris complacentie
supplicacionibus mundialibus et occupacionibus rei familiaris peccatorum
hominum ydeotarum ignavorum viciosorum homicidarum usurariorum
superborum cupidorum symoniacorum latronum furum luxuriosorum
ambiciosorum gulosorum mercatorum tyrannorum iuvenum et malorum
qui hanc navem Christi Ihesu hanc ecclesiam sponsam Christi proh dolor temporibus istis

de anno domini m° ccc° xxxiiii° propter eius matrimonia que est onerata
presentibus bona temporalia que est dotata ipsam regunt et gubernant
et primo mortis crucifixi ecclesie sancte sponsi pro pauperibus et bonis ac iustis
et viris liberatis honestis et devotis ab imperatoribus regibus et christi fidelibus
ipsi ecclesie concessum datum et apparatum et dei seruarum initum hereditate et
tempus suum possidere occupare et inuadere et hereditatem crucifixi polluere
et templum sanctum domini in hac naui sancta positum omnino per eorum opera pessima
et multa turpia uastare et delere satagunt continue et uia ipsorum impiorum
omni die prosperatur secundum prophetam in hac vite naue temporali et bonis omnibus quibus
ipsa preuaricantur et inique agunt quia secundum salustium Omnia vincit pecunia
omnia eius nauis matrimonia omnia eius heredes precatores bursa
possidet ambicio et symonia et quod flendum est per extortas glozas
per expositores peruersas per loricos superbas claues iurisdictionis scilicet ligandi
et soluendi datas a christo sancto petro innocenti et immaculato et attri-
butas innocencie puritati et hereditati dumtaxat et non datas malicie
non symonie non cupiditati non pompe non vane glorie et auaricie alti-
tudine secundum verba decreti in c. Nonne dist. xl ubi dicitur ille scilicet petrus per hereditatem
iniuriorum dotem cum hereditate innocencie transmisit ad posteros et quod
illi concessum est propter actum lucis ut per actum lucis ad illos seruus per
quos conuersacionis splendor illustrat et nunc predictas claues per
nobilitas exponentes nituntur attribuere propter bona temporalia que habent
ecclesie ipsi nobilitati audacie temeritati fortitudini pompositati inuenti
diuiciis expensis multorum sequencium seruorum et equorum necnon
ac familiarium et scutiferorum ac armigerorum prelatis et tales hoc
fuit in dei ecclesia cardinales episcopi patriarche prelati et sunt nobiles
audaces feroces fortes pomposi iuuenes diuites expensas
non parentes multos equos et magnam familiam habentes non vero
habito ad minus honestos conscios dominum timentes et literatos
ac sapientes De quibus et similibus iam istis temporibus non est memoria ipsa
romana curia non apparuit scia ut curia conscia secundum pecuniam
possidet et hec vendicat continue hereres romane curie precatores et bursa-
torum exceptis capitulum xvi ubi dicitur Tu es petrus et super hanc petram et cetera et tibi
dabo claues regni celorum scilicet ligandi rebelles et soluendi obe-
dientes Et tibi petro edificato super me petram scilicet christum per apparen-
tiam et innocenciam per dignitatem et operacionem virtutum et scientie dabo
claues regni celorum contra quas non preualebunt porte inferi scilicet
nequicie quia non dabo eas tibi petro edificato super petram ut
dyabolus non dabo eas tibi corrupti primatum in mortali peccato quia
tunc porte inferi scilicet nequicie preualent aduersus ecclesiam quod non est fidei
nec consentaneum quia ipsa ecclesia in qua est potestas ligandi et soluendi funda-
ta est super firmam petram scilicet christum qui peccatum non fecit nec inuentus dolus in ore
eius et fundata ecclesie est in moribus sancti christi ihesu seruitoribus filiis et ministris

in viris et prelatis in episcopis et archiepiscopis clavis et utriusque quia ad claros ad hec
fastigia erigit aut qui eriguntur illustrat. Dist. xl. Vos nobis sa-
pientibus et litteratis in doctoribus et magistris quia qui ad iustitiam erudiunt
multos quasi stelle in perpetuas eternitates, quod luce clarius ostenditur Jo. xx.
Ubi Christus in tradendo claves ecclesie catholice et Petro ac apostolis
dixit: Vos apostoli post accipite spiritum sanctum et per consequens cum habebitis
tunc quorum remiseritis peccata remittentur eis et quorum retinueritis
retenta erunt. Et per hunc modum exponit Ambrosius quod si spiritum sanctum non
haberent quamvis per manuum impositionem ipsum aliis dare nullatenus valerent. Impone-
bant enim manum apostoli quorum loco succedunt episcopi. Habebant spiritum
sanctum, pro istarum ergo clavium debita et sancta executione pro ecclesie sancte dei
reformatione tam in membris quam in capite, pro fidei christiane ex-
tensione et ampliatione, pro ecclesie apostolice et romane exaltatione et ve-
neratione, pro heresum et errorum infidelium extirpatione, pro scismaticorum
et rebellium christianorum reductione et conversione, pro regum et principum
ac dominorum et civitatum christianorum pacificatione, pro inimicorum et
adversariorum christianitatis debellatione, pro animarum christianorum fidelium sal-
vatione, pro viciorum et abusionum ecclesie apostolice extinctione, pro morum
ac virtutum ac sacrorum canonum antiquorum tuitione et executione,
pro peccatorum conversione, pro terre sancte liberatione et crucis contra infideles as-
sumptione, pro bonorum et virtuosorum virorum ac graduatorum promotione,
pro iniquorum et malorum correctione, pro omnium bonorum temporalium et spiritualium
in dei ecclesia executione et acquisitione. Dicit ille de opinione 3a
potestatis conciliorum quod tam necessaria quam salutifera tam optata
tam necessaria sunt hiis temporibus generalia concilia attentis ecclesie causis et
ruina et christianorum fidelium secularium et ecclesiasticorum perversitate et
malicia, que aliquando non fuerunt tam necessaria ab origine nascentis et primitive
ecclesie, nec fuerunt tam utilia in dei ecclesia aliquo tempore sicut nunc sunt
nec tam salutifera, et ideo ex quo sunt tam necessaria debent nunc ipsa
concilia frequentissime celebrari et tanto magis et ex maioribus
causis quam tunc tenebantur et celebrabantur, que cause insignes evidenter
patent. Rursus ergo pro istos de 3a opinione qui dicunt quod potestas conci-
liorum generalium sit maior quam potestas pape, ad istam interrogationem que
querebatur: Utrum concilia generalia sint necessaria in dei ecclesia ea propter
ipsi exhortantur omnes fideles christicolas ex quo videntur quod pro
maioribus apostolice ecclesie conducit opinio ipsorum inducte quare dare
quod dispensatur pro duobus romane ecclesie cum statutis generalis sub
concilio nec fiunt aliqui eius constitutione et nemo est qui concilii sta-
tuta exequatur et defendat et dicit cum suspiriis et gemitibus
patres et fratres christiani. Ego discipuli et servi Jhesu Christi clamemus in celum pro
desideratissimo sacro generali Basiliensi concilio et quocumque fiendo
et convocato et promisso pro totam universalem ecclesiam in synodo generali Constan-

de anno domini Mº ccccº xvj et cum magnis laboribus et expensis
basilee perdurare dinoscitur per tempus xvij elapsum de anno domini Mº
ccccº xxxiiijº usque nunc de presenti celebrato et celebrando et miserebitur nostri
deus ihesus christus ut non permittat rumpere et dissolui hoc sacrum basiliense
concilium absque reformacione ecclesie apostolice in membris et in capite
quia si absque hac reformacione dissoluatur tunc certe speratur quod sancta ro-
mana ecclesia et apostolica cum ea que erat usque nunc domina gencium et
princeps provinciarum spoliabitur suis ornamentis et possessionibus
temporalibus et clerus et apostolica ecclesia privabitur suis bonis et privilegiis
ac libertatibus et erit sub servitute peccati ac tributo censuum et nimium et
turbabitur ac nimium fluctuabit petri navicula que in se undam [?]
et symonie recepit qui generalibus conciliis conducuntur et ea dissoluere
satagunt et ne fiat in posterum impediunt. Confundantur et
revereantur ac super apostoli sinam absondantur a nobis qui sacra generalia
concilia et petri sancti naviculam conturbant. Fiat habitacio eorum de-
serta et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Vos
ergo requirimus ad vos loquimur o pastores o viri ecclesiastici
sancte matris ecclesie ditati honorati et exaltati de bonis eiusdem
qui non sine causa gladium spiritus quod est verbum dei accepistis in
adopcionem filiorum dei in quo clamamus abba pater. Vos et postu-
lamus et requirimus o domini o principes o communitates seculares
o duces o barones o reges o iudices terre qui secundum apostolum
non sine causa gladium portatis ad vindicandum iniurias dei
ihesu christi sponsi vestri ecclesie et ad faciendam vindictam in omnibus
nacionibus ac increpaciones in populis, populis presentibus accipite omnes in
simul secundum preceptum apostoli armaturam dei, armaturam sancte fidei
et legis christiane, compellat vos domus dei zelus que sic tendit in
ruinam et in desolacionem, et hanc armaturam quam tenetis et conservate
instanter instancius instantissime, que armatura ecclesie catholice est sa-
crum concilium generale quod omnia tela peccati carnis mundi et
dyaboli extinguunt penitus et omnino. Et ad hoc eciam obligamini sub
pena mortalis culpe vos omnes armare temporaliter et spiritualiter pro
saluacione sancte petri navicule ut ad portum salutis perveniat
prospere et pro reformacione et malorum correccione apostolice ecclesie tam in
membris quam in capite si diligenter legitis decretum per totum causa
xxiij q. v. Vbi mali non corriguntur per admoniciones suaves
compellantur metu [?] in christo ihesu omnes per tormenta et penas ac af-
flicciones ut ibi dicitur. Et quos timor dei a malo non revocat
saltem severitas coherceat discipline. Vt ergo habeat experimentum hec
correccio malorum que est in ecclesia et disciplina nunc per ipsa sacrosancta
generalia concilia. Et hoc sit de tercia integra [?] dicta cum omni potestate de re-
vocando si opus erit et me subiciendo correccioni et determinacioni
sancte matris vestre ecclesie et domini nostri pape.

Quarta pars huius tractatus respondet ad quandam interrogacionem factam
michi quando quidam dixerunt michi modicum vel nichil novimus de lege dei ihesu
et tamen sumus ditati et honorati de proventibus eius et ecclesie et dicebant pro eos
Quanta est ista necessitas conciliorum, vel ex quibus causis provenit hec
necessitas in dei ecclesia ipsorum generalium synodorum, et ego pauper vidi
et dixi quod necessitas conciliorum generalium est maxima pro salvacione christianorum
fidelium et propter tales arduas devenit hec necessitas quod hiis temporibus
fiant generalia concilia. Has duas proposiciones verificavi et dixi
quod nunquam in dei ecclesia fuerunt generalia concilia tam necessaria sicut modo sunt
necessaria et ideo eorum necessitas est maxima. Attentis enim aliis sacris
generalibus conciliis preteritis et celebracionibus ipsorum causis, et attentis
causis de tempore presenti nunc generalia concilia de necessitate maxima
frequencius deberent celebrari teneri diligi et fortificari. Pro primo probo per
tria maiora concilia apostolorum super quibus dicta in 3a divisione et primo de primo con-
cilio. Ubi sciendum enim primitive et nascentis ecclesie dum apostoli essent
ultimus post ascensionem christi ihesu in celum et ante missionem spiritus sancti
intuentes quod eorum dominus et magister xii apostolos elegisset ad predicandum
per mundum universum evangelium omni creature, et quod unus ex eis scilicet iudas
dominum ipsorum vendidisset et prodidisset et mala morte suspensus
crepuisset et defunctus fuisset etc. quod ipsi non erant nisi xi et deficie-
bat unus ad supplendum numerum quem christus instituerat, habito super hoc
concilio apostolorum et discipulorum de communi consensu quotquot conciliarii
omnes in christo crediderint in ultimo convenerunt super surrogacione fienda
in apostolatu loco iude alicuius ex illis qui ibi erant, et sic congregati
eciam ordinaverunt in concilio Petrus ut presidens inter eos dixit
verba sua ad fratres suos coapostolos primo, et post ad assistentes dicit
ut ponitur Actuum 1o capitulo viri fratres etc. proponens quod oportebat unum ex
illis tunc congregatis assumi ad apostolatum loco iude, et tunc hec dicto
non solus sed tota multitudo concilii cum eo statuerunt duos Ioseph et
Mathiam in medio congregacionis et illis orantibus data sorte
instinctu spiritus sancti sors cecidit super mathiam et connumeratus est post
tunc existentibus cum aliis xi apostolis. Ex isto concilio apostolorum
concluditur necessitas huius concilii quod non fuit ita prima tantum vel tunc temporis
presentis. Nam enim causa tanta fuit illius concilii nisi quod numerus apostolorum a christo
institutus compleretur et proditor iudas et symoniacus qui christum
pro xxx argenteis vendidit etc post mortem in horrore tanti peccati condemp-
naretur. Sed si bene inspiciamus tempore presenti maiores necessitates et plures
causas arduas habemus ad quorum … fiant generalia concilia quia si tunc
fuit necessarium celebrare concilium sacrum propter hoc quod compleretur numerus apostolorum
Sed nunc duplo maior est et ardua necessitas ad congregandum sacrum basilien-
se concilium.

et ad tenendum concilia quia si prima fuit tam ardua solum ut compleretur
numerus apostolorum. Secunda tamen magis ardua est ut congregetur concilium quod
compleatur in membris et in capite reformacio ecclesie et per concilia
inducantur virtutes in ecclesia et tollantur et eradicentur abusiones
ecclesie ac vicia. quia apostoli non iuraverunt neque firmaverunt XII^m complere numerum
Ihesus Christus post eius recessum inde ab ipsa sanctissima virgine cena apostolis pre-
cepit quod loco unde aliquem in apostolum surrogaverit, sed in re-
formacione ecclesie quod fieri non potest in membris et in capite nisi per ge-
neralia concilia est tamen contrarium quia in concilio sacro Constanciensi celebrato
Anno domini Ihesu M° CCCC° XVI fuit promissa et iurata ac per univer-
sum divulgata cum sigillis de plumbo et litteris concilii ipsa sacra
reformacio et fuit hoc iuramentum velud firmum primo per omnes episcopos qui nunc
sunt successores apostolorum. ymmo in iure vocantur apostoli dist. XXI c.
in novo et c. duobus modis. Et non solum iura vocant eos vicarios
dei ymmo nec ... prius ... XXXIII q. v c. Mulier.
Cum ergo ipsi sint columpne sancte ecclesie dei et legati dei, et iniuria
que eis fit ipsi fit Christo ut ponitur ij q. vij c. Accusacio. Non decet ergo
apostolos et Christi vicarios mentiri et quod voverunt iuraverunt et promi-
serunt transgredi quia tam bona tam sancta est reformacio ecclesie in membris
et in capite quod non videtur in esse posset in melius opus communi posse.
Cum ergo cum istis episcopis qui perturbant concilia et reformacionem
ecclesie quod ipsorum iuramenta prestita potest dispensare, certe ego non
video. Secundo fuit iurata hec reformacio per serenissimum tunc
regem Romanorum Sigismundum regem Ungarie nunc Romanum
imperatorem personaliter in generali concilio Constanciensi existentem et per procuratores
sufficientes quasi omnium regum ducum principum comitatuum baronum et
civitatum promissa et iurata. Tercio fuit iurata et promissa quasi per totum
clerum. et hoc iuramentum fuit licitum expediens et honestum et de sancta ac
honesta re et virtute. Ad hoc ergo quod ordo de purgetur et compleatur
hoc iuramentum necessarium est sacrum tenere et continuare concilium quousque
compleatur hec sancta reformacio in membris et in capite. Maior
ergo necessitas celebracionis conciliorum generalium ut fiat reformacio
omnium statuum secularium et ecclesiasticorum. Item secundo fuit convocatum
primum concilium apostolorum ut tunc contra symoniam propter quod Iudas Christum
vendidit condempnaretur et aliquis sanctus et bonus apostolus loco illius pessimi
inde surrogaretur. Et si propter huiusmodi causam primum sacrum concilium fuit
celebratum, certe nunc propter consimilem causam magis ardua debet
nunc celebrari et est nunc maior necessitas celebrandi concilia propter
istud peccatum quam fuit tunc. Primo quia tunc Iudas Christum vendidit
pro XXX denariis et non pluribus. Et Christus in nunc venditur propter episcopatus propter
dignitates propter beneficia, non in moneta pro XXX denariis sed venditur aliquando pro 3 milibus
ducatorum.

Aliqui pro x milibus, alii pro mille, sed numquam venditur pro decem argenteis.
Iste Iudas cum vendidit semel duntaxat, sed hoc venditur nunc
sepius et sepius et iam per plures annos. Iste Iudas vendidit Christum
de die, sed nunc venditur de die et nocte quasi et tempore et loco. Et
notabiliter presertim iam occupat vicium symonie. Cum apostolus tum cupi-
ditas sit radix omnium malorum secundum apostolum que est cum symoniacis de-
ecclesiam. Propter quam symoniam cassantur, revocantur iura et decreta
antiqua ac promoventur homicide, raptores, ydiote, usurarii et
homines pessimi, et totus status ecclesie corrumpitur propter pravitatem huius vicii,
in cuius opposicione omnia alia vicia pro nichilo reputantur, I q. i. Ideo tempore
presenti maxima est necessitas quotidie et continuandi ac frequentandi
sacra concilia quousque tollatur sic heresis ab ecclesia scilicet pessima symonia.
Et censeantur heretici et peccatores quam heretici in vice ponitas manent
ipso facto quicumque etsi pontificalis aut imperialis dignitatis existat qui
sunt symoniaci tam in sacris quam beneficiis aut in aliquibus spiritualibus
per se vel alios. Ad tollendum igitur hoc pessimum vicium necessarium est con-
tinuare et frequentare sacrum concilium. Et hec de primo concilio
dictum sit.

Secundum concilium apostolorum fuit ultimis tentum post missionem
spiritus sancti per Petrum et alios xi apostolos, ut expresse habetur
Act. ii° ca. Et cause istius concilii fuerunt tres. Una fuit de baptismo
recipiendo. Alia fuit de penitencia suscipienda pro commissis. Tercia causa
fuit de vita communi inter apostolos et ipsorum discipulos tenenda. Unde
ibidem habetur quod convenientibus cunctis, qui apostoli linguis omnium nacionum
loquentes sunt ad loquendum et predicandum fidem vel imparandum et
confirmati verbo dei sancti sunt, evangelizaverunt illis Ihesum et cum
ab ipsis crucifixum et tercia die resurrexisse a mortuis, et
predicaverunt eis penitenciam et baptismum recipere in remissionem peccatorum.
Et tunc propter ipsorum predicacionem conversi sunt et baptizati in die circiter
tria milia. Cumque facto in primo concilio statuunt apostoli omnia inter
ipsos et credentes esse communia, et vendebant possessiones et porta-
bant pecunias ad pedes apostolorum que dividebantur et distribueban-
tur unicuique prout cuique opus erat, habetur ibi. Ecce quod propter primas tres causas fuit
hoc generale concilium per apostolos et credentes celebratum. Sed nunc propter
primas tres causas et plures alias ex eis dependentes adhuc est necessitas ce-
lebrandi generalia concilia nunc quoniam sunt tunc Christi persuadetur,
quia tunc recipientes baptismum nomine numquam fuerunt Romani nec coluerunt
Ihesum Christum ut dominum verum nec Romane ecclesie obedierunt. Sed nunc
concilia debent congregari ad fidem et disponi ut ipsorum fides que tam longe
lateque imparavit per totum orbem ut dictum est et fuit in multis
orbis partibus perdita propter clericorum et populi Romani peccata debent recuperari
et ad baptismum et obedienciam sancte ecclesie catholice ipsi infideles ut sunt

sarraceni

ceni et pagani qui olim fuerunt in xpo fide baptizati et boni xpiani in Ier
usalem et damasco in anthiochia et in capadocia in tota assiria egip
to babilonia et in barbaria et in aliis diversis mundi partibus debeant
reduci revera ymmo et si oporteat compelli quatenus sancta mater ecclesia
redeat ad suam possessionem quam olim habuit in predictis partibus infidelium
restitui et reintegrari Nonne et in tam potissima et necessaria congregari di
concilia hiis temporibus ut reducantur ad fidem catholicam tot nobiles
tot cives tot xpiani olim fideles qui nunc sunt excecati in tot
heresibus et erroribus ac scismatibus ut sunt bohemi waldenses
ut sunt fraticelli de opinione ac eis adherentes ut sunt wicklenistae
pessimi heretici in diversis partibus mundi qui eciam romanam et eius
clerum simulantes et diversas opiniones sectantes et ut sunt manichei
de regno rossie et nonnulli ypocrite begardi et ut sunt scismatici
xpiani qui sunt greci inobedientes romane ecclesie et errores pestilen
tes sapientes contra eciam et in fide. Nunquid ergo ut deum est ad liberan
dum [illegible] terram sanctam et alias terras mundi in quibus colebatur vera fides
xpiana et ad delendum ac extinguendum diversas hereses que
sunt in xpiano et in mundo et errores diversos ac scismata et ad
reducendum infideles et paganos ad sacrum baptismum qui fit in
dei ecclesia nunc sunt plus generalia concilia necessaria forsan quam tunc fuerunt
quia melius fuisset tunc viam dei non agnoscere quam agnitam retror
sum ut testatur salvator in ewangelio Certa propter zelum caritatis pro prima susti da
de commissis nunc sunt magis necessaria concilia generalia quam vel sic
fuerunt tunc. Patet quia multi ex eis in tempore tunc excusabantur propter igno
rantiam adventus salvatoris seu messie dicente xpo Si non venissem
et locutus eis non fuissent peccatum non haberent, ymmo apostolis post penthecosten
aliqui ex eis qui ad baptismum convolabant dixerunt, Sed neque si
spiritus sanctus est audivimus et tamen quamquam aliquam excusationem de peccato
incredulitatis habuerunt tamen apostoli convocaverunt generale concilium et predicaverunt
eis reformationem que nichil aliud est quam penitencia de preteritis malis et re
missionem peccatorum Et penitenciam predicavit verbo et facto quam xpus fecit
sicut de penitencia dicit penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum
Si ergo illis predicabatur penitencia qui aliqualiter excusabantur de incre
dulitatis culpa, et hoc in generali concilio multo magis sed nunc per
omnia et reformatio ecclesiastica per sacra universalia concilia illis fidelibus xpianis
illis episcopis illis prelatis illis viris ecclesiasticis qui nullam excusationem habent
de peccato suo qui sunt incrassati impinguati dilatati honorati
et ditati de pecuniis ac bonis crucifixi et tamen dereliquerunt deum
factorem suum et recesserunt a ihesu salvatore suo facti ex proposito
ex certa malitia per pompas per luxurias per tyrannias per superbias.

per gulas per negligencias et per infinitas et diversas m[..]les ecclesias
qui iam non querunt que ihesu christi sunt sed que sua sunt per fraudes per
violencias per minas et importunitates et qui in omnibus malis et
peccatis sunt corrupti et involuti ut dictum est supra de romana curia
et non solum istis temporibus viris ecclesiasticis debet prius reformacio
primo in membris et in capite et arguere ac obsecrare et increpare
ipsorum vicia et peccata manifesta et publica ac scandalosa in di
ecclesia per quorum peccata vilipenditur et contempnitur fides christiana et
scandalizatur universalis ecclesia et proderit eius devocio scilicet quam primo ad
ipsam primam statum pagendum ad ipsam statum reformacionis ex
quedam ad bonum vivendum ad sacra ecclesie et bona eius temporalia et
spiritualia iuste et debite instituendum et dispensandum et nisi deficiat
correctio apostolica ut opinor compellere debet per penas temporales ipsa c
non sine causa gladium portat ut patet xxiii q. v c. principes
et pro tanto tamen maior ergo est necessitas nunc generalia concilia celebrandi
quam fuit tunc post mortem ihesu christi. Certo dico quod istud concilium
fuit congregatum propter hoc quod vita communis inter apostolos teneretur
et ita factum est decretum in illo concilio quod essent illis omnia communia
et distribueretur unicuique sicut unicuique opus fuerit et certe nunc est
maior necessitas congregandi concilia quam tunc fuit propter ... tamen
propter quod attentus apostoli ubique dicentis Sic nos existimet homo ut
ministros christi et dispensatores ministeriorum dei temporibus presentibus illa vita
communis inter apostolos et quam apostoli magistri ihesu christi instituerunt et nobis
reliquerunt et tamen destructa et oblivioni pene data inter episcopos
et ipsorum capitula et collegia inter clericos et clericos et seculares quasi
in ecclesia nisi solum vita communis maneret in monasteriis aliquorum religiosorum
Notum est enim quod beatus augustinus fuit pater monasticum clericorum more
instituit et cepit vivere secundum regulam sub sanctis apostolis constitutam que
erant omnia communia et nemo dicebat aliquid suum esse proprium et illo tempore
omnes qui erant cathedrales vivebant in communi. Certe ergo ad istam
vitam communem reformandam celebrare generalia concilia secundum ... primum
decreta ut patet xii q. i per totum per istam vitam communem dis
pensabantur bona ecclesie temporalia et spiritualia iuste debite dabantur
beneficia et dignitates ecclesie unicuique prout cuique opus erat. Et
quia nunc dispensatores ecclesie sunt mutati in dissipatores et de bonis
pastores in tonsores et agni in lupos et qui debent esse prelati
facti sunt pilati diligentes munera sequentes retribuciones
principes infideles socii furum promoventes et exaltantes
parentes de patrimonio crucifixi et ditantes amasias et locantes
in beneficiis et non distribuentes beneficia pro meritis virtuosis sed per fau
tores et pecuniis dantes uni iniquiori vel incompatibilia et alteri bene
merenti nullum dantes beneficium. Ad reformandum igitur tam iniqua et iniusta

beneficiorum ecclesie dispensacione maiores nunc sunt nostra concilia. Etiam
ita vita quam tenebant hospitalitas quia omnem episcopum esse hospitalem
dicit apostolus efficiebat multe elemosine pauperibus quia antiquitus etiam non
ut fieret sed ut pauperibus erogetur. Ut patet xii q. i c. Antiquitus. Di
videbantur bona temporalia ecclesie in partes iiiior quarum una cedat episcopi
reliqua clericorum tercia fabrice ecclesie quarta cedat pauperibus. xii q. i c.
Quatuor. Nunc elemosine et hospitalitates iam sunt delete in di
ecclesia et non fit iam mencio de iiiita pauperum parte. Ergo ad re
formandum tantam caritatem et elemosinas ecclesie et tantam hospitalitatem
et pietatem et elemosinam et quod non defrauderentur pauperes sua parte
iuxta nos sunt hiis temporibus generalia concilia. Dicente apostolo: Iudicium
fiet ei sine misericordia qui non fecit misericordiam. Et hec sufficiant bene intel
ligenti de 2o apostolorum concilio.

Tercium concilium quod fecerunt apostoli fuit tentum in limine, quia cum
esset murmur et contencio inter hebreos et grecos super
ministerio seu servicio ac modo ministrandi et apponendi mensas apostolorum
et discipulorum ac credencium quorum erat multitudo quibus ut dicitur
est. Tunc xii apostoli convocantes multitudinem discipulorum ad concilium vocarunt
dixerunt in eo quod apostoli deberent insistere solummodo oracioni et predicacioni
verbi dei. Et de numero discipulorum extra apostolos elegerunt vii specialiter ad
hoc opus et ministerium scilicet apponendi et ministrandi mensas quorum primus fuit
prothomartir sanctus stephanus, super quos apostoli imposuerunt manus pro
confirmacione spiritus sancti et istud habetur ad litteram Act. vi c. Et in hoc concilio
fuerunt facta duo decreta. Unum quod apostoli et eorum successores episcopi
dist. xxxi c. in novo principaliter et primo deberent insistere predicacioni verbi dei
et oracioni et nequaquam deberent vacare istis temporalibus ministeriis quia non deberent propter
ista promoveri ad episcopatum. 2um decretum fuit quod auctoritate ipsorum
commissi et deputati ad ista fuerunt inferiores eis qui illis
ministrare deberent et obediencia tenerentur. Hic ibi. Sed si attendantur
iste cause propter quas istud concilium fuit celebratum ecce nunc maiores
et magis ardue sunt consiles cause propter quas sacra concilia generalia
deberent teneri et celebrari quia nunc ex quadam consuetudine ymmo verius
abusione superiores et potentes minime non curantes de illis decretis
apostolorum prout iacent. Perverterunt ordinem ipsorum quia inferiores
ignari pessimi et peccatores promoventur per eos superiores ad
episcopatum ad dignitates ad beneficia qui nesciunt verbum dei predicare
nec curant per ipso eis subditos orare ymmo multi ex eis nesciunt
verbis latinis loqui nec quid dicunt verbis latinis intelligere et dummodo possit
et sciat bene equitare multos equos habere arma ducere mandare
et bellare ac in negociis secularibus se implicare et temporalia
ministrare. Tales fiunt apostoli episcopi et vicarii ihesu christi dotati et exal
tati de precio crucifixi. Sed ecce illi qui sunt eis superiores quia sunt
virtuosi qui sunt literati qui sunt doctores verbi dei et predicatores.

qui sunt deum timentes et vere religiosi ac consciencios(i) tales pro-
moveantur ad ministerium meum ad insistendum furijs illorum
malorum promotorum in ecclesia tales religiosi et boni tales doc-
tores ubi dei sunt titulares et nullatenus episcopi tales mer-
cenarii in obprobrium dignitatis apostolatus quia ut est apostoli et in vitu-
perium et scandalum pariter crucifixi. Ut ergo non simus contra
decreto apostolorum concilii huius et quod nulli alii promoveantur ad
episcopales dignitates et patriarchales ac cardinales et abbaciales
nisi sint magistri et doctores ubi dei ac sacre scripture et sacro-
rum canonum. Ad reformandum talia et quod sicut tempore apostolorum in hac apo-
stolica ecclesia non beneficia erant tanta sed ihesu christi et propter ipsum deum nimium
dotata et exaltata ipsa distribuantur provincijs sic cuiusque
opus sunt per ipsos dumtaxat ordinarios et episcopos ad quos de
iure communi pertinet beneficiorum et dignitatum collacio et quod non fiat
per romanam curiam aliqua beneficiorum et dignitatum reservacio sed
devoluantur ad ordinarios secundum decreta sanctorum canonum
necessarium est hijs temporibus generalia concilia in quibus fiat refor-
macio quibus vite ecclesiasticorum tam secularium quam
religiosorum et in quibus fiat reformacio apostolorum secundum universorum
prelatorum et presbiterorum ac omnium religionum et universitatum et studiorum
que quasi sunt perdite et annullate et in quibus ordinentur dispensaciones
et distribuciones officiorum ac beneficiorum romane curie et
tocius apostolice ecclesie. Et hec de tercio concilio.

Quartum concilium fuit contentum et celebratum per apostolos et
credentes ex iudeis super observacione legalium ut patet
Actuum xv c. pro qua cum paulus et barnabas descenderunt
iherusalem ad apostolos et presbiteros ex gentibus ex iudeis et tam post
in multitudine credencium qui convenerant in multo et mag-
no studio super petro per modum opinionis de mandato
concilij Iacobus minor qui erat ibi episcopus ordinarius ut habetur
in c. porro xv. dixit per modum determinacionis et diffinicionis
tocius concilij locutus est dicens Ego iudico etc. et sententia per totum
concilium omnis discussione et determinacione concordi super hoc
decreto ordinate fuerunt litere autentice et misse ad diversas
provincias sub hac forma Apostoli et seniores fratres hijs qui sunt
anthiochie etc. ut diffusius habetur ibidem. Ex isto concilio est
evidens quod hoc generale concilium fuit convocatum per apostolos et
presbiteros ac credentes solummodo propter refutacionem legalium
et ceremonialium legis antique et propter introduccionem legalium
legis nove. Et si nunc consideramus ista causa propter quam fuit
convocatum istud concilium multo plures vos reperiemus quare
nunc deceamus frequentare concilia generalia et ipsa fore ecclesie

katholice | multum necessaria

Praeterea consilia tribus: primo ex parte legis evangelice, 2o ex parte legis moral-
ethice, 3o ex parte legis canonice. Nam ex parte legis evangelice patet
quia si omnes fideles propter generaliter servare et vivere secundum legem evangelicam,
multo magis viri ecclesiastici qui sunt deo immediate dedicati et
ex hominibus assumpti et a peccatoribus segregati ut semper
offerant dona et sacrificia pro peccatis. Ubi enim sunt nunc prelati vi-
ri ecclesiastici qui per bona exempla vite sint lux mundi dirigentes legem
evangelicam. Sic luceat lux vestra etc. Ubi sunt nunc pastores ecclesiastici
qui iuxta mandatum Christi ponant animam suam pro ovibus suis
predicando contra hereticos contra infideles et dando redditus suarum ec-
clesiarum in subsidium secularium bellantium pro fide Christi contra infideles.
Ubi sunt viri ecclesiastici qui legem evangelicam observent dicentem eius:
Diliges dominum deum tuum ex toto corde etc. Vel qui Christi consilia
cum sint in statu perfectionis ut patet sunt episcopi minores etc. observa-
re tenentur etc. de similibus. Adversantur legi evangelice et eius lega-
lia multum nunc sunt necessaria concilia et ex parte legis moralis ethice
ostenditur quia nunc plus sunt necessaria concilia quam fuerunt tunc quia tunc primi
fideles vivebant aliqualiter virtuose et delectabantur in operibus
virtuosis ut patet de apostolis et discipulis Christi. Sed nunc non solum propheta corrupti
sunt omnes et abhominabiles in studiis suis quia a minimo usque ad
maximum omnes dediti sunt avaricie de mediis ecclesiasticis.
Ut ergo tollantur ista clericorum et sacerdotum ac religiosorum mala
multa necesse est in dei ecclesia generalia concilia quibus dicit propheta
Requiescite iam perverse agere discite per reformacionem generaliorem
benefacere. 3o necesse sunt concilia generalia ex tercia parte scilicet ex parte legis
canonice. Si enim inspiciantur sanctorum patrum decreta in eorum
cum quantis laboribus cum quantis expensis et afflictionibus instituerunt
et ordinaverunt in sancta ecclesia canones quamplurimos ut dicitur
maxime ad tuendum et tenendum in pace et iusticia statum universalis
ecclesie. Et hoc fecerunt in pluribus generalibus conciliis ut patet distinctione xvi
per totam. Ordinaverunt et ad decorem domus dei et sancte ecclesie
et ad regimen et gubernacionem ipsius multas constituciones multa
decreta multas decretales multas extravagantes multa statuta
multas regulas multa sancta et honesta iura super ordinacionibus
clericorum super gubernacionibus monachorum et religiosorum super
electionibus episcopatuum ac dignitatum et monasteriorum super collacionibus
beneficiorum super dispensacionibus et administracionibus sacramentorum super
punicionibus peccatorum et super pluribus aliis legibus et regulis legalibus
quibus iuste pie et sancte vivere. Et omnia hec talia statuta
talia legalia sancta et iusta sunt tamen non obstantibus bullarum et
privilegiorum ratione nunc abrogata dispensata annullata

irrita dispensata et cassata. Allego quod omnia iura ponitia sunt in
pectoris pape scrutinio ponita et taliter quod fiunt quasi iam frustra et
sine utilitate libri decretorum et sanctorum canonum ac decretalium
videntur fuisse scripti et publicati pro maiori parte. Ad reformandum
igitur tales beneficiorum collatores et religiosorum gubernatores
et iuxta iura ac decretorum et legum antiquorum patrum observatores
veteres et institutores prout fuerunt temporibus antiquis observate per
viros priores quod sic eas nos hiis temporibus observemus et emendemus in
melius que hactenus ignoravit vel sciunt peritamque. Valde
nunc sunt necessaria ipsa generalia concilia in quibus et per que sanctorum patrum
et conciliorum generalium reformentur decretales et decreta sancta
ablatis reservacionibus et aliis iniustis constitucionibus positis et
scriptis in libro vi decretalium et in clementinis et in extravagantibus ac
aliis quibuscumque contra iura antiqua et privilegiis et dispensacionibus
et reducantur omnia ad observanciam iuris sicut erat ante tempore
bonifacii viii in ipsa apostolica ecclesia. Et hec de istis iiii^or
conciliis generalibus apostolorum cum protestacione prefata.

In hac quinta parte huius tractatus qui notatur gubernaculum conciliorum
querebatur a me paupere si hec omnia necessitas tanta conciliorum
postulat primo et ostendi quod ante concilia generalia post quam per concilia
apostolorum. Et contra istis me temptantibus undique assistunt quod si bene
considerentur concilia generalia facta tempore constantini christianissimi imperatoris
et alia concilia facta post dotacionem ecclesie et post mortem prefati im-
peratoris quia ante constantinum non legimus alia concilia generalia fuisse
facta in ecclesia propter magnas persecuciones quas ecclesia sustinebat
post dispersionem apostolorum usque ad tempora constantini imperatoris. Post-
quam enim apostoli fuerunt per universum mundum dispersi in omnem terram ex-
ivit sonus eorum, passi fuerunt multas persecuciones propter nomen christi
crucifixi quem predicabant. Alii enim secabantur, alii incarcerabantur,
alii verberabantur, alii suspendebantur, alii assabantur, alii rotabantur,
alii in occisione gladii trucidabantur. Et tanta de eorum persecu-
cionibus inter gentes scandala orta sunt quod circuibant in melotis
in pellibus caprinis egentes angustiati afflicti in solitudinibus
errantes in cavernis et in speluncis terre, et tunc cessaverunt concilia
quia ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam erant digni pro nomine
ihesu contumeliam pati, tunc facere concilium in unum et conciliabula ad
invicem seu in simul congregari non permittebantur quia ut dicit ysidorus
in decreto xv dis. Canones, post tempora apostolorum usque ad silvestri tempora
constantini imperatoris fervente tyrannica persecucione imperatorum
gentilium nondum docendorum in fide christiana plebium congregandarum
presulum pro tenendis conciliis facultas erat, et propter defectum conciliorum

navicula xpi ihu dei nostri fluctuabat turbabatur et vacillabat
per illas tempestates et fluctus persecutorum inmo contentes paciebatur
item quod multi xpiani timore mortis fidem xpi ihu publice negabant
et hereses ac incredulitates ubique crescebant ut patet cronicas et
hystorias antiquas legenti, postquam vero beatus silvester imperatorem
constantinum baptizavit qui fuit anno domini ccc iiii° vel quasi. Et
idem imperator totus in amore et exaltacione fidei xpiane ferveret
et ubique ecclesias ac loca sancta erigeret. Videntes hoc sanctus silvester
papa et alii sancti patres ac desiderantes quod xpianorum ecclesia que erat
quasi perdita reparare et reformare, consideraverunt insimul quod si
crederent in fide catholica congregare in generalibus conciliis quod tunc
in eis et per ea ecclesia reformaretur, fides catholica exaltaretur
perfidia heretica exterminaretur et omne opus bonum sequeretur
quia quanto virtus aliqua est conciliorum unita tunc ipsa est fortior se ipsa
divisa et potencior ad tollendum scandala et mala de ec-
clesia congregata per generalia concilia et ad reformandum ipsam
in moribus antiquis sanctis et ultimo tunc est fortior et in precepto divine
legis quam sit potens aliquis mortalis hominis principibus vel regis
Et tunc ab eodem iustissimo imperatore petiverunt quatinus ipsi
possent in causa fidei et reformacionis sancte matris ecclesie generaliter (?)
et generalia concilia convocare et congregare ac fidem catholicam
publice profiteri et pravas hereses extirpare, sacra statuta pro gu-
bernacione fidelium et tocius cleri condere et eciam ecclesiam dei in pa-
ce ac in omni virtute et bonitate collocare. Huiusmodi petitione seu
supplicacione sancta piissimus imperator libenter supplicacionem ad-
mittens dedit in perpetuum licenciam et facultatem quibuscumque xpianis
secularibus et ecclesiasticis libere congregandi pro conciliis tenendis
et pro rebus ecclesiasticis disponendis ut clarius patet per nostrum
doctorem hyspanum sanctum ysidorum xv. dist. in decreto ubi dicit
Canones generalium conciliorum a temporibus constantini ortum re-
ceperunt. In precedentibus namque annis persecucione fervente
docendarum plebium facultas minime dabatur, et propter hoc
xpianitas in diversas hereses scissa est quia non erat episcopis licencia
conveniendi in unum nisi tempore predicti imperatoris. Ipse enim dedit fa-
cultatem xpianis libere congregandi sub hoc sancti patres de omni
orbe terrarum convenientes unam fidem evangelicam et apostolicam sicut per apostolos
symbolum tradiderunt. Hec ibi. Sed in eadem dist. xv. dicit ysidorus (?)
sanctus sic inquit (?): inter cetera concilia iiii^or sunt venerabiles synodi que
totam principaliter fidem complectuntur quasi iiii^or evangelia vel totidem
paradisi flumina

Horum enim primo Nycena synodus ducentorum et xviij episcoporum
Constantino augusto imperante facta est in qua arriana
est perfidia condempnata, et blasphemia quam de inequalitate
sancte trinitatis idem arrius asserebat, et consubstantialem deo patri filium eadem
sancta synodus per symbolum diffinivit. Hec fuit congregata primo generalium sinodorum
in nicena civitate, et fuit celebratum ut patet per superius dicta duntaxat
ut tolleretur ista heresis arriana et ut docerentur in articulis fidei
plebes christiana. Sed si bene consideremus multo magis est necesse quod nunc
concilia generalia celebrentur, propter predictas causas quia non solum unam
heresim nunc videmus hominis sed varias multas et potentes hereses
et multos eas sequentes ut dictum est, qualis est heresis bohemorum
qualis est heresis fraticellorum, qualis est heresis waldensium et eno-
lifistarum, qualis est heresis sarracenorum, et scisma grecorum.
Ad tollendum ergo et extirpandum istas hereses et scismata
que nunquam per romanos pontifices deleri potuerunt aliquo modo nisi
via quomodo in hijs temporibus nunc generalia concilia quilibet bonus papa
seu prelatus debet considerare toto animo et corde. Etiam propter
hoc tamen nunc in hijs temporibus generalia concilia sunt necessaria
plebes christiana et maxime ecclesiastica qualiter per sacras reformetur
concilia debeat vivere, qualiter prelatus se ac suos subditos de-
beat regere, qualiter sacramenta ministrare, qualiter orare, quas horas
dicere, et de similibus documentis que neglecta fuerunt per romanos
pontifices qui ea neglexerunt reformare et puniri sunt et
permittunt omnes universitates destrui et perire in quibus olim
erant multi studentes et fiebant multi viri literati qui defen-
sabant fidem ecclesie et ihesu christi, et erant fecundati in scientiis re et
nomine, qui propter eorum scientiam fiebant prelati et beneficiati di-
cte ecclesie. Contra nunc vero via impiorum et inscienciorum ac ydiotarum
promovetur ad beneficia ecclesiastica et hec est omnibus qui pravitatem et
iniquitatem agunt sub serenitate. Sublimati sunt per dignitates ec-
clesiasticas, ditati sunt exaltati; promptuaria eorum plena
eructantia ex hoc in illud. Sed theologia et sacra canonica ac divina
sub alanum nunc prosternuntur et in questu per inertie sedet, et bonus
ac literatus sub saltistum ad habendum beneficia et honores vera via
mittitur. Sed nunc vero impius inscius et ignarus cum hoc artes descen-
dens fallacibus favoribus precibus ac pecuniis ad habendum
beneficia contendet, quod de causa paucissimi iuvenes volunt nunc
in universitatibus studere nec intendere scire sed quidem conveniunt ad
romanam curiam ad adiscendum beneficiorum impetrationes scienciam
litigia atque consilia, et impeditum universitatum et separatorum predicto est causa
promotionis ad gradus doctoratus atque in theologia et in iure canonico ac in

artibus multorum ignarorum et ydiotarum qui de facili tamen
ad tales gradus promovent per bullas apostolicas ut superius patuit
usque dici. Ad reformandum ergo universitates et studia et ad promo-
vendum viros virtuosos et litteratos ad beneficia hiis temporibus necessarium
sunt necessaria generalia concilia quod patet per hoc primum incoatum concilium.
Et dicitur hoc concilium primum seu prima synodus propter maiorem auctoritatem
eorum que ibi facta fuerunt quia iam alie synodi ipsam ordine pre-
cessant ut habetur in c. Sexta synodus dis. xvi ecclesie prout reditur (?)
in libro conciliorum postquam imperator Constantinus dedit liberam
facultatem christianis in unum conveniendi ac concilia celebrandi
illico post eius baptismum sanctus Silvester ipsum concilium generale convocavit
et congregavit in qua synodo fuerunt cc lxxviii episcopi. Quid autem ibi
ordinaverunt non memini me legisse nisi quod privilegia data
et libertates concesse apostolice ecclesie per Constantinum ac dotaciones
bonorum temporalium et terrarum ac civitatum fuerunt per ipsum Silvestrum
et totum sacrum concilium acceptate et approbate in perpetuum et
quia huiusmodi dotaciones ecclesiarum et monasteriorum facte per diversas partes
mundi ab infidelibus omni die occupantur et videlicet invaduntur
ac auferuntur per multos principes et quamplures (?) ac nobiles et
seculares. Ad ea recuperandum et reformandum necessaria sunt generalia
concilia quia facilius ea poterunt recuperare quam faciat potestas
romane curie. Et quia sine istis temporalibus diu spiritualia
subsistere non possunt. quicumque destruit temporalia ecclesie destruit
eius spiritualia omnino. Et ideo viribus poterunt generalia concilia
quos (?) perdere. Necessaria ergo sunt generalia concilia in dei ecclesia ad recu-
perandum eius terras dominia et bona temporalia.
Secunda sancta synodus fuit ut Canon xv dis. Centum quin-
quaginta patrum sub Theodosio seniore que Constantinopoli
congregata est que Macedonium spiritum sanctum esse negantem condemp-
nans et esse consubstantialem patri et filio spiritum sanctum demonstravit dans
symboli maiorem formam sive Credo quam tota Latinorum et
Grecorum confessio in ecclesiis predicat et cantat diebus dominicis.
Ecce quomodo ex ipsa sancta synodo quod necessarium fuit pro tunc conge-
gacionem generale concilium. CL patrum episcoporum abbatum et sacerdotum
ac virorum ecclesiasticorum et licet non fuissent plures quam CL. tamen
convocarunt concilium nunc per ecclesiam canonizatum plenum.
et fuit hoc concilium necessarium ut condempnaret heresim negantem
spiritum sanctum. Sed maior adhuc tanta est hiis temporibus necessitas congre-
gandi generalia concilia eadem causa. quia sunt multi nunc in ecclesia
seculares et ecclesiastici qui negant spiritum sanctum sive dona spiritus sancti
que dona sunt beneficia ecclesiastica et officia sive papatus cardinalatus
patriarchatus archiepiscopatus episcopatus prepositura decanatus

Prioratus, abbacia, dignitas, plebanatus, archipresbiteratus, rectoria,
animarum cura et quodcumque ecclesiasticum beneficium et officium cum cura vel
sine cura, quod secundum doctores theologos catholicos mentibus et dignis
deberet signari et largiri gratis, accipi gratis, dari per prelatos ecclesie et per ius
patronatus in eis beneficiis habentes et nullatenus possunt vendi, pro-
mitti, pacisci, dari aut signari pecunia seu favore, prece vel pro
aut aliqua re temporali; et si dentur talia, committitur in eis symonia
tam ex parte dantis quam accipientis; et si spirituali dignitate prefulge-
at, secundum opinionem multorum theologorum, que symonia est de directo peccatum
contra spiritum sanctum, quo regitur et gubernatur universalis ecclesia, que ecclesia recepit
ab ipso spiritu sancto huiusmodi beneficia, dicente Iacobo: Omne datum optimum
etc., qui proprie est ecclesiasticalis spiritus sanctus. Dicant ergo doctores sancti quod
assentientes papam non posse in beneficiis et officiis ecclesiasticis committere
symoniam pertinaciter predicant mordaciter et censentur heretici, quia dato quod
sit dominus et caput in terris ecclesie et habeat distribuere beneficia que Ihesu Christi
sunt, non tamen propterea hoc est dominus bonorum universalis ecclesie realiter et hereditario
iure, sed solummodo est nuncius et minister Ihesu Christi ac dispensator ministeriorum
dei Ihesu et suorum beneficiorum, dicente apostolo: Sic nos existimet
homo etc. Et si papa secundum istos committit symoniam que censetur heresis in ipsis
beneficiis et officiis ecclesiasticis, multo magis sunt symoniaci et ut asserunt
de prelatis abbatibus et episcopis et aliis qui conferunt beneficia et officia
ecclesiastica, alii pecuniis, alii precibus, alii favoribus, alii ydiotis et ig-
naris et pueris et impiis ac suis consanguineis. Ad refor-
mandum ergo habet quorundam canonistarum impiam opinionem
et perversam assercionem quod cum papa non committit symoniam in beneficiis
necessarium est celebrare generalia concilia et determinare spiritum sanctum esse
in ecclesia a quo sunt omnia officia et beneficia ecclesiastica, qui dat omnibus af-
fluenter et nulli improperat. Et quod quicumque superiores in ecclesia distri-
buunt et signant aut sigillant talia beneficia per pecuniam vel favorem
aut precem seu quocumque pacto interveniente aut pro talibus committunt
symoniam heresim et tenentur restituere et renunciare et incurrunt
penas hereticorum ipso iure et facto contentas in iure canonico, et quod per
talibus eo ipso eos declarat sancta synodus ubi non peniteant et resi-
piscant, mandans fieri execucionem contra tales per inquisitores pravitatis
heretice monendo seculares principes ac eis precipiendo quod contra
tales debeant resistere et si oportuerit punire et inquisitores ad-
iuvare. Et sunt alii clerici et seculares negantes spiritum sanctum et as-
serentes spiritum sanctum non esse in universalibus conciliis rite et legittime congregatis
per eos ad quos pertinet, dicentes multos ibidem esse congregatos in odium
multorum et in favorem, amorem et affectum et sub titulo et nomine

reformationis in capite et in membris. multos nimios ecclesiasticos suis dig-
nitatibus privare. alios inmeritos transferre. alios non vocatos nec
citatos suis beneficiis pensionibus et commendis ac officiis
ecclesiasticis revocare et cassare et vindictas inimicorum suorum in multis
exercere, que sunt de directo contra ius scriptum. qui spiritus sanctus si esset in con-
ciliis non permitteret talia fieri contra diffinitionem. Sed isti errant per maiores
quia dato quod in conciliis generalibus sint multi mali et peccatores
et super dicta exercent et faciunt, nichilominus in eisdem conciliis est sacrosancta
mater ecclesia universalis congregata quam universalis synodus representat, que peccare
contra veritatem non potest nec male facere [illegible] dei sponsa pulcra
sine macula. xxiiii. q. i. c. [illegible]. que unius cubiculi sancti-
tatem casto pudore custodit. xxiiii. q. i. c. loquitur. Et ideo quamvis
tumque in conciliis sint multi malivoli, tamen ibi est spiritus sanctus non in
eis sed in sola universali ecclesia quam et potest representare una et sancta ac
bona ibidem existens prima et ideo ad condempnationem istum pessimum er-
rorem et hereticum necessarium est nunc congregandum generale concilium

Tertia synodus fuit ephesina prima ducentorum episcoporum
sub iuniore theodosio augusto edita est que nestorium
duas personas asserentem in christo anathematizante condempnavit
confitentes manere in duabus naturis unam domini nostri ihesu christi persona
personam. xv. dist. Canones. Et tunc ex isto sacro concilio evidenter
elicitur quod in ista synodo et in aliis duabus precedentibus nulla fit mentio
quod tercius alias papa prefuisset aut interfuisset nisi solum episcopi et viri ecclesiastici
et tamen ita sunt per universalem ecclesiam approbata sicut sunt iiiior christi evangelia.
Et tamen in isto articulo quod sicut tunc sancta synodus condempnavit hereticum
asserentem in christo duas personas et determinavit unam esse personam domini nostri
ihesu christi manentem in duabus naturis, Ita et nunc sunt necessaria generalia
concilia frequenter celebranda ad condempnationem pestiferam scismata
duorum vel trium contendentium de papatu in dei ecclesia. si forsan
in posterum et amodo orirentur in dei ecclesia et ad delendum opiniones
diversorum fortassis asserentium duos esse papas unum ultra montanum
alium citra montanum in dei ecclesia. Et ideo capitulum primo et scissimum sta-
tutum preventium de scismaticis in posterum delendis et de generalibus
de decennio in decennium tenendis factum in sacro concilio constan-
ciensi et innovatum et promissum per omnes nationes est de novo in hoc sacro
generali concilio basiliensi ratificandum approbandum et canonizandum
addendo expresse ad ipsum hoc statutum pro maiori firmitate et
cautela. scilicet quod quandocumque erunt duo vel tres electi ad papatum
vel contendentes de papatu quousque unitas papatus alicuius ipsorum
non fuerit determinata per generalem sanctam synodum convocandam
propter hoc si opus esset per duos cardinales et duas partes prelatorum

quiq neglige(n)tib(us) p(er) nac(i)o(n)es ep(iscop)or(um) seu p(er) p(ri)ncipes seculares regi
noru(m) ci(vi)tatu(m) (et) d(o)mor(um) q(uod) nulli ip(s)or(um) obediat. n(e)c a(liqui)s ip(s)or(um)
p(ro) p(a)p(a) teneat(ur) n(e)c ad p(er)co(n)s gestu(m) seu alt(eri)u(s) ip(s)or(um) firmu(m) i(n)stu
l(etur) a(d)vatu(m) h(ab)eat (et) q(uod) om(ni)b(us) obia (con)vani(ter) eis subtrahat(ur)
ce(n)suras ecc(les)ie cas infe(re)ndo q(uod) i(n)s quiappo(nen)tu(m) fecit p(er)ti(n)eret
a(d) p(re)cepit. (et) ce(ss)abu(n)t scismata duor(um) de p(a)p(a)tu (et) de va
ca(n)cia mre ecc(les)ia co(n)cede(re)m p(ro)p(ter) p(a)p(a)s utilit(at)e(s) n(on) q(ue)re(re) pace(m) ecc(les)ie
(et) que ih(es)u x(risti) s(un)t. s(ed) affecta(n)tes p(a)p(a)e co(m)moda (et) se(m)i(n)antes
gue(r)ras (et) discordias i(n) dei ecc(les)ia. Et h(ec) s(un)t d(icta) de t(er)cio syn(odo)

Quarta synod(us) fu(i)t calcedone(n)si(s) duce(n)tor(um) xxx sac(er)
dotu(m) (et) sub marciano p(ri)ncipe h(ab)ita c(on)tra q(ue)(n)da(m) eutite(m) co(n)
sta(n)tinopolita(num) abbate(m) ubi dei (et) carnis una(m) n(atur)a(m) p(re)dic
ca(n)te(m). (et) eg(us) dyoscor(um) defensore(m) quoda(m) ep(iscopu)m alexandri(num)
(et) ip(su)m ru(r)su(m) nestoriu(m) ep(iscopu)m cu(m) reliq(ui)s una p(a)ri(ter) se(n)te(n)cia co(n)
demp(na)uit. p(re)dicat eade(m) synod(us) x(rist)u(m) d(omi)n(u)m s(i)c de v(ir)gi(n)e natu(m) e(ss)e
ut i(n) eo s(u)b(st)a(nci)am d(iv)ine (et) h(um)a(n)e co(n)fite(a)m(ur) n(atur)e. Ex isto g(e)n(er)ali c(on)c(i)lio
evide(n)t(er) eli(cit)ur q(uod) ad co(n)de(m)p(na)c(i)o(n)e(m) h(er)esim q(uod) p(ro)bat i(n) x(rist)o
fuisse eade(m) n(atur)a d(iv)ina (et) h(um)a(n)a q(uod) ne(cessa)riu(m) fu(i)t q(uod) n(on) so(lu)m ep(iscop)i v(er)u(m)
sac(er)dotes (et) p(re)sb(yter)i ip(su)m celebr(ar)e(n)t q(ui)a tex(tus) d(icit) q(uod) fu(i)t duce(n)tor(um)
(et) xxx sac(er)dotu(m) (et) n(on) fac(it) ad (pro)positu(m) si illi sac(er)dotes fu(er)u(n)t ep(iscop)i
vel n(on) (et) si n(on) fac(it) ad (pro)positu(m) si p(a)p(a) qui erat p(ro) t(un)c (con)voca(vit) h(oc) co(n)
ciliu(m) vel illi soli duce(n)ti xxx sac(er)dotes (con)vocaveru(n)t ip(su)m (et)
t(ame)n tex(tus) d(icit) q(uod) s(an)c(t)a synod(us) co(n)gregata ex illis sac(er)dotib(us) con
demp(na)uit i(st)a(m) h(er)esim (et) ergo si fu(i)t p(ro) t(un)c ne(cessa)riu(m) (con)voca(r)e h(ec) sac(er)
dot(um) m(ul)to mag(is) e(st) n(un)c ne(cessa)riu(m) (con)voca(r)e p(ro)p(ter) s(imi)les c(aus)as g(e)n(er)alia
co(n)cilia (et) celebr(ar)e. p(rimo) s(ecundo) q(ui)a m(u)lti d(ic)u(n)t (et) asseru(n)t h(is) t(em)p(or)ib(us) (et) c(etera) de f(ac)to
q(uod) una (et) eade(m) n(atur)a v(er)o (et) co(n)dic(i)o d(ebe)t e(ss)e i(n) elect(i)o(n)ib(us) postulac(i)o(n)ib(us)
(et) aliis ap(osto)lice ecc(les)ie officiis dignitatib(us) regimi(ni)b(us) (et) adm(in)is(tra)
c(i)o(n)ib(us) quo ad viros l(itte)ratos (et) sapie(n)tes (et) quo ad ydiotas
i(n)scios (et) ignora(n)tes du(m) t(ame)n al(iqui)s s(u)nt i(n) mu(n)danis exp(er)ti et
t(em)p(or)alib(us) disc(re)ti (et) prude(n)tes (et) i(n) agilib(us) acti (et) laboriosi (et) ferve(n)tes
Dic(u)nt eni(m) q(uod) h(is) t(em)p(or)ib(us) ex quo sp(irit)ualia diu subsist(er)e n(on) p(ossu)nt
sine t(em)p(or)alib(us) (et) q(ui)a h(ec) t(em)p(or)alia s(un)t m(od)o p(ro) ma(n)ute(n)c(i)o(n)e (et) exaltac(i)o(n)e
ecc(les)ie ap(osto)lice valde ne(cessa)ria ideo quo ad viros l(itte)ratos (et) i(n)genio
sos (et) quo ad igna(r)os (et) malic(i)osos una d(ebe)t e(ss)e collac(i)o(n)is b(e)n(e)fi
cior(um) n(atur)a una p(ro)mocio una r(ati)o una co(n)dicio. S(ed) q(uam) erro(ne)a
sit h(ec) op(ini)o videat(ur) q(uod) p(ri)mo a(nte)q(ua)m p(er)ve(ni)ret i(n) orbe (et) esse(n)t ep(iscop)i
vel vicarii ih(es)u x(rist)i ap(osto)lice ecc(les)ie p(ri)mo fu(er)u(n)t l(itte)rati (et) illu(m)i(n)ati do
no s(an)c(t)e (et) loq(ue)ba(n)tur variis li(n)guis p(ro)ut sp(iritu)s s(an)c(tu)s dabat eloq(ui) ill(is)
(et) ip(s)e de(us) ih(es)u(s) n(on) p(ro)misit petro una(m) clave(m) s(ed) duas s(cilicet) clave(m)
s(cienci)e (et) p(otestat)is clave(m) p(ro)p(ter) q(uo)d d(ixi)t ei (et) tibi dabo claves regni celor(um)

Et ignorantiam in sacerdotibus maxime vitandam esse et presertim in pontificibus
romanis et cardinalibus in episcopis in prelatis et aliis ceterorum rectoribus
qui officium docendi in proprio receperunt quorum opus in vita et predicacione
debet consistere ut patet dist. xxxviii per totum et qui sicut apostoli debent atten-
dere lectioni et exhortacioni doctrine et esse parati reddere racionem omni
poscenti se de ea que est in fide. Ad tollendum igitur et extirpandum hanc
pravam et insanam consuetudinem et erroneam que a temporibus scismatis
quod incepit post mortem Gregorii xi. fere invaluit quod pauci vel
literati et graduati eliguntur aut postulantur aut promoventur ad abbaciales
seu episcopales cardinalatus seu patriarchales dignitates et ad alia vero
magnas beneficiales necnon et concilia generalia celebrentur in quibus fiat
reformaciones electionum postulacionum et promocionum quarumcumque
dignitatum et beneficiorum et presertim curatorum. Et quod nunquam ad tales
dignitates magnas et curatas eligantur postulentur seu promoveantur
et si sint patriarchales cardinalatus archiepiscopatus seu episcopales nisi sit
literatus scientificus in iure canonico seu in theologia graduatus
cuius doctrina fulgeat et ut sol et luna et defendatur contra hereticos
et infideles ipsa fides catholica et ita tunc promovebuntur universitates
et studia et crescet clerus et scientia in dei ecclesia que nunc propter promociones
ydiotarum et insciorum fere quasi evanuit. Et hoc sit dictum de isto
quarto concilio quod quasi ad ipsius imitacionem necnon celebre generale
concilium. Et secundo in decreto dist. xv. Canones hec sunt quatuor synodi
principales fidei nostre plenissime continentes. Sed et si qua sunt alia con-
cilia que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt post istorum quatuor
auctoritatem omnium manent stabilita vigore, hec ibi. Et in c. Sancta
romana, dist. eadem: Si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus instituta
post istorum quatuor auctoritatem et observanda et custodienda decrevimus.
Et non quod per hoc nunc sanctum decretum concluditur et mandatur quod omnia
generalia concilia manent stabilita vigore et custodienda
ac observanda sunt dummodo tamen sanciantur et celebrentur per patres qui spiritu
dei pleni sunt et in quibus spiritus sanctus habitat, et mito hoc concluditur
quod si concilia generalia sunt a spiritu sancto vel in spiritu sancto legitime congregata
necesse est quod eorum reformaciones et statuta sunt a spiritu sancto et per
spiritum sanctum qui est dux et gubernator conciliorum facta et ordinata.
Et ideo oportet quod omnia fiant in eis conciliis in caritate et concordia in di-
leccione in mutua pace et cum sancta ac optima intencione et quod non
fiat propter rancorem propter odium propter vindictam et propter aliquorum
de ecclesia privacionem et expulsionem quoniam qui talia agunt aut agen-
tibus consentiunt concilium legitime per spiritum sanctum congregatum non faciunt
immo ipsum turbant et confundant. Cum enim in conciliis generalibus opor-
teat reformaciones tam in capite quam in membris fieri et peccata
multorum arguere et arcere ac alios quoscumque publice viventes
in dictis et peccata remittere eorum ac retinere competit quod illi qui etiam

facere opera dicitur que sunt a spiritu sancto quod ipsi primo recipiant spiritum sanctum
quia xpus post dixit apostolis accipite spiritum sanctum etc. et post dixit quorum re-
miseritis peccata etc. Joh. xx°. Et ideo necesse est et congruum quod illi qui
alios volunt iudicare alios corripere alios arguere et condempnare [?]
debeant primo ante omnia seipsos arguere seipsos accusare seipsos
purgare et dicitur reformare. Quia ut ait in hyspania [?] ysidorus
Impium est alios arguere quod adhuc reprehendit in seipso. propheta talibus
qui alios volunt reformare et non seipsos maledicit. Ve ve
qui predicas non furandum et furaris non mechandum et mecharis
item ergo concilium dicitur in c. Sicut sancti evangelii xv. dis. ue-
neror. In quo capitulo que ibi dicitur errore plena reprehendit theo-
dorum pium mediatoris dei et hominum in duabus substantiis separans ad
impietatis perfidiam cecidisse convincitur. Sicut ergo propter hoc fuit necesse
id generale concilium celebrare contra theodorum qui asserebat in xpo esse
duas substancias et duas personas. Sic a simili necesse est necessarium generale concilium
celebrare contra multos errores et novos errores quorum aliqui dicunt
quod potestas data a xpo sancto petro est maior quam potestas data aliis
apostolis seu vniversali ecclesie aut sacris conciliis. Alii dicunt decretum est
quod potestas generalis concilii est maior quam potestas sancti petri seu alicuius
pontificis romani quia dicunt isti quod potestas sacri generalis concilii
est immediate a domino deo ihesu xpo et quod papa non potest dispensare et
statuta sacri generalis concilii. Et quia opiniones sunt diverse et nondum
est determinatio facta tam per papam quam per sacrum generale concilium ba-
siliense facta ab ipso absente et nescio si approbante, ideo est necesse
quod celebretur generale concilium et precipue ut hoc quod non credatur ut asseratur
quod sint due potestates distincte in vniversali dei ecclesia scilicet pape et generalis
concilii determinetur ad perpetuam rei memoriam per papam qui est electus
pro tempore et per sacrum generale concilium quicquid circa istarum potestatum sit agendum in
auctoritate et in iurisdictione et in executione quia tamen quia si sit determinatio
non fuerit facta nunc tamen quod fuerint sunt concilia generalia et eorum reformationes
ac statuta ex quo romani pontifices dispensant cum eis
et renovant ipsorum conciliorum decreta et statuta dantes intelligere quod
maior est eorum pontificum romanorum potestas quam sit sacrorum conci-
liorum etc. omnia cogitare consilia ut determinentur tamen catholica heretica
eorum et synodus dicit decretum dis. xvi. | opinio diversa
Recipio cum canonibus suis. Sciat ergo quod sancta sexta synodus
sub constantino congregata est contra eos qui dicebant vnam operationem esse
et vnam voluntatem in xpo in qua sancti patres ipsos utpote hereticos anathe-
matizaverunt orthodoxam fidem explanaverunt. Soluta est autem hec
synodus Anno xiiii° Constantini. Et post iuniori nondum a v. annos
idem sancti patres congregati sunt sub iustiniano filio constantini et predictos
dictos canones promulgaverunt de quibus nullus dubitet, et sexta

synodus bis promulgata est et confirmata. Et si ista sancta synodus confirmata est
ut tolleretur error illorum qui dicebant unam oppositionem esse et unam non
in ipso multo magis esset nunc necessarium congregare generale concilium et dif-
finire ne sint in ecclesia due potestates equales ac determinare et
reformare quod quandocumque celebratur concilium generale pariter papa
esse unum quod tunc ut papa sit personaliter in concilio et sit una vox
pape et concilii et una opinio et una et eadem regularum et statutorum
ordinatio et una ac eadem beneficiorum et dignitatum collatio et promotio et
clamium esse dispositio ac in capite et in membris una et eadem re-
formatio et una Romana curia cum suis officialibus et una congre-
gatio. Vel quod si papa prius in concilio non fuerit id per procurare quod tunc or-
dinetur quod ut pertinet nunc papa nunc concilium sacrum quamdiu durauerit
exequatur nec exequi permittet ad mandatum officia ad promotores
Romane curie ut puta scilicet audientia causarum, cancellaria litterarum, of-
ficium penitentiarie, auditorium atque camere et huiusmodi quod nunc officium fuit con-
suetum in Romana curia fiat in generali concilio. Nec attendatur in eo
ad aliud preterquam ad id ad quod fuit convocatum et ad reformationem
ecclesie in membris et in capite. Et eodem modo de papa ut sit or-
dinetur per papam et per sacra generalia concilia quod durante sacro concilio
generali ne sint due opiniones clamium in ecclesia et due potestates in papa
et eadem sancta ecclesia quod pro tunc cessent omnia curie Romane officia
et non conserventur dignitates per papam seu beneficia nec expediantur
per papam aliqua supplicationes aut littere apostolice de gratia seu de
iustitia sed maneat potestas papalis durante sacro concilio quasi
suspensa. Sed quod totum plenitudo potestatis papalis et eius executio veniat
apud sacra generalia concilia dum celebrabuntur, contra si contrarium fiat
sicut fit modo in Basiliensi concilio quod ibi dum de concilio Basiliensi tenent
audientiam causarum et cancellariam aliquorum litterarum et officium minorum
penitentiariorum et exercent multa officia pape et Romane curie et dant
litteras et bullas desuper et tenent unam curiam. Et papa dominus noster
Eugenius quartus tenet aliam curiam ut Rome ut Florentie et alibi
et confert beneficia et episcopatus et expectativas et tenet audientiam causarum
et cancellariam et cameram et penitentiariam et omnia consueta Romane
curie officia. Et alias si datur una sententia diffinitiva in concilio annullatur
et renovatur in curia pape et e converso. Et tunc causatur odium et malivolentia et quasi
scisma inter curtisanos existentes in concilio et curtisanos existentes
in curia pape, et quidam vocant reliquos papalistas et quidam conci-
lialistas, et propter istas duas curias esse venit divisio et
discordia et impeditur reformatio ecclesie. Nam quod si aliquid de reformatione
in concilio statuitur, hoc in curia pape annullatur et e converso. Et venit modo
istud scisma de quo loquebatur apostolus quod quidam de discipulis Christi
qui audiverant verbum dei ab Appollo dicebant: Ego sum Appollo.
Alii qui audiebant a Petro dicebant: Ego sum Cephe. Alii quod a Paulo.

dicebat ego pauli. Et subiungit paulus Numquid divisus est christus
numquid christus omnium est. Etc. et modo nisi provideatur de remedio. Quidam
dicunt se esse de concilio quidam de papa. Numquid divisa est ecclesia numquid
omnium christianorum una est ecclesia catholica. Numquid corpus christi unum est
et ecclesia una est que latius incremento fecunditatis extenditur. xxiiii
q. i. c. loquitur. Et quicumque seipsos ab hac unitate segregant tales
nec vinculis peccatorum absolvi nec ianuam regni celestis poterunt ingredi
xxiiii q. i. c. quicumque. Ad servandum ergo hanc unitatem ecclesie et fidei ca-
tholice necesse est quandoque celebrari generale concilium quia una sit ro-
mana curia unus deus una fides unum baptisma una potestas
exequendi claves in ecclesia et quod non sit duplex curia duplex potestas
ecclesiastica duplex executio beneficiorum et causarum et aliorum officiorum in domo
domini ihesu christi ecclesia. Ad determinandum ergo hanc unicam oportet hanc unicam
curiam hanc unicam potestatem ad exequendum racione curie officia
et beneficia et penes quem debeat residere hec potestas papalis plenitudo
dum celebrari sancta synodus necesse est quod fiant generalia concilia que
determinent cum papa hanc unitatem executionis clavium ecclesie. Et hec
sufficit dicere de isto concilio. Sed tamen est notandum quod dicitur quod soluta est
hec synodus Anno xiiii Constantini. Et postea imperatore non dato per v annos
iterum sancti patres congregati sunt sub iustiniano filio constantini
et predictos canones promulgaverunt de quibus nunc dubitetur et sic
sexta synodus bis congregata est. primo cum canones fecerunt
sub constantino et postea ipsos declaraverunt sub iustiniano etc. ut dicitur quod
ultra v annos fuit continuata ista synodus. Ex quo concluditur quod
sancti canones conciliorum qui sunt reformatores ecclesie possunt in uno con-
cilio statui et ordinari et postea in alio concilio possunt publicari
et quod determinatum non fuit in uno concilio quod determinetur in alio
etc. concluditur quod si potestas concilii generalis est maior quam potestas pape
quod illo casu unum concilium legitime congregatum potest convocare aliud usque ad
certum tempus et illud ad concilium potest convocare ad concilium sine pape aliqua
auctoritate etc. in perpetuum et assignare locum et si allegatur quod solus papa
convocat concilia ut probatur dis. xvii. hec intelliguntur preter exceptis auctoritate
et potestate generalium conciliorum quamvis secundum opinionem istorum subiciatur potestas
auctoritas et iurisdictio ac executio romanorum pontificum.

Antiquus fuit zelus illorum sanctorum patrum antiquorum ad exaltandum
de viij conciliis in ecclesia orientali celebratis — fidem christianam et reformandum ecclesiam in moribus utriusque et ac-
tibus clarissimis et ad deprimendum hereses ac ad extirpandum vicia
demum precipue romanam et privatas leges et consuetudines et abusiones
que nequaquam poterant tolli nisi per generalia concilia quia statim
post illa vi concilia generalia infra modicum tempus convocaverunt in partibus
orientalibus alia duo generalia concilia per que possent pristina statuta
facta in generalibus conciliis sex et acta et gesta roborare diffinire.

sanctire et autenticare etc. fuerunt octo generalia concilia de quibus
loquitur decretum dist. xvi c. Sancta, ubi dicitur Sancta octo concilia universalia
primum nicenum, 2m constantinopolitanum, 3m effesinum, 4m calcedonense,
5m 6m et 7m constantinopolitanum et nicenum, 8m quod constantinopolitanum
usque ad unum apicem inmutilata servare et pari honore ac ve-
neratione dignum duco et que predicaverunt ac statuerunt omnibus modis
et sequi et predicare et quecumque condempnaverunt ore et corde
condempnare confiteor. hic ibi. Et dum ista concilia octo alia
quam octo vicibus fuerunt tenta et dum alia minora concilia que fuerunt
in minoribus locis tenta ut ibidem habetur in glossa. Ex quibus sequuntur due
conclusiones notabiles. prima quod ad reformationem ecclesie in membris et in
capite et ad extirpationem sismatis et secte heretice seu ad
conversionem ad reductionem infidelitatis sarracenice seu pa-
ganice et ad pacificationem plebis christicole non sufficit semel generale
concilium congregare ac celebrare sed oportet sepius ac sepius hec
universalia concilia celebrare et quotare ac continuare et [illegible] multis
zelatoribus fidei christiane quod temporibus presentibus quibus sunt multa scis-
mata et quoniam plebs heresis de anno domini mo ccc xxxv in quo
et sunt in dei ecclesia maxime abusiones maxime tyrannie maxime cu-
piditates maxime symonie et maxima scandala in quibus et crescit
et crevit super christianitate paganorum infidelium et turcorum ac sar-
racenorum dominium et non cessat crescere et christianos subiugare
ac nomen ihesu christi blasphemare ut patet de regno cipri christiano
nunc sarracenis et soldano babilonie subiugato temporibus
istis et ut patet de grecia que quamvis scismatica tamen nunc est
imperatori turcorum subiecta ipsa ipsa armenia ipsa al-
bania provincia ipsa per magna parte dalmatia ipsa et slavonie
cum maxima que turcorum dominio est subdita et hiis temporibus in quibus
sunt scismaticas reges et principes christianos sunt multe discor-
die guerre maxime interfectiones et mortes christianorum quam plurime
ut patet de regibus francie et anglie de regibus castelle et
arragonie de duobus ordinibus prutenorum et regis polonie
de guerris ducis mediolani et communitatum venetiarum ac
florentie et tunc de guerra regis neopolitani per maxime
in quibus et temporibus regnat tyrannie furta latrocinia et rapine
tam in mari quam in terra multorum principum et dominorum non solum
et regnorum bellatorum et armigerorum et presertim in ytalia
in qua hiis temporibus bona ecclesie Romane temporalia sunt quasi perdita et
occupata per maiorem partem per tyrannos armigeros saccmannos
nobiles et dominos ytalie ut patet de tota marchia anchoni-
tana et de civitate castelli et de civitate tiburtina et quasi de toto
patrimonio ecclesie et de terra campanie in quibus provinciis civitates et castra

ac bona romane ecclesie sunt hiis temporibus de anno domini m° cccc° xxxi
occupata et capta quondam violenter domini nostri pape Eugenii quarti et
dominorum cardinalium et multe ecclesie ac monasteria destructa et
suis bonis spoliata; habent et occupacionem terrarum ac monasteriorum
et iurisdictionum ecclesiarum per violentiam et tyrannicam ac dissipacionem
multorum monasteriorum et ecclesiarum [illegible] maxime alienaciones et
principes ac reges christianorum sicut sunt portugalia francia anglia
hyspania et quique omnes de per reges duces comites barones
et milites ac communitates libertas ecclesiastica non curatur clerus sunt
subiciuntur bona ecclesiarum et monasteriorum temporalia capiuntur et ipsa monasteria
et ecclesie dilapidantur. Attentis igitur causis istorum conciliorum generalium
octo que fuerunt celebrata per sanctos patres et in paruo numero infra hunc
tempore quod quasi in sedecim annis fuerunt omnia illa octo concilia celebrata
et non propter alias causas quam propter causas tollendi hereses et scismata que
tunc insurgebant in dei ecclesia, multo magis deberent nunc generalia
concilia frequencius et frequencius celebrari et teneri ac continuari
quousque infra scripta super dicta finiantur et compleantur et exequantur tota
in dei ecclesia videlicet quod primo ecclesia omnia reformentur in capite et in membris
ipsa apostolica et romana ecclesia. Secundo facto sit sic quod ipsa secta
pestis heretice euellatur ubique terrarum de medio christianitatis catholice
tercio quod hoc facto reducantur ad gremium ecclesie et obedienciam romani pape
perfidia scismaticorum grecorum et armenorum et qui remanent
ecclesie, quarto quod hoc facto ponatur per generalia concilia quod inter quoscumque
reges et principes comites barones communitates et nobiles et
alios dominos christianos fuerit aliqua guerra et discordia quod illa
omnibus modis tollatur et fiat plena pax et concordia in toto
plebe christicola, quinto quod hoc facto ponantur generalia concilia arma
spiritualia et temporalia; spiritualia quidem mittendo predicatores ad
terras illas que fuerunt christianorum ut in affrica egipto ethyopia
et toto barbaria ac turcia et thartaria ad predicandum fidem
christi et eius fidem exaltandam et arma temporalia ponentur mo-
uendo et rogando principes christianos et duces et quoscumque fi-
deles ut cum suis armis et laboribus debeant terras suas et
ciuitates ac prouincias occupatas per sarracenos et infideles
recuperare que aliquando fuerunt christianorum et de manibus ipsorum infi-
delium liberari. Sexto debent ponere et continuare concilia generalia
ut ad pristinam libertatem et iurisdictionem et statum ubique terrarum
reducatur ecclesia romana et apostolica et extinguantur per concilia omnis
violencia et tyrannia ac rapina tam in mari quam in terra ne
umquam fiat in plebe christicola et coherceantur tyranni ac rapi-
tores et depredatores bonorum temporalium romane ecclesie et aliarum ecclesiarum omnium
ac monasteriorum et locorum sacrorum et deo dedicatorum per christianos contenta

per censuras ecclesiasticas et trucidatas sic quod infideles ac alia quecumque
iniurias venerea Invocato et ad hec brachio seculari auxilio
si opus fuit, et hec fere omnia sunt particulares cause propter quas dum
hiis temporibus sancta concilia continuarentur et celebrarentur et tam diu
durarent secundum opiniones multorum quousque sint finite. 2o concludo
notabiliter quod scilicet ex superius dictis octo conciliis et ex conciliis infra
scriptis est quod in sanctis conciliis generalibus non requiritur romano et multo
minus assistentia et presentia omnium episcoporum et abbatum seu principum
regum ambasiatorum aut dubium seu civitatum sed sufficit presentia
aliquorum ecclesiasticorum et secularium in quibus et per quos representatur
universalis ecclesia. Hoc probatur per predicta concilia octo in quibus soli prelati ori-
entales extiterunt et in primo nullo et aliqui minimi occidentales ut patet
dicente VII i. c. Septima synodus xvi dis. veritate Gracianus
secundum Bedam. Alia viii concilia generalia in orientalibus partibus et celebrata
satis prope post ista viii concilia prima. In quibus sancti patres multos
canones et multas reformaciones et decreta statuerunt.
licet erant paucissimi in illis conciliis qui decreta de iure et approbat
toto universalis ecclesia. et fuit quod omnibus illis assistentibus orientales et
pauci vel ecclesiastici occidentales; unde est quod in aliquibus conciliis tertio
in oriente erat ut patet legenti in multis cronicis aliis in eis mentionem fuisse
presbiteros et dyaconos romanos et sub titulis quos nunc tenent
domini cardinales. Primum concilium ex illis octo fuit aquitana
synodus que ante nicenam fuerat fuisse, sed propter auctoritatem maiorem quam
habuit nicena synodus post posita in qua patres xviii statuerunt canones.
2a synodus fuit neocesariensis que post aquitanam et anthiocenam
celebrata fuisset in qua patres xvii statuerunt canones xiiii. 3a sy-
nodus fuit gangrensis que post nicenam celebrata fuisset in qua patres
xvi fecerunt canones xx propter quasdam necessitates ecclesiasticas
maxime contra eustachium qui dicebat quod nemo in coniugali gradu
positus nullus fidelis qui non omnibus renunciaret que possidet
spem ullam ad deum haberet, et multa alia venenosa que longe est
enarrare. 4a fuit synodus Sardicensis in qua patres lx statuerunt
canones xxi quorum auctor maximus fuit Osius cordubensis
episcopus et vincencius capuanus episcopus et ianuarius beneventanus
et calepodius neapolitanus sedis romane ecclesie legati extiterunt.
5a synodus fuit anthiocena in qua patres xxx statuerunt canones
xxx quorum auctor maximus extitit eusebius palestinus
episcopus. 6a synodus fuit laudicensis in qua patres xxii statuerunt
canones lviii quorum auctor theodosius extitit. vii synodus
fuit Cartaginensis in qua patres cc et xvii statuerunt canones
xxviii quorum auctor maximus aurelius Cartaginensis episcopus extitit.

Et Augustinus yponensis episcopus. Octava synodus fuit affricana sub theodosio minore augusto in qua presbiteri cc xxviii vetitaverunt et firmaverunt canones tentum quorum qui per diversa concilia affricane provincie aurelii cartaginensis episcopi leguntur esse inscripta. Et hec sunt viii antiqua concilia generalia in oriente celebrata per modicum tempus post ista viii concilia prima supradicta. Secundum nonnullos quod post ista xvii concilia tenta in partibus orientis per modicum tempus post fuerunt tenta antiqua concilia generalia xvii in partibus occidentis prout recitat venerabilis Beda in libro suo quem intitulat de temporibus conciliorum et ponuntur cum suppositione in decretis dist. xvi c. Sexta synodus.

Prima synodus fuit Arelatensis in qua presbiteri sexcenti statuunt canones quorum auctor Silvester urbis Rome episcopus et sanctus Mauritius Arelatensis episcopus fuerunt. 2a synodus fuit et Arelatensis in qua presbiteri xix statuunt canones quorum auctor Cesarius Arelatensis episcopus exstat. 3a synodus et Arelatensis in qua presbiteri xix statuunt canones. 4a synodus et fuit Arelatensis in vico ortensi in qua presbiteri xviii statuunt canones quorum auctor Cesarius exstitit. 5a synodus et fuit Arelatensis in qua presbiteri xix statuunt canones quorum auctor Sarpidius Arelatensis episcopus exstitit. 6ta synodus fuit Aurelianensis in qua presbiteri xvii statuunt canones quorum auctor Hylarius episcopus. 7a synodus fuit Epaonensis in qua presbiteri xxvi statuunt canones xl quorum auctor Cesarius episcopus exstitit. 8a synodus fuit Agathensis in qua presbiteri xxxiiii statuunt canones quorum auctor Cesarius episcopus fuit. 9a synodus Aurelianensis fuit in qua presbiteri lxx statuunt canones quorum auctor Aurelianus Arelatensis episcopus fuit. 10a synodus fuit Aurelianensis in qua presbiteri xxxi instituerunt canones quorum auctor Melanius Redonensis episcopus exstitit. 11a synodus fuit Aurelianensis in qua presbiteri xxv statuunt canones quorum auctor sanctus Albinus Andegavensis episcopus exstitit. 12a synodus fuit Alvernensis in qua presbiteri xv statuunt canones quorum auctor Honoratus Bituricensis episcopus exstitit. 13a synodus fuit Matiscensis in qua presbiteri xxi statuunt canones quorum auctor Priscus Lugdunensis episcopus fuit. 14a synodus fuit et Matiscensis in qua presbiteri lxxxvii statuunt canones quorum auctor idem Priscus Lugdunensis episcopus fuit. 15a synodus fuit Lugdunensis in qua presbiteri xxviii statuunt canones quorum auctor Firmianus episcopus. 16a synodus fuit et Lugdunensis in qua presbiteri xx statuunt canones quorum auctor idem Priscus Lugdunensis episcopus fuit. Hec sunt antiqua xvii concilia generalia que recitat Beda tenta in partibus occidentis in quibus pauci vel nulli fuerunt prelati seu viri ecclesiastici orientales.

et ibi sunt solempnizata et approbata. Tercio generalia concilia et in spiritu
sancto congregata ab universali ecclesia. Certum ut de prioribus iiijor concilijs lo-
quitur in decreto dis. xv. c. Sicut sancti. Illa que fiunt in illis concilijs
ordinata sunt tanquam ea que sunt et pertinent ad actus ordinaciones et
regulas ecclesiasticas tenenda sunt. Quod de iiijor sinodis sicut sancti evvangelij
iiijor libri, et constat eum a deo datum per hominem non posse in-
minui sed nec sancta et acta ac modus agendi in dictis concilijs
patet minuere, quia sunt iiijor synodi principales fidei, nam plenissime
continentes. Et de predictis alijs concilijs continetur in decreto
dis. c. Canones dis. xv. hec verba scilicet. Si qua sunt alia concilia
que sancti patres spiritu dei pleni sanxerunt post istorum iiijor auctoritatem
omni manent stabilita vigore quorum gesta et in hoc opere conti-
nentur. Ecce qualiter omnia concilia supradicta sunt ab universali ecclesia
approbata. Cum ergo sint approbata per universalem ecclesiam hec xxxij concilia
generalia superius dicta, ergo ab omnibus et per ea denique sunt docenda et
exhortanda, quamvis nunc istis temporibus et quibusdam modis et propter quas causas generalia
concilia celebranda tenenda ac continuanda sunt. Et ideo ex predictis
concilijs sequuntur multa notanda. Primum notabile est quod concilia generalia
debent frequentari in ecclesia dei celebrari quociens et tenere ac conti-
nuari. Preter prefata concilia quia a tempore baptismi Constantini infra hos annos
post quos floruit in ecclesia dei venerabilis Beda qui ea scripsit presiden-
te in sancta ecclesia Damaso papa hyspano. Et anno domini ccc. lxxxiiijo
fuerunt prefata xxxij concilia in dei ecclesia celebrata. Ex quo col-
ligitur quantus fuit zelus priorum maiorum ad domum dei que est
ecclesia sancta et ad fidei catholice et divini cultus augmentum et ad ho-
nestatis ac morum conservacionem conservacionem ac ipsius ecclesie in membris
et in capite reformacionem. Et quanta desidia, tepiditas et
neglectus nunc est maiorum prelatorum ac principum hijs temporibus ad re-
formacionem status et unionis ecclesie et fuit diebus istis et
postremis apud summos pontifices apud quos sunt decreta antiqua.
Manet auctoritas regularum quorundam concilia et sine quorum auctoritate
nisi in certis et paucis casibus non possunt generalia concilia congregari
ut habetur dis. xvij. per totum. Et et quanta fuit negligencia eius as-
sistenciam quorum regimen concilio a multis retroactis temporibus
quia a tempore Clementis quinti qui prefuit ecclesie anno domini mo ccco
v. et tenuit concilium generale in Vienna et anno domini millesimo
ccc. xij. usque ad concilium generale Pisanum ultimo tentum in quo
spacio fluxerunt quasi centum anni, non fuit tentum in dei ecclesia
generale concilium et tamen in eo centenario fuerunt multe hereses multa
scismata multa peccata multe abusiones multe tyrannie contra
ecclesiam multe reservaciones multe usurpaciones fere contra iura scripta,
multe symonie et multa mala et quasi infinita propter que fuissent

non concilia tempore
non fuerunt
generalia concilia

multu nec gnalia cocilia i di ecclia vt ipa romana ecclia et
aplica reducat ad pmitiuu statu et honorem et ad ppriam neg
et ad debita i capite et i membris reformacoem et nos et
q nos ad ppetua rei memoriam sub exemplar et formam ac
norma pdictorum xxxij cociliorum deinq ammodo gnalia
cocilia frequeciq ac frequeciq celebrare et celebrari facere Sic
enim p ante xxxij cocilia gnalia fuerunt celebrata i spacio
ho annorum et tn ppr causas modicas i coparacoe causarum et malorum
que nunc sunt et p ante fore ppr hereses tollendas et ppr ecciam i
actibus et moribus ultimos reformadam et edificadam fuerunt ita cocilia
celebrata ut pz p ipa qr multe hereses fuerunt codepnate
et multi canones decreta et regle institute Multo magis nc
obligatur romana ecclia ac platorum et cleri apostolica gnalia co
gregare cocilia ppr causas supius dictas scz ppr refor
ficiendam i membris et i capite ipius aplice romane ecclie Item ppr
tollendos errores pncipales hereticos Item ppr reductionem scismaticorum
ad obiam romane ecclie Item ppr pacificacoem omnium pncipum
fidei catholice Item ppr recuparacoem terrarum infidelium et psti
tute sancte Item ppr extermiacoem tyrannorum et raptorum ac pri
vatorum et occupancium bona tpalia ecclarum et monasteriorum et pncipaliter
romane ecclie ergo multo magis debent gnalia cocilia celebrari
hiis tpribus ppr causas sex supradictas ad instar illorum xxxij
cociliorum venerandorum quorum actus et modus a nobis servandus
ppoitur et p omnia servabitur cum sit i c Siclesi xv dis hic expsse
actorum et modus i eis obsuatus nos movescat qualiter animo ecclia
celebracoem cociliorum gnalium nos habere debeamus vnde dns
ad moysen dixit ut hic expsse exo xxv Fac scdm exemplar
quod tibi i monte mostratum est Iste mons est modus suatus p apostolos
et sanctos patres i celebracione cociliorum sup quem montem sunt mo
celebrandi cocilia gnalia veluti sup firmam et expressam pe
tram fundata est ecclia et fundatur i sanctis reformacoibus et vtriusque
decretis et constitucoibus q decreta et gstitucoes vocat ppha
david montes sanctos cum dicit fundamenta eius i montibus sanctis
scz i canonibus decretis statutis cociliorum et constitucoibus papalibus
doctrinis et moribus ea agendi regendi quoradi cotinuandi
et ad execucoem pducendi et hos montes vocat et decretal
ex de elec et fundamenta pdicatores et qui ppius dici pnt
pdicatores ecclie quam plati et pncs ac viri ecclici qui gnalia
pnunt qui cocilia gubnant qui decreta et canones statuunt
et dei ecclesiam i membris et i capite reformant i quib fidei
nre fundamenta ponuntur et hereticorum lucide errores tolluntur
et q ac qualiter et quo i hac via incedere qualiter viuere qualiter de pctis

penitere

generaliter etiam et omnes commissas ab rege et quia agitur dicamus etc.
regitur dominatur. 3m notabile quod sequitur ex premissis xxxii con-
ciliis generalibus est quod sicut ipsa generalia concilia fuerunt sancta iusta
et ab universali ecclesia quecumque in eis gesta decreta statuta fuere
et tamen in ipsis sacris conciliis fuerunt pauci viri ecclesiastici et pauci presbyteri
ac prelati et fuerunt continuata per multa tempora. Sic animo potest
dici fieri quia dato quod multi noverint ad concilia generalia et pauci
viri ecclesiastici ad ea veniant et in eis existant ac diffiniunt et ordi-
nent decreta et statuant pro bono reformationis ecclesie in capitibus
et in membris non obstante dicta paucitate prelatorum et minorum ecclesiasticorum
tamen quecumque in ipsis decretata statuta ac mandata fuerint per
eos fuit a spiritu sancto inspirata et ab universali ecclesia quam reputant
prima generalis synodus determinata tenenda sunt a toto clero
et a populo christiano tamquam si divinitus essent nominibus omnibus fidelibus
transmissa. Post ista populo seu concilio per concilia superius dicta et primo per
maiora concilia apostolorum in quibus pauci numero fuerunt apostoli et alii
credentes in Christo et tamen fuerunt sancta iusta et approbata concilia tamquam a
deo domino Ihesu Christo qui ab universali ecclesia et a fide catholica iste per
prima xxxii concilia de quibus ut dictum est scripsit Beda et facit
Gratianus in decreto in c. Sexta synodus xvi dis. Ex quorum
veritate potest colligi quod concilium generale qualecumque sit nunc
Basilee vel alibi in posterum non requiritur in posterum omnium episcoporum
vocationem et minus presentiam seu aliorum prelatorum et minorum ecclesiasticorum
aut regum principum et dominorum ac civitatum secularium seu
ipsorum ambasiatorum vel procuratorum nec est necesse quod omnes vocati
et intersint sed sufficit aliquos esse qui alios reputent seu pro
illos omnes qui in concilio non interfuerunt recipiantur et approbentur
acta et gesta statuta et ordinata in eodem concilio et dicte
presentent eisdem sine utendo institutis ibidem per approbationem
sine expresse approbando sicut dicitur in lege que per eius promulgationem
firmatur cum utentium moribus recipitur ut po. in dis. c. leges
instituuntur. Quia non notatur generale concilium vere [illegible] ut omnes
in i° intersint sed vere regionum quia de omni parte dicuntur esse in eo aliqui
vel ut reputative vel approbative ut dictum est quia si comprobatur a
maiori parte videntur in eo extitisse quia qui per alium facit per se
ipsum facere videtur quamvis approbans in ipso concilio non fuerit.
Item de generalis sancta synodus verum casum quia in generalibus conciliis
omnes admittuntur ad quecumque proponenda per iustitia consequenda
et ad dandum avisamenta ad agenda in conciliis quia ipsa facit
universalis ecclesia quam reputant facere generalia concilia est quedam vinea
universalis de qua Bibli sponsa dicit quilibet fidelis ne non faciat in eo
domino Christo. Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exiit primo
mane conducere operarios in vineam suam. Que vinea scilicet omnis ecclesia est.

universalis ecclesia

que tot palmites protulit quot sanctos fideles ad nos misit. O
bone ihesu custos illius vinee et quid destruis nunc illius vinee
et vindemiat eam spoliat eam omnibus qui exaltantur in ea. Homines et
qui sunt dati ad eius custodiam exterminat eam aper de silua heu
proh dolor heu doleo heu fleo. singularis ferus depascit eam. Domine
deus ihesu tu nosti qui sunt illi et a toto orbe non potest abscondi. Respice er-
go de celo et veni et visita istam vineam et reforma eam et perfice eam
quam plantauit dextera tua. Quia ut clare videmus non est aliquis
qui eam reformet qui eam decoret qui eam ad pristinum statum re-
ducat nisi tu deus ihesus christe dominus noster. Item concilium dicitur generale ad
differentiam prouincialium et episcopalium in quibus non agitur nisi de negociis vnius
prouincie vel dyocesis, in hoc autem de negociis omnium prouinciarum et totius
orbis agitur et agi debet ex quo est vniuersale concilium. Item hoc cerno quod in generalibus
conciliis non est necesse habere multos episcopos quam minores ecclesiasticos sed ecc
quod pauci sufficiant ad manutenendum et continuandum concilium et ad
totam apostolicam et romanam ecclesiam reformandam. Patet per prima xxxii con-
cilia superius dicta que sunt ab vniuersali ecclesia quasi canonizata in quibus fuerunt
aliqui pauci patres et prelati et paucissimi viri layci et clerici. Nam ut
dictum est in xvi conciliis tentis in oriente pauci vel nulli qui inter-
fuerunt patres de occidente nec econuerso, in illis xvi conciliis tentis in oc-
cidente pauci vel nulli fuerunt patres de oriente et tamen in ipsis conciliis
fuerunt ordinati et facti multi canones multa decreta multe re-
formaciones et statuta que hodie tenet vniuersalis ecclesia. Item patet quod etiam
paucitas prelatorum et minorum ecclesiasticorum sufficit in conciliis generalibus
ad ea peragenda et continuanda per predicta generalia concilia quia in prima
synodo Nicena fuerunt CC xviii episcopi. In secunda synodo fuerunt CL
patres de quibus decretum non declarat sed utrum episcopi vel abbates
vel sacerdotes. In tertia synodo fuerunt CC episcopi, in quarta synodo fuerunt
CC xxx sacerdotes seu presbiteri. sed de v. vi. vii. viii. non ponitur
numerus nisi plus minor annos quando patres congregati sunt sub Justi-
niano. In ix synodo fuerunt xviii patres, in x synodo fuerunt
xvii patres et non plures, in xi synodo fuerunt xvi patres et non
plures, in xii synodo fuerunt patres lx, in xiii fuerunt patres xxx,
in xiiii fuerunt patres xxii, in xv synodo fuerunt patres CC xviii,
in xvi synodo fuerunt patres CC xxviii. Fuerunt et hec generalia con-
cilia in partibus orientis celebrata in quibus alii pauci alii multi
interfuerunt patres. Ecce his temporibus pro reformacione ecclesie et pro
illis aliis vero negociis supradictis explendis pauci patres et
pauci viri ecclesiastici aliqui sufficiunt ad celebrandum generalia concilia.
Verumtamen illi patres fuerunt episcopi vel prelati. Quia sicut in dictis conciliis
interfuerunt potius ecclesiastici romani quia per quos fuerunt quotati in aliqua gallia tempore decti nd

ncmemini me legisse. Etiam quia sufficiat pauci prelati et viri eccl[esi]a[sti]ci
ad referendum generalia concilia. patet per xviij concilia in partibus occid[entalibus]
celebrata quorum xv[a] fuerunt et narrantur nobis occidentalibus etc. et d[icitu]r
cum toto intentione et unanimi voluntate celebrarunt generalia concilia
et postea in primo concilio occidentali non fuerunt prelati nisi vj. et in eodem fuit
papa romanus. In 2o concilio fuerunt prelati xix. In 3o concilio fuerunt
prelati xix. In iiijo fuerunt xviij. In vo fuerunt xix. In vj fuerunt
prelati xvij. In vij fuerunt prelati xxvj. In viij fuerunt prelati xx-
viij. In ix fuerunt prelati lxx. In x fuerunt prelati xxxj. In xj
fuerunt prelati xxv. In xij fuerunt prelati xv. In xiij fuerunt prelati
xxj. In xiiij fuerunt prelati lxxxvij. In xv fuerunt prelati xviij
In xvj fuerunt prelati xx. Ecce quia in maiori parte istorum conciliorum
generalium occidentalium fuerunt pauci prelati de toto mundo presentes
et celebrarunt sancta generalia concilia et instituerunt in eis multos
canones multas reformationes et multa decreta que hodie
approbat universalis ecclesia. Ergo hiis temporibus ad instar illorum conciliorum
possunt celebrari generalia concilia. Immo cum paucis prelatis et viris eccl[esiasti]cis
etiam lxiiij dist. in c. Adrianus, dicitur quod in concilio generali tento rome
per adrianum papam presente karolo magno celebrata fuit synodus
a cliij episcopis et non pluribus. Etiam per scripturam sacram potest persuaderi
tenendum quod paucitas minorum ecclesiasticorum et si non sint in numero ultra centum
vel ultra xxx vel ultra xij personarum possunt sufficienter generalia concilia ce-
lebrari et canones ac reformationes statuere quia xij apostolorum
hic potest sic qui erant in numero xj aliquando et aliquando xij et tunc celebrarunt
iiijor generalia concilia ut 15a dist. c. Sicut et patet per librum actuum. Si duo
ex vobis consenserint super terram de omni re quam petierint a patre meo
fiet vobis. Ergo si duo fuerint in generali concilio unanimi consensu et
voluntate pro bono reformationis catholice ecclesie possunt generale con-
cilium celebrare et continuare, quia si verum est quod in unico supposito dam[natu]r et
totius ecclesie in qua continuatum fuerit potest salvari ita sancta mater universalis
ecclesia quam representat generale concilium et quod ipsa fuit et est sine ruga
et macula, ut patet hic datur in corpore subdito patris quia nulla est conventio
lucis ad tenebras secundum apostolum. Etiam sic fuit de beata virgine in cu-
iusdam corde passionis contra dominum cum discipuli ab eo fugissent remansit
tota fides catholica sicut credit et tunc fides catholica. Sic et si
non sint nisi duo in generali concilio in caritate dei et contra existentes
in spiritu sancto congregati in illis salvatur totum generale concilium et est propter
illos duos in spiritu sancto hominum congregatum dicente xpo. Ubi duo vel
tres etc. Ergo si duo fuerint congregati in nomine salvatoris ihesu ad sal-
vandum ipsum corpus et reformandum a minoribus ad universos et ad com-
pellendum de partibus illi possunt non solum congregare concilium, immo ipsum

convocare celebrare

diffinire iudicare et examinare quia spiritualis homo omnia iudicat secundum apostolum
et a nemine iudicatur quia iusto non est lex posita sed propter transgressores
posita est lex, ergo illi duo boni et iusti possunt alios iudicare
et reformare qui sunt in ecclesia mali et perversi. Et si dicatur et ponatur
casus quod omnes illi qui sunt in concilio sint mali et in peccato mortali
ergo spiritus sanctus non est in isto concilio nec est legitime congregatum in spiritu
sancto quia spiritus sanctus secundum Salomonem disciplinae effugiet fictum et elongat se
nec est participatio lucis ad tenebras secundum apostolum dicitur et verum secundum fidem catholicam
et statutae lege. Iste casus est impossibilis et non est admittendus ullomodo
quia sicut filius dei Ihesus Christus naturam humanam quam semel assumpsit nunquam di-
misit sic ecclesiam sanctam catholicam quam super se petram edificavit et
in sua sponsam suscepit nunquam dimisit nec divorciavit quin semper sit
cum ea fuit et suam sanctitatem casto pudore custodit. xxiiii q. i c.
Loquitur ipso dicente. Ego vobiscum sum etc. Quod verum esse non esset
verum si omnes christiani essent in peccato mortali collapsi, et ita iste casus
non est admittendus. Concluditur ergo evidenter ex praedictis quod non re-
quiritur assistentia vel presencia romani pontificis seu aliorum prelatorum omnium
in generalibus conciliis quia non dicitur decretum in primitivis conciliis quod interfuit
in multis ex eis papa romanus vel omnes alii prelati sed sufficit ut dictum est
quod sint in eis aliqui presbyteri et doctores et aliqui viri ecclesiastici et seculares
qui alios repraesentent videlicet christianos et approbent et reforment ut dictum
est. Tertio notandum ex praedictis conciliis sequitur et est quod si in statuendis decretis
concilii generalis esset inter presbyteros et assistentes concilii aliqua discordia
seu divisio quod tunc concilium potest et unum presbyterum unum episcopum vel unum
doctorem seu bonum virum eligere qui talia decreta statuenda
valeat ordinare facere et disponere et auctorizare de generali
consensu concilii generalis, patet hoc notabile quia dicitur in primitivis conciliis
suis debet habere maiorem partem capituli ut aliquid dicatur factum a episcopo in capitulo
Ita oportet quod papa habeat maiorem partem Concilii ut dicatur illud factum
a papa in Concilio aliter ut dixi circa textum de auctoritate Conciliorum. Legimus
quod etiam in Conciliis plurimum Petrus [illegible] seu proponebat et votum suum
exprimebat tamquam unus de Concilio et conclusio fiebat. Sed sententia Concilii et
non suum responso fiebat ex nomine Concilii ut dixi xv capitulo. Dicerem
tamen quod vox pape propter eius auctoritatem et dignitatem sit maioris roboris
quam vox cuiuscumque alterius sicut Jo. an. dicit de voce episcopi [illegible] in capitulo
ut ipse notat in capitulo periculo de appellatione li. vi. et facit quod legitur in [illegible] in
c. dudum [illegible] electione et per Bartolum in l. finali [illegible] de re iudi. super
glo. in li. decretorum sepe immo assumpserunt illam disputationem si sententia
pape discrepat a sententia totius Concilii cui magis standum est. Et deinde
quidam pro papa et quidam pro Concilio ut nota in di. in c. [illegible] et in c. ne-
mo [illegible] q. iii et in c. legimus xciii di. et in c. quodcumque xxiiii q. i. Et pro
maior auctoritate Concilii solet allegari dictum Jeronimi in dicto capitulo legimus
dum dixit quod orbis est urbe id est quod auctoritas totius Ecclesie prevalet
auctoritati Ecclesie Romane et pro illa parte facit quod legitur et notatur
Ecclesia Romana includitur sub universali per glo. in c. ecclesie xxix di. ubi glo. per [illegible] textum grecorum notat
quod Ecclesia Romana non est universalis sed est de universitate et est includitur
sub universali ecclesia quia unica est universalis ecclesia et unitas diversorum
non [illegible] patitur ut allegavi sequitur Ciprianus xxiiii q. i. loquitur
ad idem c. [illegible] et c. [illegible] et c. [illegible] e causa et q. Sed hodie
cessant disputationes glosarum et opiniones aliorum per declarationem
veritatem factam in illa magna Synodo Constanciensi ubi fuit declaratum
quod in hiis que pertinent ad fidem et exstirpacionem heresis ac Reformacio-
nem Ecclesie tam in capite quam in membris Concilium est supra papam etc.
Iudicium Concilii tamquam iudicium superioris saltem in istis tribus et pertinentibus
ad illa est preferendum iudicio pape. Concilium autem ut predictum est repu-
tatur in tota eius congregatione seu in eius maiori parte. Non enim potest
papa auctorizare iudicium minoris partis quia esset confundere auctoritatem
Concilii que reputatur in maiori parte. Nam ut dixi fictione iuris om-
nes facere videntur quod maior pars facit ut in l. aliud quod refert ff. de re-
gulis iuris. Et de hac auctoritate Ecclesie universalis et [illegible] Concilii generalis
dicam plenius in 2o dubio principaliter et per hoc ibi decidenda preterea
ea que sunt hic allegata pro dissensione Ecclesie de preeminentia pape etc.

dictu

a Ad id autem quod obiciebatur de eo quod fuit Moysi Respondeo quod idem est hoc
dic(endum) dicendum in papa quia maiores cause sunt referende ad eum ut in c. maiores de bap. Sed alia est ratio regule iustitie iudicium et non Concilij generalis
quia in Concilio generali possunt tractari cause continentes difficultates ut dicam in 2o dubio principali data difficultate causarum papa solet congregare
Concilia generalia ut per ipsa Concilia difficultates ipse terminentur et sopiantur ut in c. Anastasius cum glo. sua xix di. et in c. In nomine domini xxiii di.
et in c. bene quidem xcvi di. et in c. Adrianus et in c. in Synodo lxiii di. cum
talibus similibus. Ad id quod ultimo allegabatur de practica quorundam Conciliorum
Respondeo quod data dissensione inter partes Concilij bene possunt si volunt ipse
partes recurrere ad papam sed non tenentur presertim ubi maior pars vel due partes
concordant Nam ibi Concilium ubi maior pars est Item quod voce unica iudicium
ecclesie ut predixi est ultimum et supremum non ergo oportet propter contradictionem
aliquorum recurrere pretermisso iudicio ecclesie ad papam Sed veniens contra
Iudicium maioris partis quod censetur totius concilij est habendus tamquam
ethnicus et publicanus et hec de tertio ¶

Ad quartum casum per adversarios inductum in quo dicitur quod etiam
a minor pars succedit maiori quando totum concilium seu communitas in hoc
conveniunt quod ipsa teneatur in certo casu aliquid facere et tunc maior
pars veniens contra pactum potest minor pars illud adimplere quandocumque
maior pars contradicit maxime si periculum immineat toti communitati nisi
impleatur debet enim minor pars obviare periculis et dampnis et promissio
per civitatem exsolvere ad supplendum negligentiam maioris partis quia eo
casu ius universitatis est devolutum ad eos qui aliorum negligentiam supplent Et ad hoc allegant textum in l. sicut in ff. quod cuiuscumque universitatis
nomine et non in c. si forte de el. vi. Nam universitas potest in uno
solo residere ut nota in c. gratum de postulatione prelatorum Istum casum dicunt
adversarij non contigisse ~~adversarij~~ in Concilio Basiliensi quia totum
Concilium tenebatur eligere locum quandocumque grecis gratum maiori quoque parte
hoc negligente facere licuit minori parti supplendo negligentiam maioris
exsolvere promissum factum per totum Concilium Sed prout vero iste casus verus
est iuste et iura per eos allegata illud non probant et primo cum dicunt cum
allegant glo. non in c. cum omnes de Constitutionibus que dicit quod si aliqua ex necessitate
sunt explicanda per universitatem ut puta alienationes rerum et si
nullus tunc habet locum illa Regula quod sufficit maior pars si cessante necessitate requiritur consensus omnium illa glo. loquitur ~~secundum ibi contra~~ sequitur ibi glo.
doctores et addunt alios duos casus in quibus sufficit dissensu maioris
partis videlicet si utilitas ecclesie suggerit vel pietas pro primo facit tex-
tus in c. primo de his que fi. a maiori parte ¶ Pro 2o facit si c. ti. Etc
apte sentiunt glo. et doc. discrepante contradicente quod sive agendis per
universitatem immineat necessitas sive utilitas sive pietas requiritur ad
minus maior pars universitatis ad validitatem actus cum contrarium sentiunt
adversarij sine aliqua lege Nam illa lex sicut et c. si forte et glo. in c.
contrarium allegata per eos loquuntur quando universitatis ius residet etiam
in uno propter mortem aliorum vel quia forte alij negligunt venire
ad universitatem que talis est legittime vocata quia tunc faciunt se
alienos iuxta no. in c. cum dilectus de electione et per Jo. An. in c. in
causis eo. ti. et facit quod no. Inno. in c. i de maio. et obedien. Sed quod
universitate congregata possit minor pars exsolvere seu adimplere contractum
actum factum per universitatem invita maiori parte cum illud inveniat

Nota quod si dissensio fuit inter partes de concilio licet fuit recurrendum ad papam ¶

coit
non quod minor pars vniuersitatis non potest omnino
dispensare sed aliquid
facere expulsa alia parte

collegio et non singulis hec non capiebant iura illa nec alia immo potius probant quod
quia tamen illi dicunt quod in resoluendis per vniuersitate requiritur saltem
maior pars etiam si vtilitas ut necessitas esset exigat ut probatur in c. [illegible] pre
allega. de his que fi. a ma. pte. (et clarius ex q. in hac tamen potentia ubi
loquitur tertius de vniuersitate obligata ex mutuo et tamen oportet quod concurrat
dictum maioris partis ad exsoluendum debitum nomine vniuersitatis (Videmus
facit immo in pallegatis c. cum te de rescript. ubi in rescripto per superiorem facto quod
non minus si legato quod commissio facta per ipsam vniuersitate non valeret minor
pars illud adimplere si mandatum electi vel aliquod aliud quod consistat in iure
quia videtur tunc mandatum collegio ut collegio (Et ponderata illam rationem
immo nam si propter aliorum negligenciam totum ius Concilii devoluatur ad
minorem partem non dicitur tunc minor pars facere sed ipsum collegium et tamen negat
immo hoc posse fieri per minorem partem sicut facit quod non glo. et bar. in l. si.
ff. quod cuiusque vniuersitatis et in l. in si. conde[m]pnatum ff. de re iudicata ubi
dicit quod si vniuersitas aliqua est onerata debitis et non habet unde soluat cogitur
per superiorem singulos inponere collectam ut habeat unde soluat vnde apte sen- 3
tit quod unus solus in defectum aliorum hoc facere non posset (Preterea tenetur
ligetis posset statuta super reformatione edere cuius quid committitur o [illegible]
ne lex [illegible] hec et multe alie absurditates sequerentur si casus pallegatus
esset verus (Et facit alia ratio quam supra induxi quod huiusmodi potestas maioris
partis devoluitur ad minorem nisi in casibus specialiter a iure expressis
ut non glo. et doctores capiebant in l. c. bone lo. in. de elec. quia cum
priuatio potestatis sit pena nunquam habet locum nisi specialiter exprimatur quod pene
non extendunt casum [illegible] de pe. di. 1 pene cum similibus et sic hec ratio
soluta sit pdicta (Est tamen et alia non minus vera Negatur enim quod maior
pars Concilii fuit in aliqua negligencia Nam elegit Basileam Auinionem
et in defectum Sabaudiam Et Sabaudia erat de locis expresse nominatis in
contradictis cum Grecis Et sic satis faciebat maior pars promissioni facte per
Concilium super falso ergo se fundant aduersarii cum eorum allegata sibi
non sit vera neque in iure neque in facto Et hoc de quarto casu et
a dimi. ats non nullos dicientes aliud casum specialem diuersitatis rone
Dicebant enim quod vbicumque vniuersitas concorditer aliquid statuisset non
poterat illud tolli per maiorem partem sed oportet quod omnes concurrant ne-
mine distrepante (Allegabant autem de deser[to] cum ... infi. ibi nullo reluctante
et Item quia omnes res per quascumque causas nascuntur per easdem dissoluuntur
ut in regula prima de Re. iuris et in l. nichil tam nale est i. (allegare dica-
bant quod cum totum Concilium consensisset in illam priorem cedulam quod dimi- 2
monem reale non soluentibus infra mensem Concilium posset et teneretur
aliud locum eligere non poterat Concilium nisi omnes pariter concordarent
ab illa communi ordinatione discedere (Sed presto illud nocentinum dupli-
citer tollitur primo quia non est verum in facto Cum Car[dina]lis sancti petri et
dominus Julianus sancte sabine non consenserunt in illam cedulam ut supra dictum
fuit in narratione casus (Secundo hoc motiuum deficit in iure Nam licet de
fen. cum per istos allegata ponit tamen specialem nec loquitur in casu isto
ut nouiter dicit. bar. in dicta l. omnes populi ff. de Justit. et iure Nam
ibi non dicitur quod prius omnes consenserunt et loquitur cum ciuitas vltra
biennium vult continuare defensionem ciuitatis Cum enim in actum
continuationis exigitur quod omnes de vniuersitate consentiant nemine di-
strepante vnde Cynus in dicta l. consuetudinis C. que sit lon. consuetu-
do. Dicebat quod loquitur quando statutum fit contra legem quod lex prohibet aliquem de-
fensionem continuari vltra biennium Sed ubi statutum fit secundum legem vel
legem sine contra legem valet si fit a maiori parte ex iudicia auctoritate

ponitur casus specialis ut tollatur ma continuandi defensorem ultra tertiam
lu. not. bar. in prima di. Omnes ppli Et idem dicendum est ad alia iura si qua
sunt que requirunt consensum aliquem ut ponit casus specialis nullibi enim equaliter — in aliquo actu debeat per omnes consentire
tantum exprimitur ut ad omnes consenserint infra ubi dicitur quando equalitur
utriusque iuris censura hic ut scilicet obtineret in maiori et sanjori parte universitatis
censeatur a tota universitate factum ut in di. c. aliud c. refertur de re iud.
et in aliis iuribus supra allegatis Et quod hec regula debeat habere locum in
differentes etiam in priori dispositione contraria omnes maiores de universitate
consensuerint c. ad hec dictum Inno. in c. bone. lo. in de postula. pla. preter
tolletur ff. Sed quid dicis quod dicat nisi omnes fecerit ut maior pars et ad
legem preterea c. i. de hiis que fi. a maio. pte. in simplici loco Item in principio
dei statuitur quod in omnibus Ecclesiis quod pluribus et sanioribus fratribus visum
fuit mandantes debet observari In pondero illud verbum mandantes id est
sive permutatione sive destructione Non ergo debet distingui utrum plus omnes
fuerit in contrarium consensum vel non Esset enim molare totum illam qui
non solum loquitur equaliter Sed etiam apponit illud verbum mandantes Se-
cundum quod de nisi prius an maior pars habeat iustam causam contradicendi ut
ibi dicatur in ff. quod circa secundo hec probat evidenter textus in ff. quod
circa ubi dicitur quod ubi nisi a paucioribus aliquid rationabiliter obiectum
fuit app. re. prevaleat semper et suum consequatur effectum quod a maiori et
saniori parte tali fuerit constitutum. Pondero enim illa verba prevaleat semper et
c. id enim dicat semper ridiculum est redere ad totum nisi primo omnes in contra-
rium consensuerit Dixisset enim hec dicit legislator si voluisset ut in ff. di-
citur in c. ad audientiam de decimis et qui omnia dicit nichil excludit ex-
di. ff. rat. et in c. solite de maio. et obedi. c. ro adhuc clarius probat ille
idem textus in dicto c. i. in eo quod subicit hec verba nec constitucionem rationa-
biliter impediat si forte aliquis ad conservandum Ecclesie sive consuetudine se iu-
ramento dicat astrictum Non enim iuramenta sed potius periuria sunt censenda
que contra utilitatem ecclesiasticam et sanctorum patrum veniunt instituta Ecce ergo
casus clarissimus contra eorum assertionem Nam ibi canonici volebant
disponere contra antiquam consuetudinem iniquam non solum omnes et singuli
consensuissent sed ad illius observantiam se iuramento obligarent Et nichil ibi
dicitur quod in contraria dispositione standum est iudicio maioris partis ex quo
hec suggerit necessitas vel utilitas Ecclesie Item ut dicit bar. in dicta l.
omnes ppli valet maioris partis iudicium re. cum l. que cum tanta matu-
ritate et pleno consensu est condita l. fi. C. de legi. multo fortius debebat va-
lere in casu isto in quo contraria dispositio non erat fulcita lege nec firma-
ta iuramento Et si diceremus contrarium sequeretur magna absurditas cum
experientia docente expediat quotidie mutare legem Periculosum esset
dicere quod unius contradictio posset impedire mutationem legis ex eo quia omnes
unanimiter consenserint in illa lege Ideo ad predictorum consummationem habe
rationem Item debet operari fictio in casu ficto quod veritas in casu vero
ut no. bar. in l. si is. qui pennatus ff. de usu. capi. Et facit c. licet de tempo-
ordi. Sed utriusque iuris censura declarat seu fingit scilicet a maiori parte cen-
sendum acsi esset ab omnibus factum ut in di. c. i. Et in de. l. aliud ff.
refertur ergo idem dictum cum maior consensisset acsi omnes pariter consensis-
sent Nec ob. si dicatur quod in illa dispositione contra cedulam non imminebat
necessitas aut utilitas Ecclesie aut sacri Concilii quo casu debet intercedere
omnium consensus Nec sufficit iudicium maioris partis et no. glo. et iura superallegata

Nota quod idem operatur fictio in casu ficto quod veritas est in vero

c. cum omnes ut supra etiam dixi Nam presupposito quod illa theorica esset vera quod
non imminente necessitate utilitate aut pietate requiritur consensus omnium determi-
stante quam tamen theoricam in illa parte nulla iura probant cum iura sufficiunt
dicant valere quod facit maior pars / Dicendum tamen quod in hoc facto de quo agi-
tur magna imminebat necessitas et utilitas ecclesie universalis quia cum omnia parata
forent stante novatione Basilee Avinionem et Sabaudie tamen pecunie quam
habebant necesse fuit ut mitterent galeas Grecis et notorium erat dampnum
et preiudicium ecclesie si de novo debuisset locus eligi et pecunia queri et omnia
de novo parari / Et predicta et optime facit c. si de hiis que fiunt a maiori parte
Capituli ubi valet dispositio maioris partis etiam in hiis que competunt singulis
canonicis Et ibi tamen erat privilegium ut quilibet canonicorum teneatur aliquid de suis
redditibus ad fabricam ecclesie sue conferre et tamen communi consensu fuerunt pro
suis prebendis singulare singulis et ad eorum usum distribute / Ex quibus ergo
debuit valere iudicium maioris partis in casu nostro / Ubi non agebatur de iure sin-
gulis competenti / Sed facto totius ecclesie universalis / Ad idem facit nota per doctores
in c. cum dilecti de electione ubi dicit quod licet omnes canonici communi consen-
su eundem presentent ad electionem celebrandam / Nichilominus possunt canonici
maior seu maior pars capituli expresse vel tacite illum eundem revocare alium
eundem presentando Non obstante minoris partis dissensu Nec ullum preiudicium
imminebat hoc casu minori parti Concilii / quia potestas eligendi alium
locum non devolvebatur ad aliud / Item quia electio fuit facta per Concilium
iuxta partem Concilium concordata cum Grecis / Et hec ad motiva adversariorum
qui volebant violare illam regulam communem quod fit a maiori parte et
Sed allegare potuissent verba illius cedule in qua dicitur quod Avinionem
realiter non solventibus infra mensem Concilium possit et teneretur aliud
locum eligere / Ponderandum est enim verbum tenetur quod importat ne-
cessitatem ut est textus in clem. exivi in § Item ordo de verborum sig. et
maxime hoc verum cum verbum tenetur sequitur verbum possit Et in c. oblate
de appellationibus Si ergo Concilium ex necessitate tenebatur aliud locum eligere non
potuit prima electione ergo minor pars saltem necessitatis vigore ce-
dule potuit et debuit eligere alium locum / cum necessitas legi non subiaceat
ut c. quanto de consue. / Sed hiis minime obstantibus contraria sententia verissima et
indubitata existit pluribus urgentibus rationibus / Et prima Ro. quia licet
nemo possit sibi legem imponere quod a qua sibi resilire non liceat exemplo cum alio
non contrahit nec alteri seipsum obligat textus est in l. si quis in prin-
cipio de lega. iii in fine Sed universitas statutum edendo sive princeps le-
gem condendo sive singularis persona aliter disponendo / Pro universitate adduco
c. in nova de iure et damp. da. Ubi enim secundum intellectum primus que sequitur
et ceteri omnes doc. probatur quod licet aliqua universitas per statutum suum
in favorem singulorum se obliget ad ea ad que naturaliter obligata non erat
postea nichilominus per contrarium statutum se liberat et primum statutum in totum
vel in partem tollere Cives enim illi Burgenses quia dampna passi fuerunt et
grandes expensas fecerunt ob discordiam que tunc viguit inter milites et cives
pro qua sedanda tunc per suum statutum obligaverunt se ad dampna illa et
expensas resarcienda Sed videntes postea inde emergere omnes et grandes preiudiciu
et hoc comunitati ipsi civilis statuit postea contrarium ut comunitate da-
na ipsa pati non possent et huius contrarium statutum valuit secundum textum quia
tunc comunitas ad illa dampna resarcienda nullo obligatum unde secundum
vero

Per statutum potuit illam obligationem inducere ita et per statutum contrarium
potuit illam obligationem dissolvere quia omnes res per quascumque causas
nascuntur per easdem dissolvuntur ut in regula .i. de regulis iuris Et lex
civilis dicit Nihil tam naturale quam et unumquodque solvatur
eodem vinculo quo ligatum est ut in l. nihil tam naturale ff. de re-
gulis iuris Et sic singulariter probatur Videtur quod licet per statutum ten-
deret instrumentorum seu ullorum de universitate expresso in illis non con-
traxit nec precessit aliqua obligatio aut alias potuit nihilominus
universitas contrarium postmodum statuere eciam sine illorum consensu in
quorum favore prima dispositio emanaverat concurrentibus hiis que hoc idem
casu vero dicendum est in quo nulla obligatio precessit ad dispensan-
dum contenta in illa cedula Nam ipsum concilium illam cedendo in aliquo
contraxit nec instrumentorum singulorum fecit aut constituit duntaxat sacri con-
cilii ut circa illa negocia expediretur presuppositis contemplacione
quorum de concilio hoc factum fuit quod sic illi ecclesiam apparue-
bant ut ab aliquibus asseritur nichilominus idem est sicut dicendum
Secus concilium in illis singulis non contraxit sed simplex ipsum per vi-
cesque ita disposuit Cum ergo eum sint de concilio inter se super
illius loca nominati decertarent et pro bono concordie in illa cedula
convenit nichil tamen in ipso sacro concilio contrario facti aut co-
venientes seu obligationis factum est Sed ipsum sacrum concilium
sua sponte per se disponens et in nullo contrahens ita disposuit
Nam aliud universitas aliud singuli de universitate Nam facta singulo-
rum non attribuntur universitati eciam si omnes de universitate convenirent
sunt expresso non sunt collegialiter more solito congregati nec
collegialiter disponunt ut notatur per glo. et doc. in l. sicut ff. quod
cuiusque universitatis nomine et plenius per Bar. in l. aut facta ff. de penis et
per glo. in c. felicis de penis li. vi facit l. ff. eodem quod vi aut
clam et c. libertini xii q. ii Et quod plus est non poterat ille
illam et c. singulariter pretendere in ista speciali interesse quia negocium erat
singulariter pretendere in illo speciale interesse quia negocium erat
universitatis Et hoc quia ad universitatem ut non possit sibi legem
ipsam statuti imponere a qua non liceat recedere Et pro predictis bene
facit quod notatur per Cy. in l. nectar spplo C. de pre. Cum te (et Bar.
post eum in l. omnes populi ff. de iusticia et iure et latius per
Bal. in l. humanum C. de legibus (ubi dicit) communiter quod licet sta-
tutum precedens det certam formam in agendis inficiendum nichilominus
valet statutum sequens (forma illa non servata si apparuerit de gratia mente
mente statuendi Et quod plus amplius dicit Bal. in ipsa l. humanum
quod ante dispositio precedens habet verba derogatoria potestatis et non
valet quia non potestas sit iuris publici nemo potest ab se illam
abdicare ymo nec pena in contrarium statuta valet ar. in l. si quis
et augentis ff. ad l. falci et facit quod notatur per glo. in contra accessionem
De ex quibus libro vi et in l. pacta q. d. C. de pac quod nota

Unde etiam si fuisset dictum in illa cedula expresse quod concilium non
posset perseverare impon[er]e cedule adherentes potuisset contrarium facere non
obstante predicta quia non potest concilium a se abdicare arg[umentum] l. legatus
ff. de offi. procons. adidem tex[tus] in l. penultima ff. de arbitris ubi dicitur
quod nemo potest sibi imponere ut s[upra] quod ubi statutum pre-
cedens est derogatorium forme vel voluntatis ex quo apparet deinceps con-
traria voluntate et dicam plenius ut ibi not[atur] adidem ut predixi est
vide in pedagio eius verba fungitur sacrum concilium ut delegante sibi pri-
mo c. § ineta glo. de excess. li. vi ubi etiam vide casus quoniam [...]
papa ibi advocavit indulgencias susstructibus in absencia pape eius
concessas subiungit hec verba Et cum concessione huius voluntatis
exultare temporibus Et quas nobis licere non patimur nec successo-
ribus ind[...] perpetue vo[...] est papa velle abdicare nunc potestatem
tales indulgencias concedendi abdicare Et tam glo. inquirens quid si
predictis non obstantibus tales seu consimiles indulgencias ipse met pa-
pa vel successor de novo concederet respondet talem concessionem vale-
re de eius pro ratione quia non potuit sibi legem imponere a qua non
liceat sibi recedere alle[gat] palle[...] l. Et quibus imponi et l. in duobus
in c. adidem credit ff. prosperis (atque similis constitucionem potest
successor tollere consimilem licet de illa mencionem non faciat ut in c.
i. de constit. li. vi (regulariter autem successorum allegatur quod non potuit pre-
decessor legem imponere quia par in parem non habet imperium
de eleccione c. innotuit et in l. ille a quo ff. tempestivum ff. ad trebel-
lianum ergo et forcius dicam in sacro generali concilio totam ecclesiam re-
presentante cui etiam lex humana (subsidio nunc (extirpacione scismatis
et morum reformacione et ad illa pertinentibus (iustissime est subiecta
ut dicetur plenius in sexto dubio ut per illa qualia verba ex scripto
in illa cedula prolata non potuit sibi ante et l. imponere a qua sibi
non liceret recedere presertim equitate suggerente precipue cum non
supervenit causa ut supradictum est in maiorem a[...] causa illi
cives ammonentes solum propter cautela petebant ut certa narrata
et quedam alia publica declararentur et expolierunt pro primo
viiii ducatores et capitaneum contentaverunt de xxx milibus
et viii ducatis Et desponsam pecuniam fecerant contentos oratores
sacri concilii in eventum illius declaracionis Nunc iniquum fuisset
propterea licet alias brevem dilacionem exquisita ta[...] facta ad aliam
procedere aliquem presertim cum oratores sacri concilii eius prius
ante confeccionem illius cedule permisissent per eorum cautela quod
illa declaracio postulata procederet Nam ut alibi dicit glo. in textu
textu iniquum esse non servare regulam ubi equitas suggerit
ut in aut. Ut matres debitores aut creditores Nunc igitur si bene
attenderetur intencio sacri concilii in confeccione illius cedule
non fuit alia nisi ut liberaret se ab illa nominacione locorum

No. quod successor potest prima constitucione tollere per contr[ariam], l[icet] de ea non fiat mencio

cause quo admiudem in exhibusatione pertinaci ueut p subterfugia/
Sed allegantes iustam causam non dicunt' subterfuge uti differre
ut est textus cum glo in c. q sit de elec li vi i vbo distule-
rit/ Et hec quo ad principem Idem ut predixi de puncto dicendum
est ut non possit sibi legem impone quia ad licent/ recede
et aliud penitus agere ut probatur in dicta l. si quis in principio
ff de leg iij vbi hec regula clarissime per iuris consultum ponit'
Et est fundata super roe naturali quia nichil tam naturale ut
vnumquodque solvatur eo vinculo quo ligatum est/ ut in dicta lege nl
tam (et in dicto capitulo omnis res eodem) idem textus in l. si ut cer-
to ff depositi vbi patet quod si tibi mandam vel teneo quod plus
est/ pactum feci ut rem meam in statim alicui traderes secun-
dum prius possum antequam tradas penitere et mandare ut michi et
non alii tradas Et ymmo ut tu debes alii tradere si ex aliquibus
coniecturis potuisti deprehendere voluntatem meam et respicit
mutatam Et idem videtur Etsi tu fori voluntate gerat/ iura-
mentum ut notabiliter sentit Jnno in c. delec de sponsalibus vbi dicit
quod si quis iuravit non valde librum sed alium contractum
quod si quis iuravit tenet con-
fiteor si tamen postea contra iuramentum contraxit/ tenet con-
tractus licet ipse sit periurus Et mea non potest eciam se per
iuramento ligare eius tamen tenent actus in contrarium factus Idem
dicit Jo an eadem roe super re quod sancit de re. iuris libra
vi iij q. iij ca qui iuravit non mutare testamentum ipse editur
Dicit enim quod si mutavit tenet secundum testamentum licet ipse sit per/
iurus quod ymmo uthor cum amplius dicit Bar q in l. stipulatio
hoc modo concepta in ff de verbo obl. et in dicta l. Si quis ff de
leg iij quod tales iuramenti ad est/ per iuris Et nichilominus
tenet/ secundum testamentum quia tale iuramentum fuit contra
bonos mores per quod voluit sibi restringere voluntatem supreme
vindiceri Et idem (saltim quo ad actus validitatem) tenere videtur
glo in c. ultima voluntas xiij q. ij (movetur' illa generali roe quia
nemo potest sibi legem imponere ut sibi liceat sibi recedere ap-
eri voluntate ut in dicta lege Si quis in principio Et quia liber//
tatem supremi iudicii nemo potest/ sibi restringere dicta l. in duobus
§. idem tradit ff pro socio Et hec/ dicta roe multifarie cor-
roborata Sequitur nunc secunda ra Secunda ra

Secunda vero contra dictum primum decretum est/ Quia tu conci- Ro an ?
lium non potuit sibi ex necessitate legem impone ut supra d? ? ?
lim non potuit sibi ex necessitate legem impone ut supra
iusticiam adhuc plene satis probatum extitit/ illud verbum/ tenet/
in dicta Cedula positum non debet importare necessi-
tatem sed congruitatem Nam vbicumque verbum expositio sequi-
tatem sed congruitatem Nam vbicumque verbum expositio sequi-
ficatis necessarium apponitur non necessitatem non importa-
te Tunc illud verum non necessitatem sed congruitatem importat/

Ad hoc glo. Notabiliter de verbo debet: in lege attendentes de sen. et regulari et per Bar. in l. creditores. C. de pignoribus et est textus melior quam alibi iuncta glo. ff. in c. i. de spon. impu. ubi textus ultra verbum debet quod regulariter est necessitatem ut no. in iuribus proxime allegatis Addit verbum divinus et ewangelium quod si importaret necessitatem sequeretur inconveniens seu absurditas vel dispositio contra legem exponitur ibi illud verbum debet in debito honestatis ad idem textus iuncta glo. xj. q. iij. in c. Rogo. rogo. i. precipio ubi exponitur rogo. i. precipio propter maiorem subiectam que est veritati ancte contra Ad idem tex. iuncta glo. in c. Huiusmodi genus. i. di. ita precatur et fortius dicendum est in hoc casu Et volumus quod illud vim teneatur adoptetur importare cum non potest veritatem verbis imponere nec constricti si essent vitatis premunitio presupposita quod importaret hec tamen necessitatem Attamen non sequitur quod maior pars concilii posset ad implorem et unam ~~multa~~ invita minori parte quod toti concilio intelligebat Etiam ut supra sepius dictum fuit, nunquam potestas a toto partis devolvitur ad minorem nisi in casibus a iure expressis ut no. in c. pr. dicto c. bone el. ij de elec.

2a ro

Tercia racio principalis est, quia ipsa cedula fuit contra omnem honestatem et libertatem sacri Concilii extorta quasi ad importunitatem quorundam singulorum qui ammoniciis ampliis non expectatis ad alterius loci mutacionem procedere debebant, Cum enim statuta Concilii spiritus sancti instinctu agi presumantur ut in c. si ille et i. c. Siquis diaconus l. di. et in c. violatores xxv. q. i. facit c. quo iure viij. di. et c. nemo xvi. q. iij. et ubi spiritus dei ibi debet esse summa libertas ut in c. due sunt, secundum leges xix. q. ij. Nemo potuit concilium obligari pretextu instancie primum ad fidem ut teneatur, quod certum ius futurum facere Cum nulla lex humana legi spiritus preiudicare potest, dicto c. due sunt, Nam spiritus ubi vult, et quando vult spirat et ei resistere nemo tamquam potest, Si enim non valet pactum per quod tollitur libertas testandi seu supremum iudicium cum sit contra bonos mores dicta l. stipulacio hec modo concepta ff. de verbis obli. et dicta l. cum duobus in § Item videtur ff. pro socio etiam si iuramento firmatum fuit, ut supra dictum extitit, quanto fortius non debet valere quod fit contra libertatem concilii summus spiritus sancti Ad hoc, tex. valde notabilis iuncta c. due sunt, ubi inter cetera ad propositum bellissime dicitur quod qui a lege privata ducitur nulla ratio exigit, ut a lege publica

constringatur. Dignior est enim lex privata quam publica. Spiritus quidem dei lex est, et qui spiritu dei aguntur lege dei ducuntur. Et subiicit ibi textus hec verba: et quis est qui spiritui sancto possit digne resistere. Quisquis ergo hoc spiritu ducitur, etiam episcopo suo contradicente eat liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est imposita. Sed ubi spiritus dei ibi et libertas. Et si spiritu dei ducimini non estis sub lege. Hec ille textus satis ac satis notabilis dignus attestatur quod summe necessitatem illius cedule predicatoris alleccionem. Ad quod facit illud quod legitur de Balaam, ~~legitur~~ Numeri xxii et xxiiii, nam licet iussu regis et ad suo proposito veniret ad maledicendum populum dei, non maledixit. Sed potius benedixit, quamvis ergo increpatus a rege fuisset, immo dixit quod non potuit aliud facere quam quod deus tunc inspirasset, quod non potuit aliud facere quam quod deus tunc inspiravit dicens: si rex dederit michi domum argento et auro plenam non possum alia facere quam que deus inspirat et iubet, et facit quod habetur xi q. iii. c. Iterum cum Balaam. — consimile est

Quarta ratio est quod regulariter in obligatione causata ex promissione, licet tenetur obligatus ad factum aliquod precise, et tamen ad implendum non potest compelli ... non placere. Sed sufficit obligatum ad interesse secundum quem opinionem ut non placet, dicuntur ff. de verborum obligatione, l. stipulationes non dividuntur ... ut in l. Si quis ab alio ff. de re iudicata. Cum ergo in casu nostro videretur quod per illius cedule etiam si concilium ad aliquos contraxerit, non potest concilium ad electionem alicuius loci tamen teneri precise compelli, cum concilium obligatum ad interesse ad obligationem facti succedebat. Unde tenetur obligatus ad interesse si quod erat, ergo non poterat maior pars concilii causam esse devolutam potestatem eligendi episcopum pro communi ... Et hoc negligentia concilium ad hoc precise non teneretur. Et fortius concilium ad nomine contraxit. Et hoc ... in materia precise illud statuit et precisione hoc ... Sed ... in materia ... concilium quale Diasalem indignum est enim dicere ... etiam representatis precise ... posse adstringi. Hoc ut illud cum in spiritus statutis ducatur spiritu dei. Et qui spiritu dei aguntur non sunt sub lege, secundum eundem apostolum. Allegari non potest nec impedire apostolum divinitus inspiratum ut iii. c. Dixit, licet de regularibus et iii. c. Duo sunt, xix q. ii.

Quinta ratio est quia cum in ista cedula dicatur quod lapse

Illo tamen durante mensibus ad quos Basilienses (?) potuerunt Avinionenses prefixo
posset et teneretur concilium aliud locum eligere cum debebat illud
verificari in toto concilio vel in duabus partibus in quibus universi-
tatis virtus consistit iuxta no. per Inno. in c. ii de elect. [illegible]
et per Bar. in l. Nulli et l. plane ff. quod cuiusque universitatis nomine
Cum enim illa verba continuerint non quod facti sed iuris. Ut
de alio loco pro concilio eligendo non poterat unus vel duo seu
plures minorem partem concilii facientes maiori parte contradi-
cente illud adimplere ut notabiliter ponitur per Inno. in c. cum
te de rescript. ubi dicit quod si mandatur collegio ea que sunt iuris
puta ut aliquem eligant vel prebendam alicui conferat non
potest unus vel duo contradicente collegio mandatum adimplere quia
videtur mandatum collegio ut collegio et non ut singulis. Secus si man-
dantur collegio ea que sunt facti utpote ut aliquem in possessionem
alicuius ponat alicuius beneficii vel prebende vel aliquem in pluribus (?)
[illegible] recipiant tunc enim posset quilibet adimplere etiam
contradicente collegio vel maiori parte quia videtur mandatum
capitulo ut singulis. Et idem videtur sentire [illegible] Inno.
in c. dilectus lo. ii de prebend. Ita in proposito [illegible] punctualiter et precise
est dictum. Cum enim fuit dictum quod Avinionenses infra terminum pre-
fixum non satisfacientibus concilium posset et teneretur aliud locum
eligere. Refertur ad facta concilii tamquam concilii. Non ergo
contradicente concilio seu maiori parte licuit longe minori
parti aliud locum eligere. Sed concilium per duas partes repre-
sentantes [illegible] [illegible] [illegible] supplendo (?) [illegible]
defectum est. Et denuo decretando sollempniter illo loco plus
nominata. Nec obstat si dicatur quod [illegible] maior pars eligere
volunt iuxta dispositionem cedule licuit minori parti [illegible] de
novo eligere. Quia negligentia maioris partis totum ius in mi-
norem partem devolvebatur ad minorem partem. Certe hec racio
nichil valet. Quia ut supra dixi [illegible] est iste casus in quo
privatur maior pars [illegible] non fit devolucio talis nisi
in casibus in iure expressis [illegible] et fortius Concilium univer-
sale tamquam ecclesiam universalem representans habens supremam
potestatem non subicitur alicui legi humane [illegible] l. [illegible]
princeps ff. de leg. Et presertim ubi per legem humanam appo-
nitur aliqua pena quod concilium non possit nec debeat [illegible]
[illegible] legis humane comprehendi facit quod cardinalibus no.
per doc. in c. [illegible] de scismatic. li. vi ubi dicunt doc. quod sub-

Nota quando mandatur collegio ut collegio vel ut singulis (?)

vrbis qualibus pena contumacibus non comprehenduntur / Cardina-
les quia non est verissimile quod papa voluit cardinales compre-
hendere qui sunt pars corporis sui ut est in spalta / hoc expressit for-
cius hoc dicendo quod ad concilium generale pertinet cum pertineat ad
fidem et reformationem ecclesie quod Concilium sit super ipsum papam
nullibi autem in iure divino vel humano cautum expresse reperitur
quod concilium vel minor pars eius representans privetur
potestate disponendi Et quod potestas devolvatur ad alios vel
ad minorem partem concilii et presertim hoc dicendo quod facta con-
ciliaria spiritu dei diriguntur / Cum deus ipse dicatur in medio
suum consistere iuxta illud ysaye Exulta et lauda habitatio
syon quia magnus in medio tui sanctus israhel Et ubi est
maior pars ibi presumitur esse tota lxj. di. capitulo iuxta
glo. Hinc est quod in concilio Niceno ubi quinque arrius fuit
condempnatus de heresi licet cum eo sensissent xvij episcopi in illo
concilio existentes tamen plurium sana existente sancto conci-
lio existencie iudicata extitit ad hoc. c. sunt. xv di. Et ipse inquit xxj
nasse indicata extitit / Ad hoc c. sunt. xv di. Et ipse dicit x
navis ecclesie gubernator / dixit / dicebit vos omnem veritatem
et ut sepius dictum fuit / negatum intellexisti maiorem
partem fuisse in aliquo neglectam Cum minorem habuit
partem petendo per prius illam declarationem premis-
sam causam petendi per prius illam declaratione prem-
issam causam etiam per oratores concilii illa omnia sunt premissa ante
petentes per oratores concilii illa omnia sunt premissa ante
celebracionem pecunie pro eorum quam tantorum ut dixi super
in mortis casibus

Sexta racio quod alius locus presertim pro maiore partem
eligi non poterat / et quia cum illa loci electio fieri
Concilio competeret / non proprio iure sed vi compactatorum cum grecis
illa facultas loci unum videretur tunc novaque eligendi intelli-
gi debuit / de prima electione et non de ulteriori arg. tex. optimum in l.
Veniam in C. hac sunt moue ff de verborum signi. et l. hec condicio ff
de condi. et demo. ubi probatur quod si aliquid relinquitur
uni cum uxorem contraxerit / intelligitur de primis nuptiis Et
optime facit quod no. Bar. in l. i. ff. ad l. Julia mai. in
illa quod si datur alicui facultas libere eundi ad certum locum
et redeundi an intelligatur de primo accessu tantum dic quod possit
ire et redire quandocumque voluit et determinat quod si indeterminate

Nota de Arrio qui dampnatus in concilio Niceno

Sexta ratio

Nota de ista clausula quod possit ire et redire

facta est concessio ut ex aliis coniecturis non appareat de alia volun-
tate intelligi debet de primo actu Et idem facit quod usque notand
ad Cleo an in c pastoralis de preben et archid in c si tibi c ti li
vi de vi et tempore duratura illius eius penas talem possessionem

nota de vi ipsius elec tum inductus possessione et defendit inductum

aliquam diu pacifice et defendat inductum ut expiret potestas si
iussus in possessionem aliquam diu pacifice possedit licet postea
turbetur Et idem quod legitur et no in c cum pat de preben li
vi et in l. quum qui kalendis ff de verbis obli et quod notatur
Bar in l. absente ff de donat et c si tibi absenti de preben li vi

Septima ratio

Septima ratio est quod ex quo sacrum Basiliense concilium ele-
git Basileam Avinionem et Papiam ad condiciones sub-
scripta ad futurum ycumenicum Concilium et electio fuit apud civitatem in-
tiata et per eam acceptata et ad exbursacionem alicuius pecunie
per eam processum ac adimpleta non fuit sine magno eius interesse
separari non potuit saltem legittime concilium Basiliense eciam
totam illam electionem revocare seu apud Avinionem ita in-
fra augustum terminum sine aliqua cause adsolucione tantam
pecuniam constringere processum quia ut predixi oratores conci-
lii per prius eis promiserant quod revocacio fieret ante
exbursacionem totalem pecunie mutuande deffecit cum eis ex tali

nota quod si aliqua civitas elegit aliquem in potestatem quod non potest penitere

electione processum cum res non esset integra ius quesitum
intimacione eis facta ut nota Bar in l. absenti ff
de donat ubi dicit quod si aliqua civitas elegit aliquem in
capitaneum seu potestatem quod non potest post intimatam et acceptam
tam electionem penitere Et facit quod legitur et no in c 1 a
decernens de preben li vi et in l. si petitum ff de [illegible] alteram

Octavo ratio

Octava ratio est quia in compactatis cum grecis actum
extitit ut galee cum gentibus et pecunia certo tempore ad
constantinopolim mitterentur quod in tempore compactato factum non
extitit Unde et si fortasse potuissent greci dicere Concilium eciam post
tempus remansisse obligatum quia adduc videbatur tante
obligatum admittendum sed et certo tempore mittendum ar c cum
dilecto de [illegible] et [illegible] et in l. celsus ff de verbis Attamen ex quo
ipsi greci hac allegacione non sunt usi quia ymmo voluerunt
habere compactata pro dissolutis scribentes ex constantinopoli ad sa-

tum Concilium quod si Concilium adimplevisset promissa in tempore
quod et ipsum adimplevit omnia que promiserant Sed ex quo in
tempore compactatis promissa non fuerunt adimpleta sed tenebant-
venire (clare patet) quod ipsi non poterant amplius super compactatis
se fundare Cum enim obligantes se ad certum quid certo tempore
faciendum vult recedere ab obligacione adversario in tempore non ad-
implente licite potest et dissoluta remanet utriusque obligacio
ut in c. sicut desponsari in textu et in glo. et in c. pervenit lxiij
de iureiur. et regula frustra de reg. iur. li. vj. et l. cum proponas
C. de pact. et ff. proposito l. si convenit cum similibus Ergo
cum semel obligacio illa fuit extincta non potuit sine novo u-
triusque partis consensu reviviscere ut in c. quas de consecr. di.
iiij et xxiij q. iiij si illic et in l. qui res § aream ff. de solut.
et per hoc cessat obiectio si qua forte fieret de alia littera per
eundem imperatorem Grecorum ad Basiliense concilium scripta contra-
te Venecias in qua inter cetera dicebatur quod ad civitatem Ferra-
riam separabant pro execucione decreti in sacro Basiliensi concilio pro-
mulgati etc. Et sic vigore illius primi et parvi decreti Item
eadem littera ad ambitionem et suggestionem adversariorum conscripta nullius
est firmitatis quia cum per portum Veneciarum in Constantinopolim
scripta recesserunt a compactatis pretendentes tamen quia promissa
non fuerunt tempore debito adimpleta non potuerunt postmo-
dum sine novo utriusque partis consensu priori obligacioni iungi
iam ex eo facto extincte Et ex quo infertur quod presupposito
et nullomodo concesso quod illud parvum decretum valuisset
pro tunc Attamen ex quo Greci dum adhuc essent in Constan-
tinopoli ab aliis compactatis recesserunt non debuit sacrum
Basiliense concilium ad alium locum se transferre quia in extrema
in compactatis cavebatur quod concilium medio tempore debe-
bat Basilee remanere donec Greci applicuissent ad ultimum por-
tum Ytalie Sed antequam applicuissent dissoluta erat omnis
obligacio ut patet ex predictis ergo vigore parvi decreti quod
erat fundatum super compactatis non potuit neque debuit
concilium Basiliense exinde transferri Nichil ergo obstat quo minus
Basilee concilium adhuc consistat consideracione illius primi
decreti Et hec est verissima consideracio

Nota quod Greci re-
cesserunt a com-
pactatis etc.

Nona racio quia usurpatoria creacio fuit illud conciliabulum

Nona racio

Nota declarare per Concilium dominum Eugenium quondam

Non vigore illius decreti pravi, quia antequam illius dispositio veri-
ficari potuisset, Eugenius quondam Concilium Basiliense [illegible] ipse
fuit dissolvit, et in Ferraria conciliabulum instituit et ipsius
auctoritate seu ex illa institutione illud conciliabulum initium habuit.
Nam ipse quondam Eugenius longe ante grecorum adventum per sacrum
concilium citatus ut per se vel procuratorem coram ipsa sancta syno-
do compareret ostensurus rationem suam seu excusationem
ea que notorie eidem impingebantur, Et obediendo quod prestare
debuisset, litteras bullatas publicavit quibus dissolvebat sibi
sacrum concilium Basiliense et ad Ferrariam illud transferebat. Con-
tinet, si sacrum concilium desisteret a processu per eum inchoato
et absolvendo alias inchoato vel inchoando contra aliquem existen-
tem in illo sacro concilio presidentem Dato ante concilio eo

Nota causam quare Eugenius quondam conatus est dissolvere concilium Basiliense

desistente fuit, eo desistere debuit, ipse sibi Eugenius declara-
vit concilium Basiliense fore dissolutum et Ferrarie translatum

Nota de inchoatione Conciliabuli Ferrariensis

ut fuit latius in ipsis litteris continetur. Unde illud Conciliabulum
Ferrariense inceptum fuit in mense Januarii et greci applica-
verunt adventantes portum in mense februarii ut supra dixi
in titulis narratione et sic vigore illius pretense dissolutionis et
translationis conciliabulum illud fuit institutum ante grecorum
adventum. Unde etiam si voluisset dictus quondam Eugenius alle-
gato pravo decreto uti non potuisset, quia vim suam habere
eo tempore non poterat, quia secundum compactata cum grecis
debebat ipsum sacrum concilium remanere in Basilea donec et

Nota causam quare Eugenius non potuit dissolvere concilium

greci ad ultimum portum Italie applicuissent, et extunc infra
mensem debebant patres sacri concilii se ad aliud locum trans-
ferre ut patet in compactatis prefatis, ad hoc quod legitur et
no. [illegible] in c. cepte aliter de concess. preben. Et in l. [illegible] ad-
que in l. qui in aliena ff. de acqui. hered. cum similibus.
Vigore autem dissolutionis pretense et citationis facte per quondam
Eugenium dictum conciliabulum vires habere non potuit
ut late patebit in 2o membro istius dubii, [illegible] in quo eandem
pretensam dissolutionem prosequar. Non obstantibus predictis
si dicatur quod dictum Ferrariense conciliabulum potuit dici
auctoritate fulciri, Et ipsius quondam Eugenii ante tempus et
illius pravi decreti auctoritate suo tempore post grecorum ad-
ventum. Unde esto quod subsistentiam eo habuisset virtute
citationis [illegible] quondam Eugenium factum habere tamen
debuit vigore illius pravi decreti post grecorum adventum

Quia utile per inutile non viciatur / Et in regula utile per inutile de re. iur. li. vi / et in l. i. ff. de acq. ro. testi. Et si non valet / quod ago ut ago valeat / ut valere potest / de ppon. impube. c. uno li. vi Et bene videtur facere l. i. § i. q. ad fls tu. auctorio ubi sequitur / quod licet / verus tutor / prestet auctoritate ad falso tuto / re tenet nichilominus quod factum est auctoritate veri tutoris Sed certe hiis non obstantibus contrarium est verum duplici racione Prima quia ad illud concilium omnes fere venerunt / vigore prime dissolucionis et erectionis et sic / debet / considerari causa mo- tiva actus et in dicto. c. ex parte astrusi et in dicto. l. si ab adv. et in l. qui in aliqua pallegat Et est et alia racio fortior / cum / hoc durante concilio Bas. non posset / aliud concilium erigi quacumque auctoritate (quod si ius elegentes aliud illo durante incide- runt / in penas scismaticorum tamquam erigentes altare contra al- tare et scissuram in ecclesia dei facientes quia sicud eccia universalis unica est / ut in c. loquitur xxiiij q. i et c. scissura eod. libro titulo et vij q. i. ita unicum et non plura possunt esse concilium generale ut rebus paritas correspondeant suo repertito et signum suo signato ar. eorum q. no. in c. le. adversus de hereticis Nec concilium basilien. po- terat dissolvi sine sui expresso consensu ut predicta habentur in decretis viij et ix Sessionum dictus ergo quondam Eugenius erigendo concilium ferrarien. durante sacro Bas. Concilio incidit in penam scismaticorum ut in pallegatis capitulo viij Sessionis et facit c. non nos xxvij q. vi ubi textus ciprianus alegatus est propheta- nus et hereticus est / habere non potest deum in patrem qui universalis ecclesie non tenet / unitatem Et post pauca subdit Quomodo autem potest cum aliquo convenire qui ad corpus ecclesie et ad universa- lem fraternitatem non convenit Quia ante duos vel tres possunt in nomine xpi colligi quos constat / a xpo et eius ewangelio separari Hec ille Que sunt verba valde ad propositum notanda Cum ergo ipse quondam Eugenius tunc predicta in scissura et penas scismati- corum incidit quod patronat illi pauci auctores primi decreti de Basilea vel aliunde venientes sic coniungere cum dicto quondam Eugenio et venire ad eo Concilium generale celebrare pretensum ipse permittetur / dissolucioni et / erectioni predictam facte (unde et ipsi effecti sunt / etiam scismatici et excommunicati sicud et ille cui communicabant / et in illius penas inciderunt / ut est textus in c. omnes xxiiij q. i ubi dicit quod heretici et scismatici sunt / communicando adeo quod nec / eis ave est dicendum et qui dicit eis ave communicat operibus illius malis Addidem c. audivimus / et c. quia et c. scissura

eandem causam et q. et optime facit textus in c. denique 4 q. vii ubi
dicitur quod deus expresse prohibuit ne ad scismaticos aliquis
declinet per illa verba separamini gentium ne abiceritis et infinita||
tem senserit amor nec intraveritis et hoc, ideo quia infamia
erant certe tribus scismaticorum unde scismatici comparantur ibi
gentilibus ut dicit ibi textus et latius de hac materia ibi videas.
Nota quod quondam Eugenius est scismaticus et hereticus
Continuando ergo illi qui incidit in crimen iam dampnatum in eandem
dampnacionem inciderunt ut in c. achacius xxiiii q. i et in c.
anastasius xix di. unde potest attemptari quod ipse quondam
Eugenius erigendo novum altare contra altare et separando se a
racione ecclesie et negando precipuum auctoritatem ecclesie supra eum, ut
negare aperte videbatur, et hodie apertius negat destruendo quas-
||nota|| Nota casum per quem Eugenius desiit esse papa
dam litteras bullatas per multa loca statim desiit esse papa. Cum
enim omnes scismatici sint extra ecclesiam de co. c. scisma et c.
omnis cum multis aliis capitulis eiusdem q. nec potuit esse extra
ecclesiam ut caput ministeriale ecclesie. Hec communicacionem im-
plicat. Hinc est quod a prelato scismatico possunt subditi propria
auctoritate recedere. Maxime quando hoc contingit ex facto iam
per ecclesiam dampnato sicut contigit in facto ipsius quondam Eu-
genii. Nam concilium magnum Constanciense declaravit preeminenciam
et maioritatem concilii supra papam. Et concilium Basiliense
ante ipsius quondam Eugenii adhesionem sollempniter factam illam
Constanciensis concilii declaracionem approbavit, et denuo renovavit
Nota quod quando Eugenius non potuit dissolvere concilium Basiliense
et eciam proprium sollempne decretum statuit et decrevit quod durante
illo concilio non posset aliud erigi, perpetrantes ecclesie ex papali auc-
toritate fungentem et contrarium agentes declaravit ipso facto
incidere in penas scismaticorum, que quidem decreta ipse quondam
Eugenius approbavit. Similiter in sua adhesione confessus est Conci-
lium Bas. fuisse a suo principio legitime institutum et legitime continuatum.
Et hiis non obstantibus dictus quondam Eugenius omnia ista decre-
ta violavit, unde non potuerunt isti auctores prefati decreti
se cum illo coniungere, presertim tractando illum ut caput et pre-
latum illius conventiculi et iungendo se cum notorio scis-
matico et excommunicato. Hoc precipue attento quod ipse quondam
Eugenius iam prefatum Concilium suspendit prelatum conci-
lium ab administracione papatus existeret, antequam greci adulti
una parte Italie applicuerunt, unde clare colligitur, quod
eciam si illud prefatum decretum valuisset, nihilominus ipso illo

Iam erant sollempniter suspensi per totum Concilium et inciderant in-
penas scismaticorum volentes declinare ad eum et ad illud Concili-
abulum scismaticorum procedebant, extunc ipsi et inciderunt in penas ultra
alias, ut supra dixi. Pena autem scismaticorum excommunicatione
est, deposicio sine spe restitucionis, ut in c. Non vos, retardant
xxiij q. v. nullo c. licet, et c. quia diligentia de electione. Ideo non
tantum dicit glo. in c. ad nostram decrevit depositis quod ab apostolato ex-
communicatis aut scismaticis possunt subditi propria auctoritate recedere quod
procedit etiam in papa ut de eo probatur in c. Anastasius xix di.
Sunt dicit glo. notabilis in c. [illegible] xxiij di. in verbo audiendi
quod scismaticis omnibus audiencia denegatur alleg. Palle: c. non vos
Et hec de nona racione.

Nota de pena scismaticorum

Decima racio

Decima racio contra illud pravum decretum militans est conse-
dencio falsitatis conferrerunt, eciam licet non paucissimi illius
consti decreti verba simpliciter et absolute sub nomine sancte Synodi
nulla de decreto contrario maioris partis unius duarum partium et
amplius mencione facta, nec committentes iuri devoluto ad eos
seu apud eos dum tractat, respiciens ab aliorum [illegible] culparum. Et eos
sic protestati sunt et scripserunt, ac si totum Concilium unanimiter
illud edidisset, quod sine falsitatis vicio fieri minime potuit, ar-
gumentum c. quanto de his que fiunt a prelato pro dictis racio est, quia
esto sine veritatis preiudicio quod aliquam causam racionabilem
contra minoris partis conclusionem pretendere potuissent, attamen
ante illius super ea discussionem et declaracionem non debuit maior
pars simpliciter et absolute se nominare collegium, Concilium vel
eciam, quia durante contencione inter maiorem partem et mino-
rem ibi dicitur consistere ecclesia, concilium, collegium vel capitu-
lum ubi est maior pars. Et illa pars maior nomine ecclesie
seu collegij vel concilij procuratorem constituit et bona communia capitu-
lis ministrat, ut est textus notabilis cum glo. in c. cum inter
canonicos de elect. Ad idem textus cum glo. in c. capitula lxij
di. Sunt glo. notabilis in c. i de his que fi. a prela. dicit quod pre-
sumitur pro maiori parte universitatis donec causa allegata per
maiorem partem fuit coram superiore verificata et probata. Non
enim ut ibi dicit glo. et Innocentius et alii sufficit minori parti ali-
quid racionabile contra maioris partis disposicionem allegare nisi

Illud [contra] superiore vel arbitrio toti electis probetur. Interim ergo no-
luerunt minori parti sive falsitatis vicio illud eorum presumptum de-
cretum sub nomine sancte Synodi absolute concipere ad modum
facti declaratum, item Synodum seu eius potestatem penitus apud
eos resedisse. Et presertim presumptio est, quod resideat apud ma-
iorem partem, ergo vicio falsitatis crimine sunt usurpantes publi-
cante declaratione iure eorum presumpsi[t] nomen Synodi ut inducto e-
quanto, vnde et in alia narratione multos deceperunt qui credi-
dit? verbis arbitrati sunt, totam Synodum Basiliensem sine aliqua
discordia illud decretum edidisse. Preterea vbi vndecim ex aliquo
iure speciali pretendunt aliquod ius certum seu certam iurisdictionem
vel preeminentiam, debent illud ius speciale in eorum dispositione exprimere
ut not. in l. Si quis ex aliena ff. de iudic. et l. ii si quis in
ius vo(cat) et in c. cetera de iudic. et c. i de dilat. libro sexto et not.
doc. ibi. Isti ergo pretendentes ius minoris partis ad eos fuisse devolutum
seu apud eos residere ob culpam maioris partis quo ad illum
actum debebant, saltem causam exprimere et non simpliciter
se sacram Synodum appellare, quia si etiam verum fuisset quod
ius illud apud eos remansisset, habuissent locum dumtaxat in illo
actu et pro illa vice ut leg. et not. in c. ad Vinctonien. de elect.
Non ergo debebant se simpliciter appellare sanctam Basiliensem Sy-
nodum etc. Sed dicere quod ipsi faciebant quo ad illum actum
ob culpam vel negligentiam maioris partis sancta Synodus
si verum fuisset iuxta illud quod legitur et not. in d. c. cum
Vinctonien. et c. dudum ii et c. congregato de elect. et similibus
iudicaverunt. Ergo a vicio falsitatis contrarium agendo et
usurpando sibi simpliciter nomen sancte Synodi. Etiam ergo fal-
sitatis vicio etiam arte deceptoria vertitur, potuerit Concilium ge-
nerale indicere et congregare, ut enim ait Cyprianus in c. alienus
xxiiii q. i. Etenim possunt duo vel tres in nomine Christi colligi
quos constat Christo et eius evangelio separari que sunt bene
notanda. Item abusi sunt potestate sua etiam si illam habuissent
et per consequens illam perdiderunt ut in c. gratum de postu-
prela. et in c. nulla simile xi. q. iii. Et facit quod in simili legitur
et not. in d. c. ad Vinctonien.

Nota de falsitate quia se pretexta sanctam decretum?

Vndecima racio

Vndecima etiam racio non minorem iniusticiam contra illud presum

decretum ostendit / Ergo quod ambobus decretis adinvicem editis / pravo
scilicet et sanctissimis / reliquis a toto sacro Concilio et patribus sacri
Concilii / super illorum vel alterutrius eorum bullacione contradicen-
tibus data fuit / sed cum consensu potestas tribus videlicet re-
verendissimo domino cardinali sancti petri qui fuerat primo
de consencientibus dicto pravo decreto et domino episcopo Burgensi
uni ex oratoribus serenissimi domini regis castelle et michi
panormitano archiepiscopo bullandi illas litteras et destinandi de quibus
nobis videretur / et illius potestatis sacre Cedule super ea con-
fecte tenor talis est /

Tenor cedule bullacionis boni et pravi decretorum

Eligantur / per sacras deputaciones d. Cardinalis sancti petri
d. panormitanus et dominus Burgensis quibus detur plena
potestas super bullacione litterarum de quibus agitur / et earum desti-
nacione ita quod per hoc / quod ipsi facient / nullum preiudicium ali-
cui generetur / et per hoc sit pax et tranquillitas inter partes
de facto dissencientes omnes agitaciones et molestaciones et sed bona
pace et tranquillitate procedatur / ad alia negocia in hoc sacro con-
cilio pertractanda Et ista ultima clausula sit / ita firma quod nullo modo
possit violari vel immutari et quod duret / eorum potestas per to-
tam diem crastinam que erit xv marcii Iste est tenor
illius cedule in qua post varios tractatus iuxta suam formam
consenserunt omnes sacre deputaciones conclusione in congrega-
cione generali secuta Nos autem vigore illius commissionis atten-
ta questione sacri concilii et voluntate prius de capitulis bullavi-
mus solum decretum sacri concilii una cum quibusdam aliis
litteris missivis et non nullis aliis de quibus supra in narratis
capitulis fit mentio Istud autem pravum predictum decretum nullo
modo bullare voluimus licet plurimum de hoc / ab adversariis re-
quisiti essemus Et iuxta eandem potestatem nobis traditam
misimus litteras et illud decretum ad oratores concilii qui erant
in Avinione ut tunc eis iverunt ad concludendum grecos tradite
Avinionensibus litteris que eis dirigebantur / ut plenius dictum
fuit / in supra narratis capitulis Ex hiis enim clarissime arguitur /
illius pravi decreti iniquitas si enim vires habuisset / non
est presumendum quod ~~tacitus~~ tantus vir prout erat dominus Cardinalis sancti
petri decretum contrarium bullasset / Nec dominus Episcopus Burgensis
qui in illis disceptacionibus fuerat / indifferens Item cum

totum postea Concilium illam bullationem faciens approbavit, nullo
modo contradicente. Comprimendum est illam bullationem fuisse
iniustissimam. Nam si illa bullatio fuisset iniusta nullos potuisse
praestitum (?) obstante re spiritu sancto resistente illam iniquitatem facere
exemplo Balaam qui in maledictione quam gerebat in eos spiritu dei
correctus dedit in ipso actu benedictionem, ut in xxij q. ij (?) vij (?) in

Nota Balaam pro maledictione benedictionem dedit

§ Item cum Balaam. Sed cum est, quod nunquam potuit obtineri
postmodum quod illud pravum decretum per concilium ut eius aucto-
ritate bullaretur. Sed tamen pravum et iniquum pravitate et in-
iquitate facti et falsitate repertum fuit. Postremo bullatum
cum plus satis devote fortune illius ipse in qua bulla sacri con-
cilii recommendabatur, ut veritas postea comperta clarissime docuit,
ut superius dictum fuit in narratione capitis vi. cum data fuit

Nota defectum (?) primi decreti

fuerat primus potestas per duces (?) patres concilii dissipante
nemine super bullatione illarum duarum (?) et communi deputatione
que verba ultima sunt multum ponderanda, et illi tres pa-
tres solum bullarunt decretum sacri concilii, et illud
eciam deputarunt pro conductione Graecorum ad concilium (?) adgre-
cos (?) potuerunt, postmodum non sacri Concilii aliud et contra-
rium decretum bullare et ad grecos deputare contra communem primum
consensum cum spiritus sanctus qui est concilii director, simplex est
et contrariarum actionum auctor. Profecto non cum spiritus sanctus eo-
rum (?) super congregatos in unum descenderit, docentes eos se-
cundum (?) unanimitatem, duplicitate vero abhorrente, ad plenum ha-
betur in § si autem (?) unde (?) c. alienus (?) xxiij q. i. Et si dicatur
per adversarios quod in illa cedula eorum cuius (?) praesumebatur, per
illa verba quod prorum (?) factum nullum aliud fieret, praeiudicium
respondeo quod illa verba debent ad aliud praeiudicium referri non
autem ad praeiudicium facti eminentis (?), scilicet, quo ad invaliditatem
tam alterutrius decreti, quia illi facto ipso praeiudicatum extitit
bullatione facta illius decreti editi ad universis partibus Conci-
lii et ultra praestitum (?) illius decreti, destinatione facta ad grecos
cui (?) cum totum concilium consenserat quod ad illorum patrum
arbitrium possent licite bullari et destinari ceteros (?) poterant
amplius alie contrarium bullari et destinari, contrarietate facti
repugnante, que nullos potest errare eadem in concilio, absque spiritus sancti
assistencia et quia contrarietas in eodem facto omnino reprobatur
ut in l. ubi repugnantia ff. de reg. iur. et in c. cum iure (?) de consuet.

Et in c. sollicitudinem nisi de appel. Item quia ut supradictum
fuit post electionem locum per concilium factam et scientia perfectam con-
firmatam et declaratam non licebat sacro Concilio amplius
vadere ut in d. l. hec semper § bonus ff. de re iud. sup. et
in l. hec condicio ff. de condic. et demon. ut supra plenius
dictum. Item non est verisimile quod intenderit quis sibi con-
trarietatem ut in l. non ad ea ff. de condic. et demon. et in c. cum
in. de cler. Illa quoque verba quod non faciant aliam sententi-
am non debent referri ad factum decreti set sane cum illud
verbum aliam non potest verificari de universitate que est
corpus fictum sed ad singulares personas ut in l. in § hec
autem verba et quod alicuius nomine ff. de negociis gestis Item si dicta
contraria essent verba illa que secuntur in dicta ce-
dula ubi dicitur quod illa potestas data fuit ut esset pax
et tranquillitas inter patres de concilio cessarentque omnes
agitaciones et cum bona pace et tranquillitate proceder-
etur ad alia negocia in sacro concilio tractanda que verba diligen-
tissime sunt notanda. Si enim ut dicunt adversarii per illa
verba generalia reservata fuisset facultas pronunciandi contra alterius
decreti quomodo fuisset pax et tranquillitas in sacro concilio pro-
fectum in exdestinacione duorum contrariorum decretorum ne dicat
totum concilium sed tota ecclesia latinorum fuisset scandalizata et
ut eis experiencia proh dolor docuit illa destinacio duorum decreti
fuit futuri scismatis potissima pars. Item ponderetur illa
in cedula contenta videlicet et cum bona pace et tranquillitate pro-
cedatur ad alia negocia in ipso sacro concilio tractanda ac si cum
cum fuit dictum ad alia quod non fuit reservata facultas proce-
dendi et revocandi aliquo modo alterius primi decreti Maxime
cum non potuisset fieri illius revocacio sine magna perturbacione
pacis concilii cum contrarium verba cedule innuebat. Ar. in c.
Nonne de presumptionibus et xxxii q. i. Cum autem dicitur. Ut ergo ver-
ba eiusdem illius cedule suum consequantur effectum et sapiunt ut pax
conservaretur et contrarietas non appareret in eodem concilio
super eodem facto intelligantur verba illa generalia scilicet aliam
non inferant sententiam ac si de alio et non de isto sentencia
verba illa generalia restringantur ut non habeant illum intel-
lectum vagum et generalem quem possent habere ex generalitate
verborum ut vitetur absurditas ut in c. ex parte de privil. Et

Nota de origine scismatis

fac. c. i. eccles. delect. eccles. c. si compromissarius in § restringitur. c. ti li. vi. Et quod no. Jo. an. in regula fradia de regul. juris. iij. q. li. vi.

12 racio Vndecima racio est quia presupposito et nullomodo concesso quod ex facto maioris partis potestas concilii ad minorem partem devolvi debuisset, attamen devolucio ista fieri non poterat nisi postquam maior pars decretum contrarium prius edidisset, sicud dicitur in electione. Non enim prius fit devolucio ad minorem partem antequam maior pars ad electionem de indigno processit. Debet enim primo minor pars expectare quod prius maior pars eligat

Nota quod minor pars debet eligere et postmodum jure devoluto potest eligere ut notanter dicit Jo. an. quem sequuntur ceteri doctores moderniores in c. congregato de elect. Non obstante quod maior pars in scrutinio nominaverit indignum quia ex illa nominatione non inducitur preiudicium nisi detur tanta perseverancia quod ex eadem scrutinio sequatur electio ut probatur in c. per venerabilem de elect. li. vi. Ita eciam in proposito quod licet maior pars in deputacionibus voluit persistere in priori electione et denunciatione illorum locorum ac disposuerunt illa loca debere decretari una cum dictis etc. et sunt secuti conclusio in congregatione generali Attamen ante decretacionem non potest dici quod potestatem ad minorem partem esse devolutam exquo. Imo dicitur quod in deputacionibus vel in congregatione generali ea que fiunt in secreto et non est aliud nisi concordia seu disposicio ut lex fiat. Sed dicitur perfecta cum solemniter in sessione publica promulgatur. Nam tunc verba legis concipiuntur et eduntur. Ideo dicit textus quod leges eduntur cum promulgantur, in l. di. leges. Antea enim non est facta publicacio. Sicut textus dicit quod lex non incipit ligare nisi post duos menses a tempore publicacionis ut in auc. ut facte nove con

de postula. p(re)la. et c. stituciones. Ut no. glo. super dat. vi li. Et idem no. in c. ij. de const. et in c. i. quod dicitur xvi. di. Sed ipsi facientes minorem partem non expectaverunt quod maior pars suum decretum legerent. Voluntque vulgando eorum decretum quamvis cum decreto sacri Concilii, adeo quod propter strepitum neutrum intelligebatur. Et prius suum habuit lecturam pravum decreti et post intervallum non modicum finem accepit veri decreti sacri Concilii lectura. Ergo illud pravum decretum caruit omnino defectu potestatis etc.

13 racio Duodecima racio est quia presupposito sine vitatis preiudicio

quod locus fuisset devolutus. Attamen cum hoc non sint audientis cum
nullibi expresse in iure caveatur, ymo potius probatur contrarium
ut patet ex precedentibus, non licuit minori parti aliud decretum
attemptare cum tanto christianitatis discrimine et ecclesie con-
fusione antequam primum cessaretur et annullaretur seu cassum
et irritum pronunciaretur, ad hoc alle. glo. notabile in textu in c. / alle. nimie
audita de elec. facit textus cum prius loquitur unde approbatam in c.
inter dilectos de excess. prela. est glo. fi. et no. in c. constitutus
de app. sentit Inno. in c. cum Eta de elec. In istis enim iuribus
caveatur, quod secunda electio post primam non cassatam est nulla licet
prima a maiori parte facta posset probabilibus rationibus ostendi
quod sit nulla, oportet enim ad validitatem secunde quod prima evidenter
sit nulla, ut sit evidenter constet potestatem ad minorem partem
esse devolutam. Si ergo hoc est admittendum ut vitetur con-
fusio in ecclesiis ne due electiones contrarie consistere videan-
tur, quanto fortius debuisset hoc observari in tanto casu ut vita-
retur confusio in ecclesia universali. Et licet doc. et glo. loquantur
in electione eadem tamen precipua ratio existit in aliis actibus
universitatis ne fiat confusio. Si evidenter non constet de de-
volutione potestatis idem ergo ius servandum est, ut in c. translato
de consti. et in c. cum dilecto de consuetudine, ubi et in ius et ibi gl. quod dulissimus
ff. de delegat. Sed quia factum non existit multo aliud pravum de-
cretum a maiori parte ita temere et scandaloze factum debet esse nullum
etiam si minor pars iustam et rationabilem in devolutione po-
testatis habuisset causam quod tamen omnino negatur ut patet ex predictis

Vicesima decima ratio quia supposito quod sacrum Concilium vi-
gore compactatorum cum Grecis seu dicte cedule pretextu ad
aliud locum eligendum fuisset astrictum, nullibi tamen probatur quod Conci-
lio non eligente seu aliud faciente potestas ad minorem partem
devolvatur, cum ut supra sepe unum diximus quod ipsa devolutio po-
testatis de maiori ad minorem partem nunquam fiat nisi in casibus
a iure expressis ut notantur dicunt glo. et doc. in c. bone ij de
elec. quia pene non debent extendi. Iuxta cap. odia. de re. iu. li. vi | pene
et regula generalia restringi cum ibi notatur de re. iur. li. vi
Et maxime ut predixi hoc procedit in Conciliis generalibus
in quibus est tota potestas ecclesie xviij q. i. quadrudum in c.
fin. xv. di. Et sic non subicitur legi positive lex autem divina

/ xx ratio

Nota si electio fiat a maiori parte per primam a minori parte facta ne cassata ante textum

Nota concilium generale non subiicitur legi positive

Cui (ymmo) scienter subicitur, licet pena non infligit, quinymmo quod for-
tius est non recipitur, licet ipse circa imposita in universitatibus et scolis

15 racio

Quinta decima racio est quia etiam supposito quod tota Synodus
concorditer illud prefatum decretum edidisset Attamen expro
grecis declinaverunt ad quondam Eugenium iam tunc propter concilium
suspensum ab omni administracione papatus nec poterat nec debebat
Concilium Basiliense transferre ad ferrariam dupliciter Primo quia
iam quondam Eugenius propter Conventiculum scismaticorum prius per se
erectum inciderat in scisma et penas scismaticorum ut in dicto decreto
xxvi(a) Sessionis et etiam depositus fuerat vel erat ab ecclesia Basiliensi
representata, et novum altare sibi erigendo quia alienus est, et prophanus
hostis qui universalis ecclesie non tenet unitatem xxiv q. i. Alienus
xxiii q. v. nos pos Et per consequens non poterant katholici
et fideles patres se coniungere cum quondam Eugenio et sibi adheren-
tibus xxiv q. iii ut tamen quibus ubi dominus textus Secundo
quia quondam Eugenius suspensus iam erat in incidenti grecis
ab administracione papatus ut predixi et omnes concurrentes ad eum
durante suspensione procuratores scientes ad exercitium papatus parati
incurrebant penas ut in decreto edito super eius suspensione
Ipse autem quondam Eugenius contempta eius suspensione contempta
auctoritate sacri concilii generalis fuit presidens in illo Conciliabulo
ergo concilium ibi erigi non potuit Et attendentes ad illud in penas
inciderunt prenotatas Sunt ergo Concilium Basiliense remansit cum
greci a sacro concilio se alienaverunt et contempserunt ipsum preter
decretum suspensionis

16 racio

Sexta decima racio est quod si nullum de illius prefati decreti invali-
ditate dubium fuisset Attamen posita dubitacione et inde
cognicione in discussione deducta Decretum super intellectu illius cedule tunc
iudicio iuris stare debebat quod spiritus sacri concilii ibidem congre-
gati in medio eorum spiritus sanctus presumitur esse ut ex si ille et in si
quis clericorum l. di. et xxv q. i. violatores Nam et de ipso conci-
lio generali dictum est Si quis ecclesiam contempserit aut hanc seu
non audierit sit tibi sicud ethnicus et publicanus Et adheren-
tes scismatis xxiv q. i. omnibus et omne per eum ad ecclesiam
et concilium introduci iuxta patrum dudum diffinitionem quod

Non solum de prelatis sed etiam de concilio intelligi potest ut notat
archidiaconus in c. precipue xi q. iii. Nam non ecclesiam congregatam non po-
test. Unde non tamen verificari de ecclesia representata Et presen-
tum in Concilio generali Nam licet quilibet prelatus represen-
tet ecclesiam a representatione iuris divini sibi concesse cum sit membrum
ecclesie Et sicut radius solaris procedens ex corpore luminis solaris
et sicut rivulus ex fonte et ramus ex arbore ut dicit Cyprianus
xxiv q. i. c. loquitur et ita intelligi potest quod dicitur quod ecclesia
est in prelato et prelatus in ecclesia vii q. i. in c. scire Hinc est locus 83
quod illa auctoritas Si papa erraverit allegata [illegible] facta fuit po-
li pape ut in c. nemini de iudiciis Attamen magis proprie illa
auctoritas verificatur ut in Concilio generali totam suam potestatem
cum tota potestas ecclesiastica est in ecclesia tamquam in funda-
mento ut volunt Augustinus in multis locis et vide textum cum glossa
in c. optimum xxiv q. i. quodcumque et [illegible] in c. [illegible] eadem
causa et q. Dicam dehinc plenius in isto dubio principali
Idem recte archidiaconus inter alios expositores dicit Dic ecclesie i. Concilio
generali ut principaliter [illegible] in d. c. precipue supra allegato
Synodus autem ipsa Basiliensis intellecta ista difficultate inter singu-
los decrevit aliud locum minus tunc eligendum sed pro [illegible] lata iam el-
lata decrevit debere Et ita postmodum decreverunt Et ubi maior pars
ibi presumitur esse sanior ut notatur in c. [illegible] xvi d. et dicto c. [illegible] inter
canonicos de elec. Immo hic non solum maior pars sed plus
quam due partes hanc conclusionem elegerunt ideo [illegible] presumitur melior
zelus ut in c. [illegible] de elec. li. vi Iudicium enim Concilii [illegible] maiore
partem reputari non potest ad aliquem declinari quia ex omni dic-
ta illud est supremum et ultimum iudicium Et dicto sit qui non audierit
etiam sit tibi sicut ethnicus et publicanus Nam si aliud iudicium
sperandum foret non haberetur non parens pro ethnico et pub-
licano nisi post sine alterius iudicii Ubi quid esset magis supremum
veritas autem mentiri non potest ipse enim Christus in verba [illegible]
est via et veritas Contempnentes ergo iudicium illud sacri Con-
cilii super [illegible] locorum [illegible] habendi sunt tamquam
ethnici et publicani et hec de xvi Ratione

Et autem xvi rationes palliate [illegible] clarissime sacrum Basiliense
concilium adversus illam [illegible] translationem vigore illius
pravi decreti ut dicunt adversarii factam Veniunt decem rationes

subsidium ad defensionem eiusdem sacri Concilii contra aliam pretensam translationem seu dissolutionem peractam quondam Eugenium de plenitudine sue potestatis plenissime ut dicebat factam de qua satis dictum fuit supra in narratione casus Et pro intellectu dicendorum retenta in memoria qualiter dixi in narratione facti quod quondam Eugenius per sacrum Concilium Basiliense longe ante adventum grecorum citatus ut veniret per se vel per alium ad excusandum et defendendum se super multis criminibus expressis que ratione sibi imponebantur pro abdicatione quarum prestare debebat ipse per suas litteras dissolvit Concilium Basiliense transferendo illud ad Ferrariam si sacrum concilium procederet adulterius contra eundem vel aliquem ex suis presidentibus Et concilio non desistente ut desistere non debuit ipse quondam Eugenius declaravit purificatam esse illam conditionem ut sic concilium translatum ad Ferrariam vigore sue pretense translationis ante grecorum adventum fecit ibique suum pretensum concilium inchoare Et hec est illa translacio sive dissolutio de qua nunc agimus Et autem ipsa non valuit pluribus decem rationibus efficacissimis et postmodum respondendo ad ipse motiva adversariorum Et ad alia que contra motiva fuit prout responsum in primo membro huiusmodi dubii etc.

Nota quod quondam delatus per quondam Eugenium non potuit Concilium mutare vel ad Ferrariam transferre nec etiam dissolvere

Et prima ratio est quia licet superior nedum iudicare potest superiorem immo recte iudicare non quod iudicis ipse nulla est etiam maiore inferiorum Sed hoc statutum est ad minimum quanto tenerentur fratres inferiores a suis prepositis iudicandi sunt et corrigendi et sic videntur se recte iudicandi ullo iure penitus obtineri ut dicitur in c. inferior xxi di. et c. denique xxi di. et sic. c. cum inferior de maioritate et obe. Sed negari non quondam Eugenius tenebat locum inferioris quo ad sacrum concilium prefatum cum ipsum concilium ipsum reprehendisset pertinaciter suam ergo non potuit ipse quondam Eugenius Concilium ipsum suum iudicem dissolvere vel aliter proprio voto transferre nam dissolvendo Concilium nichil aliud est quam extinguere ipsum concilium Sed nimis ridiculum est dicere quod inferior citatus per suum superiorem ut veniat se defendendus vel excusandus super obiectis possit suum superiorem citantem extinguere et annichilare aut proprio voto ad partes suas revocare Qualis enim esset sacri Concilii auctoritas supra papam si citando eum papa valet papa eum dissolvere concilium vel proprio libito ad se transferre Nedum similis ro

sed etiam nullus penitus contradicit. Quod autem concilium habuit po-
testatem procedendi contra dictum Eugenium papam dicendo satis ostensum du-
dum est, et quod legittime processit contra eundem Eugenium plene probatum
in tractatu dubio videlicet contra quosdam Eugenium tunc dissoluente
concilium illa auctoritas apostolice deprecatur de qua mencionem facit textus
in dicto c. superior videlicet nunquid gloriabitur securis contra eum qui se-
cat, in ea aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam, quasi
dicat non. Unde non valuit superbire contra sacrum concilium tra-
hentis serram seu ducentis securim instituendo scilicet processum
contra eundem et procedendo ad sui exstirpacionem si crimina
imposita hoc mererent. Preterea ad iudicem spectat erigere
tribunal non ad citatum et presertim cum iudex sedet in loco
publico ad hoc l. properandum ff. de iusti. et iure. Cum non aut ergo
potuit Eugenius dissolvere concilium et ad se transferre tantum
synodum tanquam suspectam recusare ut in dicto c. in e. l. demum

Nota contra sententiam impugnantes quod papa non potest concilium dissolvere

non appellat nec potuit

Secunda racio pape iniuste mandanti non est ob-
temperandum, unde dicit Inno. in c. inquisitioni de sen-
tentia excommunicationis quod si papa aliquid precipit iniustum ita quod man-
datum suum contineat heresim vel presumitur verisimiliter statum
ecclesie perturbare vel futura mala que tunc preveret, quia
sibi parendo eum debeat futura mala prevenire et non su-
perare et in c. quanto de consuetudine dicit quod non est papa susti-
nendus si sine racionabili causa et aliter non vel parum
contra verbis esse statum. Si ergo subditi non debent pape i-
niuste precipienti obtemperare quanto forcius concilium quod erat
superior et citacione inchoaverat non debebat parere sue iniuste
dissolucioni seu translacioni, maxime quod multa scandala fu-
tura dissimulatur verisimiliter extimebant quia iam elevabatur
auctoritas sacrorum conciliorum et dicta pape per illam viam disso-
lucionis seu translacionis annichilabant, superinita est sic posset
ecclesia per malum pastorem ad nichilum deduci nichil enim tam officiat
gregi quam ut pastor contemnatur, in simili. Sed quod penitus erat illa
iniusta dissolucio seu translacio ex eo capite facta, racionis videlicet
concilium procedebat contra eum sapiebat heresim quia ipso facto
negabat auctoritatem universalis ecclesie super summum pontificem
esse. Si enim valeret translacio sive dissolucio ex eo capite fac-
ta quia concilium procedebat contra papam nichil aliud potest

Nota quia obtemperandum est mandatis pape

Inferri nisi quod concilium non habet auctoritatem supra papam et negare Christum vel auctoritatem ecclesie facto deuius est, quia negare verbis quia facta sunt potenciora verbis ff. de c. [illegible] apud xi q. iii c. dilecti [illegible] vbi dicitur quod plus est adesse [illegible] facto prouocare quam verbo. Item ex illa per dissolucionem seu translacionem quam attemptabatur, effectus et auctoritas constitucionis illius magni Constanciensis Concilii que incipit Frequens vbi disponitur de conciliis tenendis de decennio in decennium [illegible]. Nam si papa posset pro libito concilium congregatum dissoluere vel transferre annichilata esset illa constitucio. Item illa dissolucio est expresse contra decretum concilii Basiliensis in ii Sessione factum vbi expresse cauetur, [illegible] etiam papam non posse generale concilium dissoluere sine eius expresso consensu. Nec potuit papa vti in illa dissolucione plenitudine potestatis. Nam vnica est ecclesie potestas et non plures data Petro ipsi ecclesie tanquam fundamento xxiiii q. i c. loquitur, et c. omnibus et c. quoniam. Cum ergo in concilio representante plenam ecclesiam sit plenitudo potestatis non potuit ipse quondam Eugenius licet sit principalis minister in ecclesia et de corpore eius vti plenitudine potestatis contra totam ecclesiam in qua est fundamentum plenitudinis potestatis quia videtur quod essent due potestates in ecclesia quod saperet heresim. Nam ut supra dixi post Cyprianum ecclesia comparatur soli arbori et fonti. Alii vero ministri quot et quales sint comparantur radiis solaribus ramis ipsius arboris et riuulis fontis. Vnde si preciditur riuulus a fonte arescit, non [illegible] ramus contra arborem nec radius solis contra ipsum solem. Nec riuulus contra fontem xxiiii q. i c. loquitur. Hinc dicit Ieronimus: Intelligendo de auctoritate ecclesie quod orbis est maior vrbe in c. legatur xciii di. Nec oportet [illegible] suffragia [illegible] ipse dominus Capitaneus noster [illegible] ore dixit Neminem excepto [illegible] non obediat ecclesie sit tibi sicud ethnicus et publicanus [illegible] expressissime plenitudinem potestatis ecclesiastice consistere in ecclesia tamquam in fundamento [illegible] plenius dicam in sequenti dubio

Tercia racio

Tercia racio fundatur in quadam similitudine [illegible] glo. in c. si papa xl di. [illegible] quicquid papa potest statuat quod non possit ipse vel alius papa accusari de heresi

Respondet glo

Respondet glo quod non quia exlior pilitaretur ecclesia ita punctualiter dictum est in proposito Nam si papa citatus personaliter posset ex esse potestatis plenitudine concilium extinguere vel pro suo libito transferre quid aliud esset quam dicere quod papa ex hereticus non posset de heresi accusari vel puniri quia accusatus de heresi et citatus recurreret illico ad flebile dissolucionis refugium Et ita cum citatur p aliis criminibus notoriis Nam crimina notoria scandalizancia ecclesiam Et de quibus papa est incorrigibilis inducunt vehementem presumpcionem heresis Nam sicud dicit clemens qui rebelliter vivit et vigit aut agere bona recusat potius dyaboli quam christi membrum creditur esse et potius infidelis quam fidelis esse ostenditur ut in c Nullus est xxxviii di et no glo in dicto c si papa xl di Et quod directe fieri non potest indirecte admitti non debet Cum contra stilum iuris regulariter quod prohibetur una via alia via admitti non debet ut in c cum quid de re iud libro vi et in c de presentibus papa autem directe non potest impedire suam accusacionem pro crimine de heresi ergo nec indirecte quod fieret si citatus per concilium posset illud dissolvere vel ad locum sibi libitum ubi esset sibi tutissimum refugium transferre

Quarta racio ipse quondam Eugenius per suam adhesionem approbavit decretum editum in xl sessione tamquam precedens suam adhesionem Et in illo decreto expresse cavetur quod nulla causa potest sacrum generale concilium sine suo expresso consensu per aliquem eciam papam transferri vel dissolvi Iste decretum illud cavit generalem statum ecclesie et precipue ad generalem reformacionem eiusdem Cum per dissolucionem concilii posset impediri generalis reformacio sicud fuit de facto per dissolucionem concilii Senensis Item possent impediri concilia generalia que necessaria sepe sunt in ecclesia dei exemplo apostolorum act primo ii xv et xxi c ubi habetur de quatuor conciliis apostolorum cum eciam gravia occurrebant apostoli ad concilia ut ibi et xv di c i Sed per dissolucionem voluntariam violaretur status universalis ecclesie Sed dicitur textus in c si alia i q vii quod magna opera alia precavenda sunt que recipi sine manifesta decoloracione non possunt Hinc est quod non potest papa immutare universalem statum ecclesie ut no Innoc in c quanto de consuetudine

q. mo. d. cas

et c. in c. ad monasterium de statu regularium et archi. in c. sicut. xv. di. glo.
in c. licet de testi. spolia et gitur tenetur per dec. et glo. statuta sunt q. ad
spectantia xxv. q. 1. ubi dicit textus que ad spectantia ordinata sunt, generalem
utilitatem nulla immutatione variantur nec ad privatum
trahantur quod que ad bonum commune sunt, propterea Eugenius
textus glo. ibi colligit quod papa non potest contra generalem
ecclesie statum dispensare nec contra articulos fidei. Nam et
si omnes consentirent, ei non valeret statuta sed omnes heretici
essent, xl. di. sicut, fin. glo. ibidem et in istis casibus potest
verificari textus in c. can. xxv. q. 1. ubi dicitur contra statuta
patrum condere aliquid vel mutare nec huiusmodi sedes potest
auctoritatis. Et si dicatur quod papa hoc facit ex iusta causa
puta ex grecorum reductione. Certe hoc confunditur quia sua
dissolutio seu translatio fuit principaliter fundata ex eo quod
concilium procedebat contra eum et deberet materia dicam latius
in responsione ad motiva adversariorum

Quinta ratio quia ecclesia per omnes obediendus est, ut in c. debet
et ii. q. 1. Si peccaverit. Sed concilium mandabat quon-
dam Eugenio ut veniret infra terminum sibi assignatum ad
defendendum vel excusandum se super notoriis sibi impositis. Ergo de-
buit per se vel alium comparere et obedire ecclesie matri sue iuste
precipienti et honeste. Non autem se erigere in superbia et per obedien-
tiam rebellione dissolvendo concilium si ulterius procederet contra
eum est, nec ista obedientia que prestari debet ecclesie impedita per
taliam ~~fovente~~ sacri concilii constantiensis, immo impeditur dispensa-
tione divina. Non enim debuit contempnere ecclesiam cui predecessores sui
amplioribus meritis refulgentes scilicet Petrus remissus fuit ad
ecclesiam dicente sibi domino Si peccaverit in te frater tuus dic ecclesie

Sexta ratio cum legatur quod ecclesia misisset Petrum prego-
rius ipsius ecclesie nec Petrus restitit, immo illud apostolorum
actum miserunt Petrum et Johannem etc. Non legitur quod solus
Petrus ecclesiam congregatam proprio libito dissolverit aut transtulerit
de loco ad locum sine consensu ecclesie. Quomodo potuit quondam
Eugenius reus factus et tamen crimine prevenitus ecclesiam sistere ut

correctionem effugeret, dissolvere aut de loco ad locum transferre. Etc.

Septima racio: papa non potest sine consensu concilii eligere locum pro futuro concilio iuxta illam constitucionem Frequens Concilii Constanciensis et ita a fortiori absque tali quo potest concilium ad finem datum inchoatum et legitime continuatum sine suo inter professionem transferre prohibita voluntatis de loco ad locum sine assensu concilii presentem ex causa turpi ut evitaret correctionem. Minus enim est eligere locum pro futuro concilio quam concilium iam inchoatum transferre, sed primum non potest sine consensu concilii, ergo nec secundum: argumentum capitulo quia ad in et ad inquisicionem de electione et in auctis multo magis. C. de epi. et cleri. Precipue cum illa translacione violaret tria magna decreta. Primum decretum Constanciense quo cavetur, quod nisi de legitima causa dissolucionis Concilii debet ipsum concilium transferri ad locum vicinorem eiusdem nacionis nisi illa causa racionabilis urgens contrarium exigeret tota nacione illa. Sed ipse dissolvit concilium vigore processus inchoati contra eum pretendens quod in Basilea non erat libertas et multas alias causas frivolas allegavit, que profecto non poterant veritate totam Alamanniam contrarie transferendo ergo ad Ytaliam violavit illud decretum et ibi expresse utrobique disponitur quod papa hoc facere non potest. Secundum decretum fuit sacri concilii Basiliensis in ix sessione editum per eum ut supra dixi approbatum quia concilium ex nulla causa potest sine suo expresso consensu transferri sive dissolvi eciam per romanum pontificem. Tercio violavit decretum concordatum cum Grecis quod et ipsemet prius approbaverat ut dictum fuit in narracione casus. Nam ibidem cavebatur quod Concilium debebat stare firmiter in Basilea nec inde se transferri donec Greci applicarent ad ultimum portum Ytalie et si interim immineret racionabilis causa illud transferendi, quod fieret translacio iuxta formam c. Frequens. Ipse autem quondam Eugenius dissolvit seu transtulit ante adventum Grecorum nulla subsistente racionabili causa. Et esto quod subfuisset, debebat fieri secundum formam c. Frequens.

Octava racio est, quia cum Grecis error in publico concilio dampnatus fuisset, ut schismatici de quo est textus

septima ro

octava ro

tur glo in c. penult. de q. dist. v. Et in Concilio generali de quo in c. fir-
miter de summa trinitate et fide catholica. Et in Concilio lugdunensi ut habetur in c.
primo de summa trini. li. vi. Et greci peterunt non Concilium ytumenicum
tu non correcti Sed ut de fide disputarent et ibidem videretur quid
esset tenendum. Unde in eorum salvo conductu postularunt quod
libere possent in Concilio ytumenico proponere respondere et contra-
dicere et facta unione ipsorum sine non libere possent ad propria
loca redire videlicet in salvo conductu per eos postulato et per
sacrum Concilium concesso non debebant ergo denuo iterum audiri
Sed fuit eis facta magna gracia quia ut dicit textus notabiliter in c. maiores. xxiiii. q. i. quod minores nec divina inspira-
cione contectes unanimiter precavit ut quod contra unamquamque heresim
concta semel synodus apostolica contra veritate fide catholica et
appostolica promulgasset nec sineret novis post hoc retractationibus
mutilari nec gravius contagio proderetur que medicinaliter fuerunt
statuta pulsandi. Et subdit nisi Synodus semel gesta deprae-
hendit ultimus ad nova Concilia venire non sinit. Et iste tex-
tus est multum notandum que glo. ibi intelligit quod non patitur
iterum venire in Synodum ut de fide iterum disputetur Sed si cor-
recti redire vellent tunc admittantur. Et idem vide glo. in c. nos
ad fidem. xxv. q. i. vi. di. non licuit ergo dominus Eugenius sine ex-
presso consensu Concilii de hiis que mediante ytumenico concilio tractare
vel delata vel fiat apud ytumenicum aliud disponere. Est enim iste
casus in quo expresse papa tenetur congregare Concilium cum
non possit aliquid attemptare quod possit tendere in preiudicium
eorum que diffinita sunt in Concilio contra hereses. Et est tex-
tus cum glo. no. in c. anastasius xix. di. Sed licet aliquis
dicere posset Concilium Basiliense iam primo disposuerat ipsos
grecos sic audiendos ergo papa nullam novitatem fecit sub simili
modo eos audire volendo. Item ipse dominus Eugenius
expresse ad hoc consenciat Concilium Basiliense Et modo expresse
transtulit illud Concilium in ferraria. Respondetur quod Concilium
Bas. fecit cum grecis certa compactata que greci servare nolunt
quia circa Sabaudia dicebant se non intellexisse de Sabaudia que
est extra ytaliam ad tamen nulla Sabaudia sit in ytalia Item
Concilium nunquam dedit eis opcionem eligendi locum in certa
nacione sed certis locis nominatis per grecos Concilium habebat
eligere unum locum Sed quondam Eugenius recedendo ab illis
compactatis reducebat Concilium ad ytaliam Item cum Con-

cilium generale sit supra papam cum agitur de extirpacione heresium et
determinacionem ad illud ut in decreto Concilii Constanciensis. Concilium eciam quod erat
congregatum et non ad papam pertinebat disponere an ipsi greci essent
audiendi et qualiter et quomodo et in quo loco. Et postquam non lice-
bat hoc dominum Eugenium attemptare cum dissolucione Concilii
Basiliensis sine sui expresso consensu usurpavit enim sibi maiorem su-
pra sacrum Concilium generale auctoritatem in duobus. Primo quia vo-
luit posse disponere de loco Concilii ymmo eciam sine consensu Con-
cilii generalis sedentis cum tamen Concilium generale maior sit ac-
sine maius eo quanto ad hoc ut supra dictum est. Secundo usur-
pabat sibi auctoritatem in dissolucione Concilii generalis ut fieret
disputacio cum grecis et in hoc violando multa decreta ecclesie
latine ut supra dictum est. Item ut nullus locus cavillacioni
relictus sit advertendum est quod ipse quondam Eugenius separabiliter
dissolvit concilium in duobus casibus. Primo sub condicione ut
gerunt si concilium adulterata procederet contra eum. Secundo simpliciter
in adventu grecorum secundum dispositionem parvi decreti. Tamen quia
Concilium non desistit procedere contra eum pronunciavit alia
condicionem purificatam et sic Concilium translatum fore ad Fer-
rariam ex virtute primi capitis et illo pretextu Conciliabulum
illud fuit inchoatum in mense Januarii ante grecorum adventum.
Et sic frustra queritur de dissolucione facta ob causam grecorum
quia non propter eos sed ut evitaret correccionem Concilii ipsum
Concilium dissolvit et hec de octava racione

Nona racio que eciam exoritur in eum per Concilium facta 9 ro
est quod dominum Eugenium esset effectus reus et suspec-
tus de heresi postquam eam reprobacione decretorum sacri Concilii
que edita fuerant pro reformacione ecclesie debebat prius venire
et purgare innocenciam suam iuxta vires citacionum antequam procederet
ad correccionem aliorum quod cum non innocens potuit sibi dici illud evangelicum
Eice primo trabem de oculo tuo iij. et vij. patres grecorum reduccionem
ut pareat michi debebat dimittere in facultatem sacri Concilii
ad quod negocium illud spectabat principaliter et non mittere
galeas contra galeas ut supra dictum est in narracione eius.
Item si decretum contrarium esset res pessima exemplo quia papa

Citatus super sint cumulus per Concilium fugere adventum alicuius
populi et haberet manum dissolvendi concilium et evitandi correctionem
Item quia ut predixi ipse non fecit illam dissolucionem
seu translacionem intuitu grecorum Sed simpliciter quoditatem [illegible]
suam ut fugeret iudicium ulterius

x racio

Decima et ultima racio est quia tempore adventus grecorum
ipse quondam Eugenius esset per sacrum concilium tunc
suspensus non poterat tunc eos tenere Concilium generale greci
autem sine eo volebant facere Concilium yconomicum ergo patres sacri
Concilii habuerunt legittimam causam non eundi ad illud Conven-
ticulum Et si dicatur quod ante suspensionem ipse quondam Eugenius
dissolverat Concilium Basiliense respondetur quod dissolucio non
poterat Secundo quia dissolvit tunc non contemplacione grecorum
sed ut impediret processum concilii contra eum inchoatum ut
supra dictum fuit Et ex predictis potest videri ad ix obiecta que tan-
gunt ad firmandum illam pretensam dissolucionem seu translacionem
concilii per dictum quondam Eugenium factam in favorem reduccionis
grecorum quia tamquam pastor ecclesie et iudex fidei et habens
potestatem edificacionis et quia greci volebant alibi quam
in ytalia audiri debebat hoc facere Ut enim predixi dissolucio
illa sive translacio non fuit facta favore grecorum sed ob pro-
cessum inchoatum contra eum in Concilio Nec ut predixi in duobus casibus
transferebat concilium Primo subtrahendi se Concilium procederet
contra eum Secundo simpliciter in adventum grecorum et ipse lon-
ge ante adventum grecorum pronunciavit Concilium esse translatum
quia concilium processerat contra eum et illo pretextu fecit Concilia-
bulum illud inchoari in mense Januarii Ferrarie ante ad-
ventum grecorum et sic incidit in penam scismaticorum erigendo
Concilium contra concilium et scandalizando ecclesiam cum gemi-
nata dissolucione Concilii ac processu temporis incidit in suspen-
sionem quia non revocavit illam pretensam dissolucionem
infra quatuor menses iuxta tenorem decreti in xi Sessione
Nullo ergo modo poterat in adventum grecorum procedere illi
suo Conciliabulo quia si causa fidei maxima sit tamen con-
tempnendo ecclesiam et eius auctoritatem ipse incidit in maiore

//similiter//
dissolucione unica consideracione
et non omnia esse obiecta

errore Sed ne adversariorum argumenta sine speciali solucione ad eorum
maiorem confusionem et veritatis dilucidacionem indiscussa re-
maneat singulis respondendo Et primo ad primum in-
eo quod dicunt quod greci venerunt ad papam petentes audiri
et uniri in fide cum ecclesia latina volebat hoc facere
nisi in concilio ytalico ergo papa tenebatur ad hoc ducere
concilium ytalicum Cum ergo papa hoc facere non posset nisi
transferret concilium Basiliense ad locum grecis aptum ergo pa-
pa potuit et debuit illud transferre Nam hereticum esset dicere
quod papa hoc non posset facere (pro illud luce xxii Ego pro te
rogavi petre ut non deficiat fides tua Et tu aliquando conver-
sus confirma fratres tuos scilicet in eadem fide Et Johannis ultimo
pasce oves meas (quod de papa intelligitur) de pastura fidei Et
precipue quia greci protestati sunt quod nollebant ullomodo venire
ad Basileam vel Avinione Sed concilium nolebat consentire
peticioni grecorum ergo sine concilii consensu tenebatur
papa illud transferre Ad hoc videtur primo generaliter quia
Eugenius non dissolvit concilium ut supra dixi in fa-
vorem grecorum Sed hoc fecit principaliter ut fugeret correctionem
concilii Nam licet papa Eugenius decretis fecerit men-
cionem ipsorum dissolucionem tamen grecis non expectatis trans-
tulit illud concilium Basiliense quia concilium iam disponebat
procedere contra eum Et hac autem causa concilium dissolvi non
poterat ut supra plene dixi Preterea posito sine veritatis
preiudicio quod hoc fuisset propter grecorum unionem adhuc veritate caret
quia greci non petebant audiri et uniri (immo ut supradicta peti-
erunt) ut possent libere permanere et unione facta vel non
libere redire ad eorum patriam ut in eorum salvus conductus patet
Preterea cum ipsorum error expresse fuit reprobatus in pluribus con-
ciliis ut supradictum fuit Concilium habet disponere et non
papa qualiter et in quo loco debent audiri Nec obstat eciam
detestacione grecorum quia ad illud satis superque respondeo precipue
cum venirent contra compactata per concilium Nam ad [illegible]
[illegible] de Salamandria que sunt prope clara ad Basileam
et Avinione venire poterant nisi speraretur de grecorum reductione
Cum ipsi illegittime violarent compactata preterea cum

Ipsi greci hanc racionem allegarunt scribentes ex Constantinopoli
sed dumtaxat quod premissa non fuerant ex tempore adimpleta. Unde
licet papa teneatur pascere oves Christi tamen non modis et tempori-
bus. Nam et concilium non minus tenetur pascere quia omnibus apostolis
dictum fuit Ite in universum orbem et predicate evangelium omni
creature. Et sicut me misit pater ego mitto vos etc. Nec
greci volebant pasci nisi forte corporaliter quia si petivissent
pastum fidei suasissent compactata et non petivissent dispu-
tacionem. Concilium ante erat in hoc pape preferendum quia con-
cilium non potest in fide errare. Et papa sic. Ut nota in c.
arcta xxiiij q. 1. Sed proh dolor ex causa fidei sunt sumpta
arma presidit quia sub colore grecorum dissolvebatur concilium

Nota quod concilium non potest in fide errare sicut papa

ut cessaretur correctio et reformacio. Preterea ipse quondam
Eugenius transtulit concilium in adventum grecorum iuxta illi-
citum decreto quod viribus non subsistebat ut supra probatum
fuit. Item si fecisset ex post officio eius de loco non conveni-
ebat prius cum concilio adhuc sedente in nota diffinitur in c.
frequens cum etiam non elegit prius locum denominatum con-
sistentem in natione germanica iuxta c. frequens ideo ergo eam
contempsit et ex post sensum voluit concilium transferre. Ideo
nichil egit validitatis et firmitatis sed incidit in penas con-
tentas in xl Sessione etc. Ad secundum motivum quo dicitur

Secundum motivum ad [illegible]

quod in decreto per Basiliense concilium edito habetur ut venientibus
grecis ad ultimum portum latinum apud patres Basiliensis concilii infra
mensem ad locum ~~[illegible]~~ yconomici concilii se transferret
ergo cum greci advenerunt debebant se transferre ad locum yco-
nomici concilii et non manere in Basilea etc. Respondetur
quod hoc argumentum nullomodo concludit, quia eo decretum ~~compactata~~ Basi-
liensis concilii expresse habebat quod patres de concilio debebant
se transferre ad locum per sacrum concilium eligendum. At greci non ve-
nerunt ad illum locum quia nec ad Basileam nec ad Avinionem
nec Sabaudiam. Et mirandum est de tali arguti argumentatore
vana. Nam si greci potuissent sacrum concilium Basiliense ducere
ad que locum voluissent, quid oportebat facere ad eas com-
pactata de loco et precipue cum ipse met Eugenius
illa compactata approbavit. Et per hoc solvitur tercium mo-
tivum dicentium cum quod in decreto sacri concilii dicebatur quod

Tercium motivum etc.

propter nullum locum tam magnum et sanctissimum opus debeat postponi
Et quod hoc fuit iuramento firmatum contra quod propter locum non debebat sa-
crum Concilium Basileam dimittere tamen bonum. Ad quod respondetur Papa
quod tunc veritate ut supradictum fuit inprecedenti Nam veritas
fuit quod illa verba fuerunt dicta propter Basileam quia patres de
Concilio timebant quod Concilium removendum fieret in Basilea
Sed oratoribus Grecorum nolentibus consentire dixerunt deputati
sacri Concilii quod propter locum non debebat tamen bonum obmitti
Et consenserunt ut certa loca nominarent propter Grecos Ex quibus
sacrum Concilium eligeret unum et illud decretum sive limitatum
fuit iuratum unde Concilium non tenebatur ire ad locum per Conci-
lium non electum Et si dicitur quod Concilium non deberet curare
de loco ut tantum bonum sequeretur Respondetur quod Concilium non
erat certum de adventu Grecorum Ut supra dictum est Sed bene
erat certum quod si Concilium transferebatur ad Italiam fuit quondam
Eugenius volebat clusa erat penitus reformacio ecclesie
decreta contempta que unquam per ipsius tempore voluit
Item sacrum Concilium verisimiliter sperabat quod Greci magis contra con-
pactata venirent ad locum ~~bonum et~~ electum per ipsum Concilium
quod verissimiliter credi potest conjecturari quia miserant galeas
cum peritissimis balistariis cum capitaneo et tantis expensis
omne Ista cum verissimiliter non fecissent frustra Nam pre-
supponebant aliam protestacionem oratorum imperatoris Grecorum
per vocem supra per me dictam Sed postquam declinaverunt
Greci ad partem Eugenii iniuste demissis galeis sacri Concilii
qua fraude poterat se sacrum Concilium transferre ad Ferrariam
ubi iam erat inchoatum Conciliabulum per quondam Eugenium
iam tunc suspensum debebant ~~habere aliud inpedimentum~~
se iungere cum illis quos reputabant scismaticos debebant
habere aliud impedimentum quod supponebant debebant ne se
exponere insidiis illius qui iam se constituerat capitalem
inimicum Jam cum patres Concilii exposuerant capture et pre-
de et spoliis licet habitatis fuerat quot amicos principes
Almanie ut habent inpresentiarum fecerunt inducentes eos ut pro/

cederent contra patres Concilii tamquam contra hostes fidei Et
ne ista pastura fidei et veritatis ut dictum Christi pasce oves meas
ad Grecos cum tanta diligencia perficeretur nichil aliud fuit quam fu-
mea occasione pretensa. Quartum motivum fundatur ex eo

Quartum motivum contra

quia papa est pastor universalis ecclesie et omnium ovium Christi a Christo
institutus. Ideo cessante illo primo decreto potuit facere omnia
que requirebantur ad pasturam ovium Christi quibuscumque prohibicionibus
et decretis non obstantibus. Translacio autem Concilii Basiliensis
ad Ferrariam spectabat ad necessariam pasturam Grecorum ergo potuit
illam translacionem facere. Sed istud argumentum quod incidit cum

Supra

in precedenti satis supra fuit responsum. Illa autem translacio
facta principaliter non propter pasturam Grecorum sed ex causa
dampnata videlicet si Concilium procederet contra eum et vigo-
re illius translacionis fuit conciliabulum illud Ferrarie incho-
atum. Item pastura illa et predicare verbum dei Grecis
bene poterat fieri absque dissolucione Concilii Basiliensis. Nec
obstat quod Greci volebant habere concilium ycumenicum quia peticio-
ne Grecorum qui erant precisi et scismatici et heretici non
debebat dissolui Concilium generale absque suo expresso consensu
Nam ecclesia generalis que errare non potest melius poterat
discernere tempus et modum huius pasture quam solus papa
Preterea ut dixi cum non veniebant Greci emendati et cor-
recti sed ad disputandum unde patet quod sepe dampnati fuerant
in conciliis non debebat Concilium generale latinorum inimicis
dissolui (presertim cum diu post translacionem suam ipse dominus
Eugenius voluisset esse executor illius verbi pasce oves
meas diu potuisset Grecos illos ad se vocare sine scandalo ec-
clesie. Sed dedit tunc operam accuratam quando opus erat
sibi pallato colore dissolvere Concilium ut sic evitaret pro-
cessum et fugeret reformacionem generalis Concilii et ecclesie
et processum Curie romane. Quintum motivum ex eo funda-

Quintum motivum contra

tum quia papa potest quodcumque spectat ad edificacionem ipsorum
Grecorum etc. Et hoc argumentum incidit cum precedenti et ex hiis que
ibi dicta sunt patet responsio. Non enim illam translacionem
fecit ad edificacionem sed ut fugeret processum. Nec eo pretextu quod

vult ire ad predicandum infidelibus debet Concilium seu Congrega-
tionem dissolvere ut sic alia occasione claudatur ecclesie ~~latine~~ pre- latine
servacio Nec si ipse impedimentum non prestitisset sed mundus
quod greci fuissent omnia compactata et venissent ad Conci-
lium et remansisset ecclesia in sua integritate Sed bene patet
ex hiis allegacionibus adversariorum quere mendicata et falsa suffra-
gia Nam numquam fecerat verbum de dissolucione facta in primo ca-
pite occasione processus contra eum inchoati Sed semper fun-
dant se super illa translacione facta in secundo capite que effectum
non habuit quia illa secunda translacio per eum facta habebat vim
in adventu grecorum Sed ipse longe ante adventum grecorum
inchoari fecit illud Conciliabulum Ferrariense pretextu translacionis
facte quia in Concilio fuerant accusata eius crimina

Ad sextum motivum quod videtur sine aliquo iuris fundamento for- | Sextum motivum adversariorum
matum dicunt enim quod negare Concilium Basiliense esse transla-
tum in Ferrariam hoc nunc est negare reductionem grecorum esse factam
Consequencia probatur ex bulla aurea grecorum dicitur quia isti
volebant in Concilio ycumenico uniri Profecto facilime | Responsio
et multipliciter posset tunc dici Nec licet dicant quod nollent
reduci nisi in Concilio ycumenico non probatur probatur quod dissolucio
seu translacio facta per quondam Eugenium ut contraveniret sacrum
concilium debeat valere Nunc vero non agimus an greci sint
vere reducti sed utinam essent vere reducti Sed solum agitur
an valuit illa translacio facta per eundem Eugenium illa pre-
cipue quod fecit in eventum Si concilium non dissolveret procedere
contra eum Sed illa eum sunt fundamentum Conciliabuli
Ferrariensis Et eciam si videretur quod propter adventum grecorum
quod tamen non est verum satis supra responsum est Ad sep- | Septimum motivum adversariorum
timum motivum cum quod papa est iudex fidei unde tamquam iudex
potest determinare et solvere omnes questiones fidem tangentes
xxiiii q. i. hec est fides Et propter illud evangelium
Ego pro te rogavi [illegible] petre etc. Ad hoc motivum respondetur | Responsio
ut supra prius quia ipse non dissolvit ut diffiniret questi-
onem fidei sed ut infringeret factum fidei circa articulos iam qui
declaratos per totam ecclesiam et per multos summos pontifices

fuit. Nam ut supra dixi error grecorum in generali Concilio qua-
li fuit erat dampnatus Unde si papa vellet verbo vel facto ex-
presse aut tacite directe vel indirecte attemptare contrarium incon-
tinenti incideret in heresim dampnatam et absque alia sententia posset tam-
quam hereticus puniri ut notatur est in c. Anastasius xix di.
Ad tertium motivum adversariorum
et tex. cum glo. in c. Acatius xxiiii q. i. Ad tertium moti-
vum quod papa non poterat sine peccato mortali grecos non exau-
dire Et si illa reductio non fieret quia facere non pote-
rat nisi in parvulis convenientis ut greci postulabant Nam
hoc obmittendo veniebat contra preceptum divinum pasce oves
meas Ad hoc argumentum est pluries supra responsum ideo non
oportet aliter respondere Ad quartum et ultimum motivum
Quarto
quod expresse fundatum est quia ante adventum grecorum Concilium
Basiliense infamaverat papam turpissime per quoddam monitorium
in magnum ecclesie latine scandalum et contra omnem caritatis or-
dinem ad grecos misit ostendens ibi papam in grauibus criminibus esse
[illegible] irretitum Ideo oportebat quod papa se purgaret potissime
grecis apud quos fuerat diffamatus Sed cum greci nollent veni-
re Basileam vel Avinione sed ad Ytaliam oportuit transferre Con-
cilium ad Ytaliam Et ad hoc adducunt adversarii non nulla an-
tiqua exempla summorum pontificum qui pro eorum purgatione
facienda vocaverunt adesse Concilia. Certe hoc argumentum
posset [illegible] honore Primo quia etsi Concilium mi-
sisset exemplum monitorii ad grecos hoc non fecit animo in-
famandi dominum Eugenium sed potius intencione cum sancti
grecos ne venirent ad Ytaliam quando Eugenius dimissis galeis Con-
cilii quia episcopus quondam Eugenius erat multipliciter denunciatus
sacro Concilio tanquam notorius criminosus et in citacione appellandus
eum non debuerat pro illa causa fidei aliquid deliberare sed potius
ad sacrum Concilium ubi omnium materia ista causa debebat agitari
Secundo esto quod ipse quondam Eugenius ex transmissione illa mo-
nitorii fuisset diffamatus apud grecos non tamen sequitur
quod propter hoc debebat Concilium transferri in preiudicia grecorum ho-
hoc cum sequeretur quod iudex facere debet ex debito processum cum
illis apud quos reus est infamatus quod tamen est falsissimum

Nam papa tamquam principalis minister ecclesie deffamari non in-
famatur apud unam gentem Sed apud multas nationes
et quandoque apud totam christianitatem apparet ergo secundum illud
argumentum adversariorum quod omnes de christianitate deberent venire
ut videant expurgationem quod tamen est falsum Satis est
enim quod reus expurget se coram iudice et si potest se expur-
gare eius purgatio postea mitti potest ad omnia loca in
quibus infamatus fuit Et sic potest tolli infamia ista publicati-
one sicut facit papa de episcopo ut probatur in c. habet hec ad
n. eg. v. quod immo est unus textus satis notabilis ad pro-
positum in c. statutum de offi. dele. li. vi ubi dicitur quod si iudex
deputatus in certo loco super aliqua inquisitione facienda
contra reum personam non potest ibi commode suum officium exer-
cere propter potentiam rei quod potest mutare locum iudicii sine
novo consensu principis delegantis ne quomodo modo possit
inquisitio impediri et reus de sua malitia reportet commodum
Et per illum textum Ego dico quod nostrum Concilium Basiliense non
debebat eo ipso facto transferri in ferrariam Sed ecce si fuisset
in ferraria ubi papa habebat ibi maiorem potentiam maxime
propter vicinos ibidem existentes tunc potuisset Concilium inde
se transferre et venire ad alamaniam ubi tutius potuisset
contra eum procedere Cuius enim ille tam levis caput est
ut posset istud in mentem adducere quod patres sacri Concilii Ba-
silienses potuissent secure per ytaliam adferre processum
contra tantum potentem et prepotentiam terrarum et amicorum Preterea
apud varios concluditur quo ad omnes partes in quibus pa-
pa fuit infamatus Unde oporteret quod Concilium prius trans-
ferretur in alamaniam ut purgaretur apud alamanos Et
sic de aliis quod ridiculosum est dicere et cogitare Ad
exempla autem predecessorum pontificum dico verum esse quod multi
pontifices infamia respersi congregarunt concilia sponte ut pur-
garent se in illis et quia actus ille erat spontaneus merito
potuerunt ad se vocare concilia Sed quod Concilium iam
sedens et inchoans processum contra papam teneatur velit
nolit se transferre pro voto pape ut se expurget hec nulli-
bi probabitur immo ratio refugit quod reus possit ad se evocare

Judice, rei enim est obedire judici et non precipere ut in c. 1 de judic. cum multis similibus. Nam si Concilium vel alius judex teneretur se differre pro voto rei multa sequerentur absurda, inquisitionis effectus ut notatur et statuunt communes leges Concilium in reo tasse papam ut se defenderet in Concilio ut c. vi. et ii. Item cum Balaam ut ii. Item symmachus. Et temporibus nostris vidimus Pisis generale Concilium congregatum evocasse et citasse quondam Benedictum et Gregorium. Item vidimus Constancie quod Pedro de Luna fuisset pro Benedicto citatus transmisisset Concilium in Perpiniacum locum sue residencie ut purgaret se in Cathalonia ubi erat infamatus per cedulam Concilii. Et idem possumus dicere de papa Johanne cum diffamacio plurimum degeneratur apud Ytaliam. Et tamen processus fuit factus in Constantia. Et ita de similibus. Et per hoc videamus forma conclusio luce clarius declarata quod Concilium generale Vniversalem ecclesiam representans fuit et hodie est in civitate Basiliensi illo pravo decreto pauco et iniusta pretensa dissolucione seu translacione per quondam Eugenium facta non obstantibus. Et sic de primo dubio.

Secundum principale dubium dicit scilicet sacrum Basiliense Concilium potestate legittima ipsum quondam Eugenium citandi et processum ecclesiasticum contra eum faciendi usque ad deposicionem inclusive habuit. Et idem qui potest deponi in Concilio generali respectu cuiusque summi pontificis multa et multa dici possent. Nam olim ante determinacionem seu declaracionem pellarum magnam Synodi Constanciensis factam multi circa hunc articulum tractatus et libelli ediderunt ac vari sencientes circa potestatem ecclesie sicut tamen glose juris canonici plurimum variarunt in istam materiam trepidantes ut quotatis in di. in istis xl di. si papa et iiii di. legimus et xv di. cum xvii q. iiii. Nemo xxiiii q. i. quotiens. Et in causa et in c. ne romani de elec. et c. licet c. ii et c. proposuit de concess. preben. et c. ad honorem de auctoritate et usu pallii et in c. quanto de translatione prelatorum. Et [illegible] doctores juris canonici

Et in multis aliis locis. Sed cum hodie Concilium illud ge-
nerale et famosum Constanciense apertam difficultatem declaraverit, inter-
pretaciones vane ingerere cessare debent. Nam dicta doctorum
sunt necessaria id est non necessitant ad tenendum hoc vel illud
Sed sunt tantum probabilia ut notatur in c. a. de postula prelatorum et in l.
i. C. de legibus. Sed ecclesie auctoritas bene necessitat, unde hereticus
tunc est censendus qui tenet sentenciam ab auctoritate ecclesie devi-
antem ut in c. de hereticis et c. hereticus et in c. inter here-
sim xxiiii q. iii. Adhoc textus iuncta glo. notabili in cle. de summa
et fide c. ad abolendam de hereticis. Et nichilominus dicit glo. in dicta
cle. i in verbo hereticus, quod non solum est hereticus male senciens de
articulis fidei vel sacramentis ecclesie ut in allegato c. ad abolendam
in principio sed eciam qui perversum habet dogma vel falsas vel malas
opiniones gignunt aut sequuntur contra doctrinam ecclesie ut
in iuribus proxime allegatis et in dicta cle. Item vere hereticus iudica-
tur qui pertinaciter affirmare presumit usuram non esse peccatum quod eciam
est contra doctrinam ecclesie de usuris c. ex gravi et tamen ipsi. Adde
est glo. notabilis in c. quia vero xxiiii q. iii que ponit octo mo-
dos quibus quis dicitur hereticus et inter alios ponit illum
cum quis male interpretatur scripturam ut in dicto c. heresis. Dec-
laracio autem Constanciensis Concilii hanc questionem omnino
diffinit sequentibus per hec verba formaliter. Hec sancta Syno-
dus Basiliensis generale Concilium faciens et universalem ecclesiam
representans declarat quod ipsa potestatem habet immediate a Christo cui
quilibet cuiuscumque status condicionis vel status dignitatis existat
eciam si papalis obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem
et extirpacionem heresis ad reformacionem ecclesie in capite et in membris
Item declarat quod quicumque cuiuscumque status et condicionis existat
vel dignitatis eciam si papalis qui mandatis statutis et ordina-
cionibus seu preceptis huius sancte Synodi aut cuiuscumque alterius
Concilii generalis legittime congregati super premissis seu ad ea per-
tinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit nisi
resipuerit condigne penitencie subiciatur et debite puniatur eciam
ad alia iuris suffragia si opus est recurrendo. Hec sunt ver-
ba formalia declaracionis facte per illam magnam Synodum

Nunc quidem declaracio facta cum aptissima sit, quo ad capitulum
nostrum de quo queritur, cuilibet hodie de ecclesia sancta quocumque
scrupulo sufficere debet. Nam ut dicit Jeronimus in disputationibus
suis contra luciferianum potata hos unica sola cum tuarum argu-
mentacionum rivulos exsiccare et appellabat solem auctoritatem
ecclesie. Et Augustinus in multis locis dicit quod non crederet evan-
gelio nisi eum ecclesie auctoritas commoveret. Ita potest hodie dici
cuilibet volenti indubium vertere potestatem ecclesie supra papam.
Cum autem sacrum concilium processit contra quondam Eugenium
non potest resistere indubium de eius potestate ipsum non ullam
adversariorum non valentes aliter subterfugere auctoritatem eius
dicunt quod Constanciense concilium illam declarationem fecit post fugam
Johannis a concilio Constanciensi et ante obediencie aliorum qui
se gerebant pro summis pontificibus Gregorii XII et Benedicti XIII
venerunt ad concilium Constanciense quasi velint dicere quod
illud concilium Constanciense tempore declaracionis dicte non erat univer-
sale sed representabat obedienciam dumtaxat Johannis. Sed
profecto iste obiectiones dignitatem illius constitucionis seu decla-
racionis non enervant quia supposito quod ita sit quod post fugam
Johannis et ante unionem aliarum obedienciarum fuit facta illa,
tamen tota ecclesia universalis postmodum ibi unita tacite multipliciter
illam constitucionem approbavit. Primo approbando deposicionem Johannis
qui fuit depositus ob multa delicta notoria scandalizancia
ecclesiam. Non autem potuisset deponi per concilium nisi concilium
supra eum fuisset circa potestatem quia inferior non habet potestatem
in superiorem nec par in parem ut in c. inferior et c. duobus de
di. et in c. innotuit de elect. et l. Ille a quo § tempestivum
ff. ad Trebellianum. Et si dicerem contrarium sequeretur quod papa Marti-
nus non fuit tunc electus quia tunc vacabat ecclesia pro
defectu potestatis. Et ideo dicerem quo ad propositum quondam Euge-
nium qui ex illa origine sortitus est apostolatum, cum dicit
illud concilium errasse in potestate universalis ecclesie et detraxisse
de privilegio prelatorum ecclesie romane, dices illi patres
et eos sequentes iudicassent in heresim ut in c. 1 xxiij di.
et sic dampnaret totam obedienciam suam que maxima erat

Nota utrum si tunc fuit concilium Constanciense ut mentiuntur [illegible] non quondam Eugenius fuit

Nam ei obediebat tota germania ytalia francia Et multe alie nationes Item si venissent ad hereses quas alie obediencie gregorij et benedicti commisissent se incorporassent illi Concilio con-ta in quibus xxiiij q. iij Item illa Constitucio erat ~~illa~~ ibi plusquam notoria et nunquam post unitatem facta fuit contra illam reclamatio ymmo fuit per totam ecclesiam recepta cum tacito consensu quia illud cui non resistitur approbatur ut in c. error lxxxiij di. Item hec propositio efficaciori racione Concilium Basiliense fuit legittime institutum per ecclesiam universalem et indubitatum et nichilominus illud in decreto Constanciensi seu declaratorium receperunt approbaverunt et confirmaverunt ut patet in decreto sue Sessionis etc. plus est ipse dominus Eugenius in sua adhesione sua expresse videtur illud approbasse quod dixit et confessus fuit in illa adhesione Concilium Basiliense fuisse legitime institutum et continuatum ac congregatum extitisse pro extirpacione heresum pace populi christiani ac generali reformacione ecclesie in capite et in membris et prosequendis ad ea que ulterius est bene nondum Hec itaque approbacio et confirmacio illius constitucionis Constanciensis prestat illam adhesionem ergo multiplicitatem fuit illa constitucio approbata per totam universalem ecclesiam ymmo et si ipse dominus Eugenius noluisset consentire aliis in istis que tenerunt ad fidem et reformacionem ecclesie et in prosequendis ad illa iudicium Concilij prefertur sine pape ut in c. anastasius xix di. et ibi no. in c. Sicut xv di. et ibi per archid. Nec fuga Johannis habuit impedire effectum illius declaracionis quia ut declaratum fuit in illo Concilio per illius fugam non desinit esse Concilium nec auctoritas concilij fuit aliqualiter impedita efficacia cum papa se alienavit retardando ab universali ecclesia ut in c. Alienus xxiiij q. i. Et ipsa ecclesia superior est Iure divino fundamentum potest omnem potestatem ecclesie exercere sicud potest mortuo papa mutare formam sacramentorum ut cum dicit notabiliter archid. in c. Porro lxx-vi di. quod potest ecclesia mortuo papa mutare formam sacramentorum ista formam penitencie et in baptismo quia ista forma fuit instituta a christo Et per ecclesia potest mortuo papa eciam ardua exercere et reformare que acta fuere eciam tempora apostolorum quod

Quomodo procedatur contra papam [illegible] mortuo papa

Bene notandum si eius iurisdictio ecclesiastica non esset in ecclesia
tanquam fundamento non posset hoc attemptare ecclesia mor-
tuo papa, papa autem fugiente a conciliis habetur pro mortuo
seu absente ar[gumentum] in c. cum dilectus de elec[tione] et xvi q. 1 § hinc et
[illegible] in aliorum. Et ut glossa declaracio Concilii Constanciensis et
applicacio subsequens Concilii Basiliensis non videntur edita
sine fundamento corroborato et iustificato illam eius facere iure
divino scilicet dicti non nullorum sanctorum corroborata apostolica pon-
tificio exegesis [illegible]. Et per consequens ecclesie universa-
lis. Item racione iuris naturalis et iuris civilis iure autem
divino fulcitur multiplicitate multisque modis. Et primo eadem
quam pro fundamento totius edificii inducitur illa auctoritas
ewangelica [illegible] xviii Si peccaverit in te ~~f~~ frater tuus et dic
ecclesie, quod idem sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Nemine
excepto excepit a iudicio ecclesie. Sed illud constituit ultra et su-
premum ultra nemine excepto. Supremum et nullum aliud iudi-
cium ultra illud posuit sed absolute dixit contemptorem
illius iudicii haberi pro ethnico et publicano. Et quod includatur
papa patet: primo quia loquebatur ipsi Petro. Et per eum
voluit remittere ad iudicium ecclesie. Secundo quia quilibet christianus
appellatur frater tuus, et per appellacionem cuiuslibet fratrem Petri.
Item Christus in ewangelio dicit vos omnes fratres estis. Et apostolus
et Petrus [illegible] dicit [illegible] fratres [illegible] ut [illegible] et
hoc voluit glossa in c. Nemo [illegible] q. iii que dicit quod si papa
delinquit seu peccat potest peccatum eius ecclesie denunciari
per [illegible] evangelicam si peccaverit [illegible] dicit tamen hoc
determinasse in c. si papa xl di. et in illo c. si papa fuerit
hoc idem in hac determinacione videlicet quod de illo crimine papa
denunciari potest [illegible] potest accusari et non de aliis quam
tamen in utilis esset talis denunciacio que verba diligenter
sunt notanda. Papa autem accusari potest de heresi et quo-
libet crimine notorio ex quo scandalizatur ecclesia et de eo
est incorrigibilis ut notat glossa in dicto c. si papa ut infra
[illegible]. Et in hoc temperamento debet intelligi et limitari
[illegible] in c. [illegible] de [illegible] et [illegible] in c. si papa xl
di. que alias [illegible] [illegible] videntur. Et ut [illegible] [illegible]

dubitacionem Nec forte apostolorum ecclesie ponitur solus summus pon-
tifex immediate post illa verba subiungit Amen dico vobis que-
cumque alligaveritis super terram erunt ligata et in celo Et per
aperte ostendit quod nomine ecclesie intelligebat dominus apostolos
qui tunc representabant totam ecclesiam Cum ergo Christus nomi-
ne excepit a iudicio ecclesie vana est glossa que excipere vult
facere de papa sine expressa auctoritate Christi Nam quod totum
dicit nichil excludit Et sicut indiffinite locutus est Christus
ita indiffinite intelligere debemus xix di. Si romanorum et
[illegible] solite: Domino: et alie. Et sileant hodie omnes glo-
ssatorum Cum hec opinio seu intellectus qualis ad illam
auctoritatem fuit approbatus in illa magna synodo Constanciensi
ubi erat tanta magistrorum et doctorum iuris divini et humani
copia Unde tanta auctoritas tantorum virorum prelatorum in unum con-
gregatorum debet sufficere etiam si illud non fuisset universale Con-
cilium Item tenent auctoritas Concilii Basiliensis a quo
omnes fere viri eminentes de christianitate per se aut per procuratores
fuerunt incorporati Unde dicere contrarium nil aliud est quam dicere
omnes fuisse hereticos Et concilium illud errasse in fide quod
non est obmittendum precipue propter opiniones magistrorum qui
parisius locuti sunt vel fuerunt Secundo hoc idem probatur illa auc-
toritate domini ad omnes apostolos prolata Vos estis sal terre quod si
sal evanuerit ad nichilum valet ultra nisi ut mittatur foras
et conculcetur ab hominibus Ex qua auctoritate apostolorum ne-
minem Christus excepit quidquid secundum Io. clarissime vir aperte
sensit illam auctoritatem habere locum et contra papam
ut colligitur ex verbis suis xl c. no. omnes [illegible] ubi
inter cetera dicit sed non est facile stare in loco petri
et pauli scilicet tenere cathedram eorum cum Christo regnantium
infatuatum sal ad nichil prodest nisi ut proiciatur foras et
conculcetur a porcis Hec sunt verba Jeronimi Et ut dicit
ibi glossa infatuatum sal dicuntur stulti prelati insipidi nisi per
dicendo scilicet indeliberate qui eiciuntur foris per depos-
itionem ut conculcentur a porcis id est demonibus Et
quamvis ibi respectu pape non dicatur patet quod fiet ista depositio

Attamen glo. est notabilis in c. sicut inquit xi q. iii que dicit quod ubicumque reperitur papa posse iudicari intelligi debet quod per concilium generale ecclesie, facit quod c. si papa xl di. simpliciter dicit papam posse iudicari de heresi et non dicit per quem. Sed doctores intelligunt per concilium ut no. archi. in c. in fidei favore de here-ticis li. vi et est glo. in c. si duo lxxix di. in glo. i. iusti que dicit concilium convocandum in casu scismatis. Et ad consimilibus est glo. ubicumque reperitur papam posse iudicari ex quibus plenum patet preeminentia concilii supra papam. Tercio facit illa auctoritas evangelica in qua Christus loquens de se dixit apostolis omnibus nemine excepto Ego sum vitis vera vos palmites si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescet et colligent eum et in ignem mittent et ardet. Ergo sit ille papa vel alius qui recedit a Christo imputata heresim contingendo debet deponi seu eici defectu [illegible]. Et si non vult se corrigere debet tradi curie seculari ut igne pereat de hereticis excommunicamus et in c. plerique et sic quod no. glo. in c. ad abolendam et in respectu excommunicamus pape congregabatur concilium ut proxime dixi. Si ergo concilium non haberet preeminenciam supra papam frustrate essent iste auctoritates quo ad personam pape. Nec obstat si dicatur quod fundamentum iurisdictionis ecclesie ut infra dictum est in ecclesia universali et non in concilio. Eciam de ipso concilio Christus non facit mencionem.

Ad hoc dico quod licet fundamentum iurisdictionis sit in ecclesia universali tamen quia impossibile est congregare universalem ecclesiam cum consistat in universitate fidelium de q. di. i. Ecclesia quidem una sancta est ecclesia militans et triumphans ut plene no. per Jo. an. post Jo. mo. in c. fundamenta de elec. li. vi. Attamen ecclesia ipsa universalis exercet iurisdictionem suam per concilium apostolorum representans. Hoc probatur actuum xv ubi in illo concilio apostolorum indiffinitum concilium dicitur ecclesia representativa. Sicut [illegible] dicit glo. nobilis super rub. [illegible] sit [illegible] que dicit quod concilium civitatis representat totum populum civitatis. Videtur xxv q. i.

no. eciam universale per [illegible] concilium generale

no.

c. i. hoc clarius sumitur ex eo quod cum petro dixisset dic ecclesie
statim dirigendo verba sua ad discipulos (dixit) Amen dico vobis que-
cumque alligaveritis super terram etc. Summitur ergo satis certe
ex eo ad eosdem et per hoc c. firmiter de summa trini. et fi. ubi
dicitur quod deus tradidit claves ecclesie apostolis et eorum
successoribus. Et idem c. nova de pen. et remiss. Quarto
corroboratur predicta per illud quod habetur Jo. xx. quod post
resurrectionem suam volens confirmare potestatem datam ecclesie
prepositis apostolorum dixit Sicut misit me pater et ego mitto — no. quod dominus dedit apostolis et non soli petro
vos accipite spiritum sanctum etc. Unde non dixit mitto te petre
sed mitto vos scilicet in eadem potestate qua pater me
misit. Unde sua potestate eomodo necessaria ad regimen
ecclesie Christus tunc misit in ecclesiam. Et per hoc dictum doctissimi
viri Cipriani in c. loquitur xxiiii q. i. ubi inter cetera dicit
hec verba Quamvis omnibus apostolis post resurrectionem suam
parem tribuat potestatem et dicat sicut pater me misit et
ego mitto vos accipite spiritum sanctum tamen ut unitatem ma-
nifestaret unitatis eiusdem originem ab uno scilicet petro inci-
pientem sua auctoritate disposuit et subdicit hoc erant [illegible] utique ceteri
apostoli quod petrus fuit pari consortio prediti et honoris et po-
testatis Sed exordium ab unitate proficiscitur ut ecclesiam Christi
unicam ostenderet quam unam ecclesiam in cantico canti-
corum hec ex persona Christi designat et dicit Una est columba — no. potestatem datam apostolis et petro post resurrectionem
mea etc. Et post pauca subdicit quam unitatem tenere et
vendicare debemus maxime nos episcopi qui in ecclesia dei presidemus
ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus
Nemo fraternitatem fallat nemo veritatem fidei perfida pre-
varicatione corrumpat Episcopatus unus est cuius singulis in solido
pars tenetur. Et advertendum quia licet glo. ibi dicat quod
omnes apostoli ibi fuerint pares in ordine sed [illegible] secus in ad-
ministrationis plenitudine. Et idem no. in c. Gregorius xxi di.
ubi dicit clarius quod in administratione petrus fuit maior aliis
Et notanda est diligenter illa glo. quia non dicit quod petrus
solus habuit administrationem sed quod fuit maior in administratione — no. petrum fuisse maiorem in administratione
alii vero apostoli cum eo etiam habuerunt administrationem licet petrus plenius — ceteris apostolis et melius

sunt in exercitio ceteris ecclesiis et membris omnibus de ecclesia ut
in c. sacrosancta xxi di. et hoc modo intelligitur c. in novo post alle. di.
dicitur quod petro primo pontificatus ecclesie datus est vel dic.
primo id est principaliter maxime et precipue ut sentit hug. ibidem. c.
in novo xxi di. in fundamento inferius totius ecclesie est in
ecclesia universali per hoc. c. ita dominus xix di. ubi dicitur quod
huius muneris sacramentum ita dominus voluit ad omnium apostolorum
officium pertinere ut in beatissimo petro apostolorum omnium summo
principaliter collocaret. Et sunt verba leonis et ponderan-
dum est illud verbum principaliter. Non enim dixit quod voluit
ad petrum solum pertinere sed ad omnes apostolos et ad petrum tamquam
tamquam caput ministeriale seu pollitiam etc. Sicut notatur
dicit hugo in c. porro lxvi di. quod omnes apostoli fuerunt
episcopi et principes constituti super universam terram et
per se. Et indifferenter omnes [?] administrabant. Et notanda
sunt hec verba prophetie ultimo. Et ideo notanter exposuit aug.
super illo psalmo: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitu-
es eos principes super omnem terram ut habetur in sup-
tione in c. quorum vices lxviii di. ubi urbanus querens
quorum vices in ecclesia [?] habeant inducit pro solutione
augustini auctoritatem qui exponendo illa verba prophete per dicit
patres missi sunt apostoli pro apostolis nati sunt filii nati sunt
hodie [illegible] episcopi qui sunt positi [illegible] nati sunt ipsa eccle-
sia patres appellat ipsa illos genuit et ipsa illos constituit
in sedibus patrum. Et loquendo ecclesie universali ad quam locu-
tus fuerat propheta in verbis predictis dicit idem aug. pr-
non te ergo putes desertam quia non vides paulum non vides
petrum quia non vides illos per quos nata es de prole tua
crevit tibi paternitas pro patribus tuis nati sunt tibi filii
constitues eos principes super omnem terram ipsos filios genuit ec-
clesia et constituit eos pro patribus suis principes super omnem
terram hec aug. Ex quibus verbis patet plenius excellentia
ecclesie. Etiam infertur quod eo papa vel alius instituit episcopum
hoc facit tamquam minister ecclesie et ecclesia per ipsum hoc dicitur

sacre unde ecclesia eos primo generat baptizando et alia sacramenta
exhibendo Secundo eos eligit et instituit in episcopos et sic ex du-
plici capite christi dicuntur filii ecclesie possunt etiam dici patres
ecclesie quia eorum predicatione et ministerio homines convertuntur
ad fidem ut ibidem legitur et non vero obstat si dicatur quod christus
claves ecclesie potestatis et discretionis dedit soli petro ut
habetur Mt xvi Et tibi dabo claves regni celorum etc. ut in
et hoc idem confirmatur in decreto c. Simonia et in decreto c. loquitur
et in c. aliorum ix q. iii cum multis similibus Ex ista autem
fundabant se quidam assentatores pape quia si papa habuit
potestatem super omnes ergo a nemine iudicari potest quia
inferior non ligat neque iudicat superiorem ut in decretali c. inferior
et denique XXI di. primo nec par in parem imperat ut in decreto c. Innotuit
Adhuc tamen dicendum patet ex predictis quod soli petro non fuit
data potestas quia primo nec per illa verba tibi dabo claves
fuit data aliqua potestas sed promissa cum sint verba futuri
temporis et illa promissio de datione clavium fuit facta petro
gerenti tunc typum seu figuram ecclesie universalis et hoc
voluit Augustinus in pluribus locis Habetur enim per eundem in libro
de doctrina christiana c. xiii ubi sic dicit Est ecclesia corpus
sicut apostolica doctrina commendat quod eius etiam dicitur
et paucis interpositis dicit sic Has ergo claves dedit eccle-
sie sue ut quecumque solveret in terra soluta essent et in celis
et clarius idem Augustinus super Jo. sermone cxxv loquens de ecclesia
sic dicit Cuius ecclesie apostolus petrus propter apostolatus sui primatum
gerebat figurata generalitate personam quod enim ad ipsum proprie pertinet
natura unus homo erat gratia unus christianus habundantiori
gratia unus idemque primus apostolus Sed quando ei dictum est tibi da-
bo claves regni celorum et quodcumque ligaveris super terram erit
ligatum et in celis et quodcumque solveris super terram erit solutum
et in celis universam significavit ecclesiam que in hoc seculo
diversis temptationibus velut imbribus et fluminibus et tempesta-
tibus quatitur et non cadit quia fundata est supra petram
unde petrus nomen accepit Non enim a petro petra sed petrus
a petra sicut non christus a christiano sed christianus a christo vocatur

Nota quod fuit ... data
petro generaliter solus
super terram ut quia tunc
universalem figuravit

no. et l. vera tu es
petrus et super hanc
petram etc.

Ideo quippe ait dominus super hanc petram edificabo ecclesiam meam
quia dixerat petrus Tu es christus filius dei vivi super hanc
petram ergo quam confessus es edificabo ecclesiam meam Petra enim
erat christus Super hoc enim fundamentum nemo aliud potest po-
nere preter id quod positum est quod est christus ihesus Ecclesia ergo
que fundatur in christo claves ab eo vere accepit in petro id est
potestatem ligandi solvendi que petra Hec beatus augustinus

no. ecclesiam recepisse cla-
ves in christo in petro dicen-
do et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam

ubi supra et probatur dicta augustini verbis glo. in c. ita dominus
xix di. ubi idem sentit quod augustinus quo ad expositionem illorum
verborum Et super hanc petram edificabo ecclesiam etc. id est in confes-
sionem hic archidiaconus post alios dicens sic exponendo Super
hanc petram quam confessus es scilicet me Petra autem erat christus
de con. di. ii. ventura super quod fundamentum erat petrus
Et hec est ipsa veritas quia ecclesia est fundata super christo

no. ecclesiam fundatam super christo

iuxta illud prophete Et perfice eam quam plantavit dextera tua
super filium hominis quem confirmasti tibi Idem est quod idem
augustinus in libello de fide ad petrum c. iii. ubi dicit Nunquam peccanti indul-
esset sperato desperatio si desperanti non esset remissio conce-
denda Sed penitentia peccatori tunc prodest si eam in ecclesia
katholica gerat cui deus in persona petri ligandi solvendique
tribuit potestatem dicens Quecumque ligaveris super terram
erunt ligata et in celis Idem idem augustinus in libro de agone
christiana dicens Non enim sine causa inter omnes apostolos huius eccle-

no. dictum augustini in libro
de agone christiana ubi
amas me pasce oves
meas ad omnes apostolos dicta

sie catholice personam sustinuit petrus date sunt Huic enim ecclesie
claves regni celorum date sunt cum petro Et quod ei dicitur
ad omnes dicitur Amas me pasce oves meas Et notanda
sunt et premittenda hec verba ultima quia illa verba a-
mas me pasce oves meas ad omnes apostolos videntur dicta
Hinc arbitror ecclesia in prefationem illa apostolorum dicit bellissima
et notanter in missa vera Ut gregem tuum pastor eterne non dese-
ras sed per beatos apostolos tuos continua protectione custodias Ut eis-
dem rectoribus gubernetur quos operis tui vicarios eidem contulisti pre-
esse pastores Ex quibus verbis clare colligitur quod omnes
erant pastores et sic pastura fidei ad omnes pertinet Item

|| Ponderanda sunt ||

Ponderanda sunt illa verba Crisostomi super tu vicarios etc. ubi
dicit apostoli sunt vicarii operis Christi et per consequens hodie omnes
illi qui successerunt in locum apostolorum xxiiii di. Quorum vices et
in c. In novo testamento di. xxi Sed sciendum est quod petrus inter pastores
fuit maior quia non solum fuit pastor ut ceteri sed etiam pas-
tor pastorum quia ipse habuit generalem pontificatum per illa verba
pasce oves meas ut in c. Significasti de elec. Sed ad omnes
referuntur illa verba ad petrum tamquam ad primum Et ob hoc
quia primus erat inter apostolos dignum fuit ut ipse gereret per-
sonam ecclesie in permissione clavium Sed datione clavium tamen
fundamentum iurisdictionis est in causa Unde petrus recepit tamquam prelatus
magister ecclesie licet ad eos communiter quia recepit pro se et pro ceteris
et pro omnibus de certa ut satis sentit Augustinus in locis
preallegatis Et potest salvari dictum in hoc si autem post c.
audivimus xxiiii q. i ubi dicit quod cum omnibus discipulis parem
ligandi atque solvendi potestatem dominus daret petro pro omnibus
et pro omnibus claves regni celorum se daturum promisit dicens
Tibi dabo claves regni celorum et exponamus illa verba quod
recepit pro omnibus id est in persona omnium et pro omnibus quia ma-
gis recepit ipse quam alii singuli singulariter quia petrus
prefuit et prelatus est omnibus membris ecclesie ut in c.
Quamvis xxi di. ubi dicit textus quod quamvis universe per orbem
katholice ecclesie constitute unus thalamus Christi sunt Tamen sancta
romana ecclesia catholica et apostolica nullis sinodicis constitutis
ceteris ecclesiis prelata est Sed evangelica voce domini et salva-
toris nostri primatum obtinuit Et notandum est ille textus prin-
cipue in eo quod dicit Tu es inquit dominus petrus etc. Et sic pon-
dera textum ut dicit quod ceteris ecclesiis prelata est ecclesia romana
Item ad hoc facit glo. ord. super illud ait xxi c. Tibi dabo
claves etc. Hunc per inmensum specialiter cum potestate petro
concessit ut ad unitatem nos invitaret ipsum ad ~~[illegible]~~ prin-
cipem apostolorum constituit ut tamen unum principale ille Christus haberet vi-
carium ad quem diversa membra ecclesie recurrerent si forte non
se dissentirent quod si diversa capita essent in ecclesia unitatis

Nota omnes apostolos fuisse vicarios Christi hoc quod in locum apostolorum successerunt petrus inter pastores fuit maior quia pastor pastorum

Nota quod petrus ut prelatus magister ecclesie recepit claves pro se et ceteris

Nota petrum magis recepisse claves quam alii singuli quia prelatus omnibus membris ecclesie

Vinculum accipere Que verba sunt notanda et presertim sibi ad-
quem diversa membra ecclesie recurrerent Quasi principatus petri
sit principaliter propter diversa membra et particulares de ecclesia non
autem quod ipse solus potestatem recepisset sed pro omnibus illam re-
cepit Sed ipse ut primus minister et prelatus Et sic possunt
saluari infinite auctoritates sanctorum ex quibus extollunt
adversarii ecclesie ipsos quod videtur innuere quod solus petrus
habuit primatum Et ipse solus fuit vicarius christi Et
quod fuit sum̄ ecclesie prelatus ex superioribus facit quod notatur
in xxi. et l. de Consideranda et c. fidelior et multis similibus
debent enim intelligi non predicto quod ipse accepit claves pro
omnibus et pro se Sed ipse fuit principalis minister Eo nullus
apostolorum preter eum fuit prelatus ceteris membris ecclesie Sed ipsa ecclesia
supra est iudicio tamquam in fundamento habet plenitudinem
potestatis propter facit ad id dictum [illegible] qui fuit doctor
excellentissimus in glosa preallegata ubi inter cetera sic dicit hec
autem ligandi atque soluendi potestas quamvis sibi petro data pre-
cedatur tamen et ceteris apostolis datur nec non etiam nunc et episcopis
et presbiteris omnis ecclesie etc. Et pro predictis considerandum quod potestas
ecclesiastica commissa sit in ecclesia tamquam in fundamento et etiam
dictum Jeronimi xxiiii. q. i. c. omnibus ubi sic dicitur omnibus
consideratis puto non intemere dicere alios ita esse in domo dei
ut ipsi etiam sint eadem domus dei que dicitur edificari super fir-
mam petram que unica columba vocatur seu appellatur
que sponsa pulchra sine macula ruga et ortus conclusus
et fons signatus puteus aque vive et paradisus cum fruc-
tu pomorum Que domus etiam claves accepit et potesta-
tem ligandi atque soluendi hanc domum si quis corrigentem
corripientemque contempserit sit tibi tamquam ethnicus et pub-
licanus De hac domo dicitur domine dilexi decorem domus
tue et locum habitationis glorie tue et qui habitare facit
unanimes in domo etc. Que omnia verba diligentissime sunt
notanda Nam clarissime innuit quod ecclesia vere recepit
claves et non solus petrus Et quod ipsa ecclesia habet excecucionem

vide dictum [illegible] et Jeronimi

clauium quando illis vult uti ut patet ex illo verbo Ihero-
nimi si quis corrigentem corripientemque contempserit sit tibi sicut
ethnicus et publicanus. Item iste textus Ieronimi plenius con-
fundit motiuum quorundam qui ad palliandas subterfugias quod
petrus recepit claues principaliter pro tota ecclesia dicebant verum esse
quod iurisdictio ecclesiastica est in ecclesia tamquam thezaurus in ar-
cha sed petrus fuit ille qui recepit claues ut aperiret archam
quando sibi videretur quasi innuendo quod clauium potestatis
sunt concessa soli petro licet pro tota ecclesia fuerint data etc. Sed
precedente textu Ieronimi aperte confunditur ista opinio. Similiter textus
Christi in euangelio quod dixit dic ecclesie etc. Et vobis videre quod ecclesia
ecclesia in [illegible] [illegible] conuertit ad eos apostolos dicens dico vobis quecumque
alligaueritis super terram etc. Ex quo claues sunt omnibus apostolis collatae
representantibus totam ecclesiam quia [illegible] [illegible] tota ecclesia ministros
suos unde ecclesia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vel [illegible] presbiter absoluit
[illegible] anime [illegible] facit [illegible] dictum Crisostomi super illo [illegible]
[illegible] quod si non audierit dic ecclesie exponit enim Crisostomus sic ecclesie id est
qui presidet ecclesie vel dic toti ecclesie ut maiore cum [illegible] pariat.
Post hec sacra scriptura [illegible] que fieri debet [illegible] ecclesie id est per
sacerdotem ecclesie [illegible] excommunicante tota ecclesia cum eo operatur etc.
[illegible] ultima sunt plura [illegible] notanda quod dicit canon quod quibus est
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] appellatione ecclesie venit quibus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] potest ecclesia dici
[illegible] [illegible] facit [illegible] [illegible] [illegible]
ultra Crisostomum dic ecclesie id est Concilio generali quod representat ecclesiam
totam ut aperte patet dictum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] patet ex eo quod Concilium [illegible] ecclesie [illegible] iurisdictionem
cum modo tamen [illegible] quam aliter diffiniendo et statuendo
ut [illegible] [illegible] xxiiij q. iij. Et in c. Si quis quibus [illegible]
et c. [illegible] [illegible] [illegible] dispensa [illegible] [illegible] de [illegible] etc.
Pluribus [illegible] articulum attingam [illegible] [illegible] [illegible] Conci-
liorum et [illegible] confunditur aperte opinio illorum qui dice-
bant quod solus petrus recepit potestatem iurisdictionalem alij
vero apostoli receperunt potestatem [illegible] [illegible] hoc est [illegible]

No[ta] contra [illegible] clauium [illegible] qui [illegible] [illegible]

ffm ut patet ex predictis Nam declamatio que fit in ea
iuxta salvatoris vocem dic ecclesie est contra caput jurisdic-
contenciosam Et idem patet per diffinitiones et sentencias
eciam excommunicationum latas per Concilium generale ut dicam infra in
gestis Conciliorum Hinc est quod paulus apostolus post Conci-
lium apostolorum actuum xvi perambulans Syriam et Gali-
ciam mandabat custodiri precepta apostolorum et Seniorum Ubi (apostolus paulus)
notanda sunt illa verba precepta apostolorum que sapiunt jurisdi-
contenciosam Item ponderandum est illud verbum Seniorum
Non enim solum mandabantur servari precepta apostolorum sed et senio-
rum id est aliorum presbiterorum ut intelligitur ex verbis consulta-
cionum que habentur actuum xv ubi quod sunt missi ad apostolos et
presbiteros Et facit ad factum Concilii Basiliensis quod ab eo in
Concilio incorporati sunt non solum episcopi sed eciam inferiores quia
omnes simul faciunt Concilium et representantes Ecclesiam univer- (quo per Concilio Basiliensi)
salem habent potestatem ecclesie Et possunt facere statuta
et precepta et omnem jurisdictionem exercere Ubi ibidem dicitur
visum sunt apostolis et senioribus et toti ecclesie ac quasi illi
representarent ecclesiam existentes in Concilio quod est bene notandum
Item facit quod habetur actuum xvi Cum enim paulus et
(paulus et thymotheus) Thimotheus transirent civitates tradebant eis custodire
dogmata que erant decreta per apostolos et seniores qui erant
in Jherusalem Et ponderandum est illud verbum decreta quod sapit juris-
dictionem contenciosam Juncto nota in c. fi. de tempore ordi. et in c.
ii de iudi. et iiii di. c. leges et in legibus facit glo. iiii di. in
summa Ad idem facit quod habetur in evangelio Matthei Cum dixit
dominus discipulis suis Amen dico vobis quod vos qui secuti
estis me sedebitis super sedes xii judicantes xii tribus israhel [illegible]
dicebat [illegible] usque in finem seculi in apostolis omnibus totum
ordinem sit et sacramenti nihil ecclesia militante utique apostoli
et episcopi eorum successores habeant jurisdictionem ut papa licet
papa sit principalior ar. in c. ad hec de heresie di. Hinc
omnia faciunt ad illam quod claves non sunt date soli

Promisse soli petro sed petrus tunc significabat totam ecclesiam Si enim
soli petro fuisset data potestas ecclesia non posset excommunicare Sed
hoc est falsum ut supra probatum est et infra latius dicetur ergo argumentum
petrus gerebat personam ecclesie hoc certum videtur facere dominus
super ipso eciam verba ponuntur in c. quodcumque xxiiij q. i ubi sic dicit
Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in celis dicit nunc dominus
si hoc petro tantum dictum est non hoc facit ecclesia Si autem et in ecclesia fit
utique que et in terra ligantur et in celo et que solvuntur in terra soluta
sunt et in celo Quoniam cum excommunicat ecclesia in terra in celo ligatur
excommunicatus cum reconciliat eciam in terra in celo solvitur recon-
ciliatus Et subdit si ergo hoc in ecclesia fit petrus quando recepit
claves ecclesiam sanctam significavit etc. Hec verba sapiunt in
in verbis Jheronimi prius allegatis ut eorum dictum clavium competat
ecclesie Idem est dictum leonis pape in sermone de apostolis videlicet
quod vis huius potestatis et decreti constitucio ad omnes princi-
pes ecclesie congruit Sed non frustra uni commendatur quod om-
nibus intimatur Ecclesie ergo sunt date claves principaliter
Idem est rabani regula que sic dicit Cum ergo soli petro hec
potestas videatur data ceteris tamen apostolis dabatur teste
christo qui insufflavit in eos dicens Accipite spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata etc. Et glo. ordi. super illo Ephe iiij quosdam quidem
dedit apostolos etc. dicit glo. vice christi predicantes ac omnes
ordinaciones et iudices Propterea facit aliud quod cantat ecclesia
in ympno apostolorum vos secli iusti iudices et vera mundi lumina
etc. Et in alio ympno Ecclesiarum principes belli triumphales duces
celestis aule milites et vera mundi lumina // Derisorie est ergo
dicere quod solus petrus recepit potestatem Idem est et planius
decretum quod fuit editum in concilio generali ubi dicitur
quod christus dedit claves apostolis eorumque successoribus etc. Et de
successoribus apostolorum vide glo. no. in c. videntes xij q. i fere
eciam ad predicta c. nova de pen. et remis. ubi dicit quod licet beata
virgo fuit excellencior omnibus apostolis non illi sed istis tradidit
christus claves regni celorum Multeque alie auctoritates idem possent

Quod quando petrus claves accepit ecclesiam significavit et ecclesie sunt date

qui in eis continentur / verba(?) non obmitto

Allegari quas brevitatis causa omitto // quod est opinio multorum
magistrorum universitatis satis eminentis. Quod licet Christus pro-
miserit se daturum claves Petro per illa verba Tibi dabo cla-
ves regni celorum etc. quia gerebat tunc Petrus vicem ecclesie
ty non legitur quod postmodum dederit sibi realiter illas claves
promissas sed eas Petro promissas in persona ecclesie contulit postea
dicitur quod dudum a sanctis apostolis et successoribus eorum in antiquis
decretis statutum que hactenus sancta et universalis apostolica tenet
ecclesia non oportere preter sententiam romani pontificis univer-
salia Concilia celebrari nec episcopos dampnari. Et subicit ibi quod
sanctam romanam ecclesiam primatum omnium ecclesiarum esse voluerunt
etc. Ex quibus verbis glosa ibi colligit quod Concilia dederunt

Nota quod alia causa tamen vel clericos alia [illegible] tractat concilium canones

volens consiliare vel homines multos cito edidit [illegible]

Nota Synodum dicitur aggregatio prelatorum etiam sine papa licite aggregata

Nota quod sacra Concilia in multis dederunt plenam potestatem romano pontifici

primatu romane ecclesie quod dicit. Ibi glo. verum esse secundario sed
quoad tempus principale ut xxii q. i. quamvis. Et ita intelligit in hac
distinctione et aliorum xix q. iii ubi idem. Videtur probare quod
Concilia dederunt potestatem singularem in ecclesia pape. Et hanc dis-
tinctionem quod principaliter habuit a deo et secundario a Conciliis
tenet ex glo. predicta. Et hinc est. Si ergo Concilia non habent
hanc potestatem superiorem a deo quomodo potuissent aliquam potesta-
tem dare pape principaliter aut secundario in nemo dat quod non habet
extra de reg. iu. c. damnabilium i q. vii et in vi. quod ante de sim(oniace) pravitatis
Sed ego soleo dare aliam et arbitror elegantiorem solucionem
ad illa iura videlicet quod Concilia dederunt singularem potesta-
tem pape in ecclesia dei non accumulative sed privative quo ad
alios quia multa subtraxerunt aliis et iniunxerunt esse et voluerunt
plura ad solum papam et in multisque abstinet Concilium
voluntarie volens illa explicari per solum papam. Exemplum predicto in
dud. et in c. quamvis in q. vi. Nam concilium provinciale pote-
rat olim ex causa deponere episcopum xv q. vii c. Si quis et c.
Si autem in similibus. Sed statutum postmodum fuit per Concilia
quod licet apud provinciales possent ventilari cause episcoporum
diffiniri autem absque auctoritate romani pontificis non debet
ut dicit textus in c. quamvis in q. vi allegans hanc racionem
videlicet sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum episcoporum
episcoporum cum diffinitum est etc. Idem dicitur in d. c. dud. facit
eciam quod hodie statutum est quo ad indulgencias concedendas. Nam
restricta est potestas episcoporum extra de pe. et re. c. cum ex eo de pen. et remiss.
Et ita dicendum in multis similibus. Nam apostoli olim ad omnia fere
apponebant manus que olim reservata sunt soli romano
pontifici. Et facit optime textus in c. Sacrosancta xxii
di. Ibi et post pauca inter beatos apostolos quedam fuit discre-
cio. Et licet omnes essent apostoli petro tamen concessum est a deo
et ipsi apostoli inter se voluerunt idipsum ut reliquis omnibus preesset
apostolis cephas id est caput et principium teneret apostolatus qui et
eandem formam suis successoribus et reliquis episcopis tradidit

tradiderunt etc. que verba sunt multum notanda Et presertim
ibi Et ipsi inter se voluerunt id est ipsum quem de numero apostoli
elegerunt petrum scilicet Et ibi principatum teneret apostolatus
Que verba sunt etiam valde notanda Ex quibus infertur quod
papa non habuit omnimodam potestatem solus Sed fuit primus
in apostolatu Et post in ecclesia ut predictum est a toto corpore eccle-
sie alias representato per apostolos Et in petro est tamquam in principali
ministro Et ideo si papa errat potest tota ecclesia id est Con-
cilium illam reputans contra eum modis predictis quia ad illud
ecclesia est maior urbe ut sepe dictum est Et facit optime
textus gregorii in eccl. glo. in c. ecce sicut di. Simile est pre-
dicare in regimine venetiarum Nam dux eorum est primus et in Con-
siliis et inter medietam tamen Si tamen errat per illos corrigitur
per Civitatem Et si opus est deponitur quia fundamentum
iurisdictionis est in corpore civitatis et in duce tamquam in principa-
li ministro Et simile posset dari similitudo in rectori et eo quia
dux iurisdictionem recepit a populo ideo non mirum si e contra a populo
deponi potest Sicut alias Imperatores qui recipiebant potesta-
tem a populo romano contra deponebantur eum aliquo populo ut
probatum in l. i ff. de orig. iur. Et facit quod notat Bar. in l. si
de lege Sed papa habet potestatem principaliter a deo ut
notatur in c. omnes xxii di. et in c. Sacrosancta prelegata et
xxi di. in novo et similibus Dicendum est Respondetur quod
licet papa recepit potestatem a deo tamen ecclesia principalis
recepit a deo et maiorem quia tota potestas ecclesiastica ut
predictum est in tota ecclesia tamquam in fundamento potestatis au-
tem recepit tamquam principalis ministra ut supra dictum post
Augustinum et alios Et ergo papa sit de corpore ecclesie et
non ecclesia principalis ut notatur dicit glo. in dicto c.
Ecce potest tota potestas et ipsum corpus ecclesie sibi respiciendo
et in eo tamquam ~~legem~~ aliquem divina donantem dicendum
sicut supra probatum est Et ut finem ponam nobis facio
submittens quandam nobilissimam auctoritatem Augustini probat

excellencia Concilii. Hoc enim Augustinus in quadam sua epistola
ad glorium et eleusium etc. Inter cetera contra quosdam donatis-
tas qui fuerant repulsi et quidam Cecilianus episcopus Cartha-
ginensis absolutus fuerat Milciadis tunc romane urbis
episcopi et quorundam aliorum collegarum eius ex parte imperatoris de-
putatorum quos ad preces donatistarum miserat imperator sic
inquit. Quod si dicant malos et perversos fuisse iudices quod
raro est cum malorum litigatorum ut fuerint causa manifestis-
sima veritate superati quare non eis adhuc dici posset et iustis-
sime dici. Ecce putemus illos episcopos qui Rome iudicaverunt
non bonos iudices fuisse restabat adhuc plenarium ecclesie
universale Concilium ubi etiam cum ipsis iudicibus causa posset
agitari ut si male iudicasse convicti essent eorum sentencie solverentur.
Ex quibus verbis notabiliter infertur quod a sede apud romanum pon-
tificem quod etiam tulisset cum suis collegis pontificibus potest
haberi recursus ad Concilium. Et per consequens Concilium supra pape
repellari potest si conveniatur iusta. Et hec probatur contra
auctoritatem Augustini in capitulo fidei sancte per quod fecit quod legitur et non
xxiii Di. Augustinus et xxiiii q. i. Cum quibus. Nec ob-
stat si dicatur quod in predicto casu papa commiserit administra-
tionem imperatoris propter delegationem sua causa fuit postea appel-
latum ad imperatorem quia quomodo imperator subsistit pape in spiritua-
libus ad iurisdictionem suam potius sua iurisdictione videtur ex-
traordinaria potestate delegare ut probatur in c. licet de officio ord.
Sicut Augustinus in epistola predicta talem appellat illud iudi-
cium ecclesiasticum. Nec obstat quod fuerat appellatum ad imperatorem
quia de facto hoc processit nec Augustinus hoc ibi approbat. Et hac
opinione quod in crimine heresis puta ubi precepit papa aliquid contra
fidem vel putat quod possit ad concilium appellari tenuit olim in
illa disputatione que incipit Episcopus [illegible] quia in causa here-
sis Concilium est supra papam. Et licet nichil capi. subditi
alia recedunt xxiiii q. i. [illegible] xix Di. Anastasius. Et

Ubi glo. et in dicto c. Item cum dicto Balaam in fine. Item Symma-
chus in eo cum quod papa est licitus minor est quolibet ca-
tholico ut dicit glo. in d. c. Alexander. Non est caput eccle-
sie sed extra ecclesiam hac autem conclusione habet ecclesia cuius
ecclesie fides deficere non potest xxiiij q. i. c. Recta et ibi glo.
et in c. quodcumque ex ea et q. Et si dicimus contrarium
ecclesiam posse periclitari et ipsam esse nec glo. in c. si papa xl
di. et in hoc cum non facio dubitationem Sed alias casibus
in quibus potest appellari a papa ad Concilium presertim in dicta
disputatione Et hec de conciliorum quibus ut predixi ac-
ceptat generalis conclusio ecclesie que magnam auctoritatem
habet in ecclesia Nam ut dicit Augustinus de fide catholica
ut habetur in c. catholica xi di. Catholica enim porro
diffusa tribus modis probatur Christe quod in ea continetur
aut auctoritas scripturarum aut traditio universalis aut certe
propria et particularis instructio. et qui textus est notandus
Idem c. omnia xi di. ubi circa versus textus Augustini
post principium

Secundum membrum scilicet declaratione per mediis po-
test adduci hec consideratio licet caput in corpore re-
gat corpus et influat in ipsum tamen si caput incidit in gra-
vem egritudinem membra ut provideant toto corpore li-
gant caput et constringunt Ita debent facere omnia membra
ecclesie et presertim totum corpus ipsius ecclesie congregate ut
si papa deviat a vera et scandalizat ecclesiam debent occur-
rere saluti totius corporis presertim cum papa non sit verum
caput ecclesie sed ministeriale seu politicum Nam verum caput
est Christus ut in c. unde de sacra unctione et ibi glo. in c.
ne romani de elect. Nam ecclesia est corpus Christi ut apostolus
in pluribus locis dicit Et textus in c. scisma in fi. xxiiij
q. i. et in c. dedicaverunt c. ea et q. solucionis unitio quippe Christi

sit caput ecclesie Ad id facit quia deficiente superiore licitum
est cuique sibi dicere ius ut no. glo. in c. Ius gentium .j. di. et
inno. et in c. olim el. primo de restitutione spoliatorum facit in c. ex tenore
e. de iudeis in l. Nullus et textus no. li. e. ti. Similiter pa-
sal qui contra e. t. Una in fi. in l. feu. ubi punitur vasallo domine
defectu iusticie sibi complere et dominum depredare quia in defectu
magistratus reuertuntur ad ius primum ante constitutos ma-
gistratus quo tempore licebat cuique ius sibi dicere. Presupposito ergo
et non concesso quod papa non habet hic superiorem. Attamen
cum suis prauis operibus adducit ecclesiam quasi in perdicionem
Et potest aliter induci ut se corrigat licitum est uti iure
naturali videlicet expellere eum ab illo regimine quia non dicitur
pontifex corpus tali modo abutitur pontificatu. Qualis enim
prelatus et incorrigibilis non videtur ex voluntate dei constitutus
Et hoc notabile dictum Ostiensis in c. Audacter viij q. i. ubi
concludit quod non semper preficiuntur ipsi a deo iudices ecclesie per
dei arbitrium dati. Adducit textum de Saule contra quem dixit
dominus per prophetam [illegible] fecerunt sibi regem et non per me
principem et non per consilium meum et tamen Saulem elege-
rat dominus. Sed quando non fit dei voluntate sed fit peccatis
populi merentibus fuerit electus negat eum tunc fieri voluntate vel
consilio constitutum. Item licet papatus ipse sit de iure
diuino tamen in personam assumitur vel illius est ex facto hominum
Namque cardinales gerentes ipsorum vices ecclesie vniuersalis
eum eligunt. multo fortius non est ipsum voluntate ecclesie
vniuersalis debet posse dici quia errarunt eligendo talem
Namque deus non videtur velle assistere huius electioni. Sed
potius assistere Cum dixit sal infatuatum ad nichilum valet
ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus ut supra
in primo membro sepius dixi. Item non est verisimile quod
deus non dimisit potestatem infra que valeat prouide-
re adversus hoc maximum periculum ecclesie ut ecclesia pre

Pastore lupum recepit rapacem et qui non posset adversus
illius rapacitatem sibi providere quam deus magis diligat pa-
riam sponsam suam scilicet dilectissimam hominibus quam ipse non elegit, qua
salutem totius ecclesie propria voluit sanguinem suum effu-
dere. Nam sicut verisimile dicitur Innocentius in c. quod super hiis de
voto, quod non fuisset dominus diligens paterfamilias si non di-
misisset vicarium aliquem qui posset vice sua subvenire omnibus
necessitatibus sponse ecclesie. Ita dico quod sicut subvenit
ecclesie dimittendo vicarium ita non est verisimile quod non subvenerit
ecclesie dimittendo potestatem supra vicarium si converteretur in lupum.
Et iste probaciones sunt ex superhabundanti. Nam ergo iure po-
test ecclesia providere omnibus suis membris ex potestate supra
sibi a Christo tradita, ut patet ex supradictis. Ultimo probatur
auctoritate nostra ex ratione iuris civilis pretextu notabilis in l.
si tu contraxeris ff. de solucionibus ubi habetur quod si mandavi tibi
ut rem meam traderes Sempronio, si tandiu Sempronius
est ita mutata quod verisimiliter ego non mandassem rem sibi
tradi. Non debet tamen res illi tradi. Ita quod ex sola volun-
tate mea contractata videtur revocatum mandatum. Ita in
proposito ex quo quis eligitur in pastorem et principaliter e-
ligitur ut pascat oves dei, unde dominus volens committere
Petro curam ovium suarum prius eum interrogavit an diligeret ipsum dicens
ut Io. ultimo et in c. significasti de elec. quamvis innuit
quod non est ydoneus pastor qui non diligit eum. Si ergo vi-
det ecclesia illum non uti officio pastoris sed lupi, non
potest mediante alio ut se corrigat, debet ex tacita volunta-
te dei illi subtrahere obedienciam. Pro quo facit etiam ro
legis l. si hominem ff. mandati ubi patet quod potestas specialis
impeditur per potestatem generalem si aliqua sunt innovata
verisimiliter non agitata per dominum tempore constitutionis et
dacionis mandati dedisse quod legitur et non in l. si quis
cum servo ff. de emptore auctore sortientis potest sibi providere

ecclesia universalis adversus malum pastorem contra voluntatem divina-
rum electum sed forte propter peccata populi ut dictum est. Sicut enim videtur
est quod ad actum quemcumque ecclesia ut supra dictum est regina et
corpus Christi et sponsa et columpna civitatis et terribilis in potesta-
te ut castrorum acies ordinata. Et hec sunt responsionibus
ad confirmandum ea que supra variis probata sunt de potestate
ecclesie. Et hec de isto dubio sufficiant.

Restat postremo tertium et ultimum attingere dubium an
scilicet contra dictum quondam Eugenium sacrum Ba-
siliense concilium iuste processit tam citando quam suspendendo
ac successive eum de papatu deponendo. Et quod sic, videtur iuste
processit manifestissime et eo magis patebit contra eundem
processit multipharie illata [illegible]. Et eum citavit et iudicavit
fundamentum [illegible] eum spoliavit ad eius insufficientem primo gesse-
dam scandala praemissa quod sacrum Basiliense concilium obtinu-
it precipue et propter scismata quedam contra concordiam aggregatum con-
stitit primo participacione hereticorum. Secundo per pacem ipso primo
de curia per actus dei reformandum tam in capite quam in
membris (quanto profectu et quanto tempore ipsa Basiliensis sy-
nodus circa primum elaboravit sumptibus et laboribus
et precibus inclitum Bohemie regnum attestari potest,
nonnumquam diu per bellorum arma magni certatibus gladiis pene
omnibus materialibus effici non valentes, ipsa sacra sy-
nodus doctrina sinceri variisque legatorum missionibus
ac mutuis disputationibus dei pro suis fomentis perget
ita ut illud regnum ad pacem pacificum redditur. Et
profecto si hec prius dissensio esset allata non extitisset una
ceterum scintilla in dicto regno remansisset. Et nisi concilium
illud manum et Eugenium apposuisset, vel nec in regno illo
in eadem arcuisset devastacionem attulisset. Quod multas
finitimas regiones infecisset et penitus corrupisset ut in multis

locis experiencia rerum magistra docuit. Quantum vero circa Gre-
corum reductionem et unionem. Nemo est qui nesciat. Nam ut su-
pra probatum est, suis crebris legacionibus ad eam unionem
et citati sunt Greci suis adhortationibus et pecuniarum largici-
onibus, presentibus imperatore Constantinopolitano, Grecorum prelati ad ipsam
rem tractandam advocati sunt. Et demum cum ipsorum oratoribus
ad instanciam eiusdem sancte synodi ad eandem unionis negocia reduc-
tionis et unionis concordata fuere. Et tandem non sine max-
imis et fere intollerabilibus sumptibus ipsa sancta synodus pro-
prio et Grecis ad locum conveniencium veniendi suis pecuniis et
sumptibus galeas plures destinasset venisset quod mox voto
sacri concilii nisi quondam Eugenius suas galeas destinasset
[illegible] per alios viros potentes et comites plurimos ut ad-
hesissent quondam Eugenium declinare sollicitati. Et si quid
boni tamen apud Grecos actum est, sacrum concilium [illegible]
ipsum enim fuit causa cause et per consequens causa effectus
ipsi enim sunt adhortati ut veniret ad concilium et
adducti eum sunt. Si ad sacrum concilium venissent, nulla profecto scintilla
si ad sacrum concilium venissent [illegible] ut videant cuncti quod non frustra
remansisset. Sed hec diximus ut videant cuncti quod non frustra
tamen sacrum concilium Basilee resedit, quod operam suam alios
quod erat primus extendendum manum non retraxit. Ad pacem
autem reformandam inter varios principes et varios populos
non pepercit operam apposuit. Attestari hoc possunt tota Gal-
lia, Ytalia et multe Germanie partes, et legationes tam
Cardinalium quam aliorum patrum varie missiones. Cura enim
mandatur dispensatoribus quod expensam et non ratio quia illa
non est in [illegible] dicit enim ipse parabola. Cura illius habe
ut cura remuneratur et labor. Unde apostolus ait se plus
ceteris laborasse. Non enim dixit ceteris plus profuisse. Ideo
inquit ipse cura redderet deus mercedem laborum. Circa autem
reformationem saluberrima plurima decreta edidit cum fere omnis
Romane curie et veteratorum abusum et Symoniace pravitatis

Nota quod advenit factum Grecorum quod concilium fabricavit per eos vel [illegible] fuit alius Eugenius impediunt

Nota quod [illegible] concilium Basiliense laboravit pro pace

Nota quod [illegible] sacrum concilium plurima decreta edidit

Extirpativa reducendo ecclesie statum qui heu dolor collapsum apostolo-
rum patrum ordinacionum salubrium utpote decretorum de elec-
tionibus non servandis quarundam pollucione et execucionibus provenientibus
omnibus saniem ~~ante~~ detestabili et nephande adipem. Cum a Roma-
nam ducebatur ecclesiastice dignitates ad intollerabiles
De decretis de annatis in quibus mala proveniebant ex pluribus annatis ~~dignitates~~ pluriores ita exponebantur quod aut perpetuo fenera-
toribus ipsi remanerent obligate aut collatores vendi-
tibus vel sepius quod ad aliquid prius verum queri potuisset
exponebantur pluribus quasi quadam negociacione qui ma-
iores et uberiores [illegible] saculos defecerunt. Ubi
disciplina et bonitate omnino contemptis. Et si quid teste
Augustino pervius fuerit aut indecorum ecclesie profecto
quam veri pastores ut in c. [illegible] xxiij q. iiij. Et ut
canon verissime attestatur nichil est quod ecclesie dei magis
officiat quam quod indigni assumantur prelati ad regimen animarum
ut in c. ne pro defectu de elec. Unde adimpleta videbatur illa pro-
phecia obscurentur oculi eorum ne videant et dorsum eorum semper
De gratiis expectativis. incurvent. Extinguebant gradum [illegible] abusum que in-
differenter [illegible] absque [illegible] gerebantur.
Preterea super beneficiorum collacione seu per reservacionibus
De collacionibus beneficiorum ordinariis tollendo et reservaciones tollendo auferendis. Ordinariis locorum [illegible] quod in [illegible] et
abusus curie Romane ita compressi erant et in suis iuris-
diccionibus exhausti ut solus papa omnibus ministraret quia
plus ~~ministraret~~ compararet ac si super eo [illegible] eccle-
sia fundata videretur. Oblitusque fuerit gestorum petri et aliorum
sanctorum successorum. Non sic egit Gregorius sanctitate et
sciencia mirificus quem patriarcha Alexandrinus qui cum univer-
salis ecclesie eum papam appellavit rescripsit ei tale ut nec
ita preparabiliter ultra non scriberet dicens quod aliis detrahi-
tur alteri plusquam racio exigit prebetur [illegible] honor-
rem meum esse non deputo in quo fratres ~~vestros~~ meos honorem
suum perdere cognosco. Honor meus universalis ecclesie est honor

plus ecclesie. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. tunc
ego sum honoratus cum singulis quibusque honor debitus
non negatur etc. ut latius habetur in c. Ecce rescripsit de pri. Et
alibi idem gregorius sic inquit Si sua unicuique episcoporum
iurisdictio non servatur quid aliud agitur nisi ut per nos per quos eccl.
custodiri debuit ordo debuit confundatur ut in c. pervenit
xi q. i. Vidit insuper sancta Synodus Basiliensis decretum — decretum Lateranense
Lateranensis imitando illam sacram Nicenam synodum que statuit
negotia debere tractari in conciliis in quibus orta sunt ut — De conciliis provincialibus et synodalibus tenendis
plenius habetur in libro Conciliorum et narratur in c. ii ne
nimie. Vidit insuper decretum de celebrandis provincialibus
et synodalibus celebrandis dans formam ut singula ibi — De concubinariis et iudeis et assumptione ad sedem apostolicam et ad cardinalatum de parisiensis possessionibus et precipue decretum de electionibus
de morum reformatione tractantur. Idem de concubinariis
de iudeis. de assumptione ad apostolicam sedem et ad cardina-
latum. de parisiensis possessionibus et multis aliis quidem
honestissimis ad ecclesie reformationem pertinentibus tam in capi-
te quam in membris et precipue inter alia sanctissima opera
edidit illud decretum ut ecclesiis collegiatis precipue cathe-
dralibus per clerum canonicum ~~...~~ et non pauperum vel scolarium
rectorum et personarum longitiorum provideatur. Et presbyterorum
ipse ecclesie ... qui primus et precipuus inter sanc-
tissimos esse debuit tamquam in persona petri specia-
liter a Christo dictum fuit Si diligis me pasce oves meas
Jo. ultimo Non solum hec omnia decreta respexit Sed etiam
illa que recenter in sua admissione solemni approbavit confitendo
illud sacrum Concilium Basiliense legitime fuisse in initio suo
ac continuationem prosecutionemque habere debere ad illa sanctissima
opera ad que extitit congregatum sanctis predicta incorpore
de reformatione facienda tam in capite quam in membris Quan-
to cum magna animadversione hec transgressio digna sit
ut saluberrima decreta generale Concilium ... congregatum

super reformacione ecclesie edita per patres concilii pro tempore facile

contra decretis quisque concludere poterit (Color) in contemptum

contemptu blasphemia in spiritum sanctum oritur. Ut est textus no-

tabilis damasi pape per Inquirentes violatores canonum vo-

luntarie graviter a sanctis patribus iudicantur Et a spiritu

sancto instincti cuius ac dono editi sunt dampnantur

quia blasphemare spiritum sanctum non incongrue videntur qui contra

eosdem sacros canones non necessitate compulsi sed libenter

ut premissum est aliquid aut proterve agunt aut loqui pre-

sumunt aut facere volentibus sponte consentiunt Talis enim

presumptio manifestum genus est blasphemantium spiritum sanctum quoniam

ut iam prelibatum est contra eum agit cuius nutu et gratia

sancti canones editi sunt. Hec notabilissime damasus

in c. Violatores xxv q. i. Cui quidem damaso concordare

videtur ille magnus leo papa Inquirens ut recta/integre

na vote prudicare non timeo quod qui illa que diximus sa-

cerdotum patrum facta [illegible] apud nos canonum nomine intitula-

sunt sit ille ~~textus~~ Christus sive clericus non indifferenter

generaliter recipere necesse catholica et apostolica fidem nec

sancta ecclesia vera quatuor evangelia utiliter et efficaciter

ad effectum suum retinere vel tradere probatur ut est textus no-

bilis eiusdem leo: in c. de libellis [illegible] si xx di. unde glo. ibi

colligit quod non recipiens canones sanctorum patrum

et contemptum est hereticus Et sic ipse hanc probat tex-

tus videtur negare potestate canonum quo cum absque

hesitacionis scrupulo talis in heresim damnari incidit ut

le et no in c. Nulli xix di. Nam hereticus est non solum

qui errat in articulis fidei sed etiam qui habet perversa

dogmata vel novas gignit opiniones diversas a iudicio

ecclesie ut est textus et glo. in cle. i. de sum. trin. Et dicitur

xxiiij q. iij in c. heresis et in c. absolute de heret. Et ad propo-

situm nostrum contra apostolum quondam Eugenium facit textus in c.

Vide sit hereticus

heretici xxiiij q. iij ubi textus Augustini sic bellissime expo-
nit dicit hereticus est qui alicuius temporalis commodi et maxi-
me vane glorie principatusque sui gratia falsas aut novas opi-
niones vel gignit vel sequitur etc. Sicuti dixit glo. singularis
in c. sacerdotes et reliqui ministri ij q. vij ubi si prelati non
fuerint canonice potest ab eis recedi propria auctoritate sicut ab
hereticis et excommunicatis etc. ante sinon et fac. c. aliorum etc. ea
et q. Et intelligo illam glo. quando prelati indifferenter seu ex
contemptu nolunt se submittere canonibus sicut decretis
Concilij faciebat ipse dictus Gabriel unde ex predictis potuisset
sacrum Concilium subtrahere obedientiam ex ista notoria contumacia
Nam sacrum Concilium sepe monuit ipsum quondam Eugenium in suis
litteris per suos oratores et litteras ut decreta sacri Concilij vel-
let observare tenebatur tempore eodem nam semper elaboravit
Sed ne monitis non paruerit debebat ne pati ut Conciliorum
auctoritas collaberetur et eum in papam tollerare que male se
habet de auctoritate ecclesie immo ipsum contemptorem videbat
Nam error cui non resistitur approbatur ut lxxxiij di. c.
Error quod immo non solum predicto contemptu respersus erat sed
tamquam notorius scandalizator ecclesie et incorrigibilis Con-
cilio ipso delatus fuit utpote de Simonia periurio dilapida-
tione bonorum ecclesie transgressione statutorum Concilij Basiliensis
et de scismate et de aliis quam pluribus irritatoria contra ipsum
decreta expressa notarie ... criminibus attentis quis ne-
gare audebit sacrum Concilium citare non valuisse aut non
debuisse ipsum quondam Eugenium Nam ut patuit in precedenti
dubio sacrum Concilium procedere potest contra papam in crimine
heresis manifesta vel occulta etiam si suspectus tantum dicatur
de heresi quo casu non solum sacrum Concilium immo imperator
potest exigere a papa ut fidem suam ponat in scriptis ut
est textus notabilis in c. Satagendum xv q. vi. Item ubi aliud
crimen (quodcumque sit) illud est notorium et ecclesiam scandaliza-

nota quod si prelati non fuerint canonice potest ab eis recedi licet ... papa

Advertit quomodo debuisse quondam Eugenium propter pertinaciam tollerare excepti decretis qui requirunt scandalizatores etc. fuit ipso Concilio delatus

Ecclesia et vestram nostro generabant omnia predicta que si
fuissent debito modo per predicta Synodum ~~Eugenium~~ defensata sed
sunt capitum inferebant et scandalum totius ecclesie. Potuit
ergo et debuit sancta Synodus apud quem Eugenium
amonere et citare ut compareret per se vel alium in causis
hiis ad se excusandum vel defendendum. Nec poterat omnibus premi-
entibus sine dei offensa illam citacionem pretermittere. Nam
ut dicit gregorius Sicud laudabile discretioque est reve-
renciam et honorem exhibere prioribus ita rectitudinis
et dei timoris est si qua in eis sunt que indigent correctio-
ne nulla dissimulacione postponere ne toto habeat cor-
pus morbus invadat si languor non fuit curatus
in capite ut habetur ii q vii c Sicud inquid pre-
terire non debuit sancta Synodus illud contra gregorius
super. Jheronimus qui dicit otiose non est transeundum quod pec-
cante viro fit contra omnes ipsius vanit Sicud achar accidit
peccante hoc cum filiis eius propter accidit quando sacerdo-
tes qui preerunt contra delinquentes benivoli videri volunt
et verbis peccancium pretium legis sacerdotalis severitatis in-
memores noluerint corripere quod scriptum est peccante coram
hominibus argue ut ~~ceteri~~ ceteri metum habeant Et iterum
auferte malum de vobis metipsis. Et post pauca sed pre-
particiter universe ecclesie noluerunt intuitu que ista boni-
tas quod ista una est petere et omnes ad disciplinam addu-
cere. Palliata cum vulnera sanitati preclusit sicut vulnera
sue morbida ... fomentis continentur que febra ... sit
imposito ut habetur ... Sed illud xlv di c. Sed
quid multis immoror. Debuit nec tamen illud propter dictam
sancta Synodus preterire quod tantum publice et non au-
diente ecclesiarum inundat ut etiam et publicum habi.
Sed fortassis dicent adversarii hec et alia in citacione ex-
pressa minime veritate continebant. Profecto hec allegata

Videtur ubi citatio si fiet praedicti ... in citacione expressa non continebat veritate sed non solum

Non excusat ipsum olim Eugenium quia ad iustificacionem citacio-
nis satis est quod illa exprimantur in ipsa Citacione que si
vera essent fundarent Iusticiam citacionis Ut notat Bar. in l. in
princ. ff si quis in ius vocatus Et Inno. in c. veniens et c. ad hec et
generale de foro compet. Et Guido de Suda in antiqua compilatione
c. ubi de c. agi oportet. l. ad quedam puella ff de iur.
omnium et iudi. ple in glosa mea in c. si clericus laycum de foro
compe. Si ipse quondam Eugenius pretendebat illa falsa vel habe-
bat aliquam excusacionem ad illa cur non comparuit per se
vel alium et insufficientes fuisse ostendisset quam prima Innocenciam
Et dedisset pacem ecclesie Cum ei non imitatus est Gregorium
nec Sixtum Leonem Simachum Marcellinum et multos alios
Romanos pontifices qui sponte in Conciliis generalibus crimini
famam purgare voluerunt ut in Iuribus superius allegatis sat
in tempore nostro non solum infamia dicebatur contra eum depona-
re sed deleccionem notorietatis et scandalo universalis ecclesie et
in incorrigibilitate Unde quanto res erat periculosior tanto
amplior si sibi conscius erat (ad ipsa id est notoriam ostendendam
debuisset venire aut mittere ad se excusandum seu defendendum
iuxta citacionis edictum debuisset (sed ipse obediencia quam
ecclesie motu suo exhibuisse debuerat non solum contumaciam
sed etiam rebellione exhibuit falso asserens libertatem non
adesse in civitate Basiliensi et multa alia adiecit per que
tante ecclesie auctoritatem erga eum negare videbatur Ut
alias patuit litteras per universas mundi partes per ipsum destina-
tas sole clarius patuit Dicto Concilium Basiliensi se dissol-
vere extunc dixit Si Concilium ad ulteriora procedat contra
eum seu contra alium quosvis presidentibus Basilee tunc
quomodolibet et quia eius contumacia in Concilio accusata
extitit et ad ulteriora cum mansuetudine processi ipse
declaravit Concilium Basiliense fore dissolutum et In
Ferrariam esse translatum Vide et si notoria ea que sibi

Non solum primos pontifices qui in Conciliis per se famam purgare voluerunt

Impugnabantur / videbantur / primus contumacia lucido-
ria effecta sunt Nam contumacia prestitum contra heresis
presumpcionem vehementem adducit ut xi q. iii contumacia de he-
reticis li. vi Et quod legitur et notatur xi q. iii Nullus depositus
prius potuisset ut supra dicta sacrum concilium alio non
prestato advenit depositorum procedere precipue ex contemptu di-
rectorum sacri concilii que notorie nimis extitere voluit
Et sic considerat his que dicta sunt nec precedenti dubio
et predictis urgentior dubio quia notorie constabat depositum
dictis esse hereticum sapientem et ex eo scandalizabatur eccle-
sia nec voluit se corrigere alio processu opus non erat Et
precipue quia contempnendo citacionem sacri concilii
et iterum factam in alia videmus gravia delicta incidit
Nam eciam per sessionem ex contemptu poterat tanquam
ethnicus et publicanus haberi dicente domino in evange-
lio Si quis ecclesiam contempserit sit tibi sicut ethnicus et
publicanus quod et interrogatione concilii spreta assumi sicut
potest iuxta illud ysidori in ii q. i omnibus considerat xxiiii
q. i et quod delictum contumacie ex contemptu sapiat heresim ex-
te voluit Gregorius in moralibus Et assumptive habetur
viii q. i sicut inter cetera sic dicitur Si enim quasi
peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus ydolatrie nol-
le acquiescere sola est obediencia que fidei meritum possidet
sine qua quisque infidelis convincitur etiam si fidelis esse vi-
deatur hec Gregorius Et idem Gregorius in quadam epistola
ut habetur xi q. iii Si qui lxxxi di. sic inter cetera inquit
Qui vero hec salubrrimo precepto obedire noluerit
ydolatrie peccatum incurrit Samuele testante peccatum est
ariolandi est non obedire et quasi scelus ydolatrie non
acquiescere peccatum igitur paganitatis incurrit ut in quodam glo-
xi q. i Si papa dicit quod contumacia est heresis Et quod

contumax dicatur infidelis pro qua bene facit textus xxviii di. ul-
tim(us). Sed sacrum Concilium volens uti mansuetudine solita et
experiri si tandem vellet ad cor redire memineret (?) non insistit
ad forciam propter ym (?) consideratione supplicationes facte per inclite memo-
rie Sigismundum quondam imperatorem et illustres viros duos
electores sacri Imperii. Sed dum tacerat declarant nullitatem
illius dissolucionis ac eam infirmant et decernunt quod alias
statutum fuerat videlicet decreto De Sessione quod ipse met quondam
Eugenius nimia adhesione approbaverat, inter cetera
quod si papa inceptum prefati Concilium eius prosecutionem vel defacto
mutare impedire prorogare vel dissolvere et infra quatuor
menses post realem satisfactionem non resipisceret ab exercitio papa-
lis administrationis ipso iure foret suspensus. Et si penam
predictam per duos menses post dictos quatuor animo sustin-
uerit, videlicet usque ad privationem inclusive contra eum per
sacrum Concilium procederetur. Ast ipse quondam Eugenius nec
dum infra quatuor menses non resipuit nec infra alios
duos menses postea sequentes Sed ad ampliora contra precepta
Concilii processit exponendo eos et eorum bona prelatis ac cap-
tivare Et erigendo Conciliabulum Ferrarie contempta suspensione
sibi intimata et decreta ~~quam~~ quam incurrit non se corri-
gendo infra menses quatuor. Nec obstante sacrum Concilium li-
cet potuisset voluit repente ad depositionem procedere sed ad
maiorem probabilitatem et sui excusationem processum in

spa-
tum (?) continuavit testes plurimos super notorietate cum in con-
tipiendo et citando magistrum (?) ipsum Eugenium quondam licet
citare amplius non oportuisset. Cum citatio prima fuisset
facta ad totam eam instanter non per primo: ut constat depu-
tari et plenissime in tenore mea ut si de silentio. Et tan-
dem post viginti et tres menses a tempore citationis
prime non valens eum amplius tollerare eum aptissime

incorrigibilitatem suam cum scandalo ecclesie ostenderit. Et manifeste
nimium heresis incideret negando auctoritatem ecclesie et con-
temnendo eius potestatem precepta et altare contra altare eri-
gendo ad eius depositionem processit quia sal infatuatum iuxta
dominicam sententiam ad nichil valet ultra nisi ut mittatur foras per
depositionem et conculcetur ab hominibus presertim cum fere omnia cri-
mina in citatorio illo expressa per testes notorie probata forent.
Unde omnibus consideratis ex septem capitulis potuit ipse quon-
dam Eugenius deponi quorum quodlibet satis erat ad deposi-
tionem suam. Primo quia contempsit decreta sacri Concilii
super reformatione edita ex quo contemptu reputabantur tria pre-
libata denunciata. Secundo quia contempsit citationem ex quo contemp-
tu ut predixi reputatur paganitatis delicti. Tercio quia negavit
potestatem sacrorum Conciliorum facto et verbo presertim per lit-
teras quas ad universas mundi partes bullatas transmisit ex quo-
rum tenore clarissime deprehendi poterit tamen male sen-
tiens de auctoritate ecclesie. Quarto quia dissolvit seu dissolve-
re nisus est Concilium Basiliense contra decretum xl sessionis pri-
mo contra decretum dei quod ecclesia monitus ut se defende-
ret eciam ipsam ut divinam effugeret sententiam nisus est dissol-
vere. Ex decreto autem presertim novo in medio sacri Concilii insi-
stente incidit in ipsissimam et quia diutius indurato illam per-
duxit incursus persimul potuit sacrum Concilium ad eius depositionem
procedere que causa sola sufficiebat ut in dicto decreto xl ses-
sionis. Et presertim illud decretum fuerunt contra eundem quondam
Eugenium qui non solum semel illam destructionem et illam
dissolutionem attemptavit sed eciam post illam presumpsit et
dominum recognovit ante sedem dissolutionem illam facere non
potuisse cum ipse ut debuit renunciavit ecclesiam tociens
scandalizando. Unde ex geminato actu reatus penam debuisset
quam illud delictum in prospectudine adduxisset xxx q i ita

Nos ut albi dicit textus quod non est, in eo ubi consuetudinis li-
bertas qui impunitatem admissi sceleris potius consuetudini
quam emendationi deputaverint. Ut in c. n. C. de exc. [illegible]
quamquam dissolutionem seu translationem tria ut supra dixi pro-
lavit decreta primum Constantiense scilicet quod etiam translacione
causa legittima subsistente debeat Concilium transferri ad locum
eiusdem nationis. Ut in c. frequens. Ipse autem de germania
transtulit in ferrariam nationis ytalice. Secundo decreta sa-
cri Concilii Basiliensis violavit quo cavetur quod Concilium
actu congregatum dissolvi aut de loco ad locum transferri sine
illius Concilii expresso consensu per romanum pontificem ulla-
tenus possit quodquidem decretum tamquam in sua approbatione ap-
probatum minime violare debuisset. Et postmodum [illegible] fecerit, [illegible]
ta aptissime iusta et aequa et [illegible] videlicet
licet si Concilium procederet contra eum ita si talis dissolutio
valeret numquam posset romanus pontifex etiam hereticus
deponi quia citatus per Concilium confugeret ad hoc flebile
dissolutionis remedium. Tertio violavit solempne decretum
in facto grecorum editum continens quod cum grecis speci-
fice approbatum in quo inter cetera appositum cavetur quod Con-
cilium Basiliense debet stare firmiter in Basilea donec im-
perator grecorum se ad ultimum portum latinum conferret. Et
si interim accideret causa legitima translationis Concilii deberet
Concilium transferri iuxta dispositionem decreti frequens scilicet in-
fra eandem nationem. Sed ipse ante grecorum adventum et
nulla causa legitima Concilium Basiliense dissolvit et
in ferrariam transtulit. Nec quemquam moveat quod papa suspendi
non possit, nam et Concilium Constantiense in illo c. frequens
in certis casibus papam suspendit et obedientiam sibi sub-
traxit. Preterea qui potest maiora et minora in [illegible]

que si sunt legit Sed Concilium potest etiam papam deponere
multo forcius potest suspendere Cum suspensio sit quedam
deposicio ad tempus sicut glo. legitur et no. in c. At si clerici de [illegible]
Quanto potuit principaliter deponi Et ideo quia crevit Conven-
Unica ecclesia — ticulum ferrariense durante Concilio Basiliensi contra de-
cretum viii sessionis quod incipit Approbamus ipsum incidit ad
depositionem ex ipso facto incidit in penas scismaticorum vigore
illius decreti ymo vigore iuris divini et antiquorum cano-
num Et cum una sit ecclesia unica sit et indivisibilis non
potest esse nisi unicum generale Concilium illam representans
ut signatum videat signato Nam sicut alibi dicit glo.
xxiiii q. i c. no. aut quod illa regula seu ille articulus
in unam sanctam catholicam etc. in Symbolo fidei positus esse
deceretur si essent duo apostolici i. etiam Quoniam sicut unica est
ecclesia catholica ita et unum caput esse debet Et facit
c. loquitur xxiiii q. i contra hereticum esset dicere quod una dum-
taxat sit etiam et quot duo possunt esse universalia Con-
cilia illam unicam representancia unde dicit textus in c.
Non vos xxiiii q. v quod erigens altare contra altare id est
ecclesiam contra ecclesiam incidit in scisma et debet ab omni eccle-
siastico ministerio sine restitucionis spe deponi. Addicit scisma
xxiiii q. i et Petrus incidit Ideo hoc in consecratos ut in c.
licet de elec. Et separavit se racione ecclesie deo et scisma
et c. non nos Et subditi ab eo recedere sine alia sua po-
testatem ut no. in c. Cum nos licet de[illegible] sicut facit textus
in Cle. c. quod dilig[illegible] de electione Sicut enim dicit glo. fallere
in c. [illegible] xxiii d. quod scismatico omnis denegatur
audiencia quodcumque ut predixi potest dici quod statim inci-
dendo in notorium scisma desiit esse papa cum impossibi-
le quod sit extra ecclesiam et quod sit caput ecclesie ar. xx
xxiiii q. i c. Cum [illegible] Ideo dicit Ciprianus alienus

Margin notes:

Unica ecclesia

Nota generalium non posse esse nisi unicum quia unica est ecclesia et glossam qui dicit duo posse esse Concilia illam unicam representancia

Nota erigere altare contra altare i. ecclesiam contra ecclesiam i. est scisma

Nota scismatico omnis audiencia denegatur et per hoc scismaticus desinit esse papa etc.

est apostaticus, hereticus est. Deum patrem habere non potest qui
universalis ecclesie non tenet unitatem. (Sexto deponi
potuit propter crimen symonie notorie contra eum deprehensum
et multiplicatum. nam per ipsum contra eum facto probatum contra [illegible] electi
[illegible] a modo mercari textus in c. patet i q. vii patet
symoniacos veluti primos et precipuos hereticos ab omnibus fide-
libus respuendos. Et si ammoniti non resipuerint ab exteris
potestatibus opprimendos. Omnia enim omnia ad symoni-
acam heresim quasi pro nichilo reputantur. Hec ille textus. Idem
textus valde notabilis in c. eos i q. i ubi inter cetera dicitur
quod tollerabilior est Macedonii et eorum qui circa ipsum
sunt sancti spiritus impugnatorum impia heresis. Illi enim creatu-
ram et servum dei patris et filii et spiritum sanctum delirando fa-
tentur. Isti autem symoniaci eundem spiritum sanctum efficiunt servum su-
um. (Omnis enim dominus quod habet si vult vendit sive servum sive
aliquid aliorum que possidet. Similiter qui emit, dominus eius
volens esse, quod emerit per precium pecunie illud acquirit. Et
post pauca subditur: atque ut verius dicamus, inde corruit
proditor qui iudeis deicidis Christum vendidit. (Hoc enim delictum
nedum post Christum insurgens in ecclesia cunctos ementes et vendentes
de ecclesia prohibitum fuit, ut habetur notanter in c. Quam pio
i q. vii. sed etiam expresse postea fuit prohibitum tamquam gravis-
simum scelus in Conciliis Niceno et Constantinopolitano que fuerunt
duo ex quatuor principalioribus Conciliis que ecclesia universa-
lis recepit sicut quatuor Christi Evangelia ut in c. Sicut
xv di. Et aliis Conciliis seu apostolorum prohibitum habetur i q.
i. Sicut, Eps et c. Si quis et q. iii Quoniam [illegible] et q. vii in c. Si
quis deinceps [illegible] et Gregorii i q. i pullulare et c. fertur.
Nec papa excusatur, nisi illis que prohibita sunt quia symo-
niaca ut no. in c. [illegible] de officio dele. [illegible] et notatur in c. [illegible]
[illegible] Nec [illegible] dubitandum est an papa subiaceat
legi divine ut in c. Sunt quidam xxv q. i et cum aliis

Sexto [illegible]

no. symoniacos velut hereticos opprimendos ab omnibus

no. symoniacum [illegible]

no. [illegible] papa [illegible] quod symoniaca prohibita [illegible] legi divine [illegible] libus [illegible]

Qualibus iniurijs que tetigerunt salutem animarum ut in dicto
c. Sicut et supra latius dixi et optime etiam facit tex-
tus in c. Salvator 1 q. iij. Nec obstat si dicatur quod papa
de symonia accusari non potest quia stricte non est heresis
de qua papa posset accusari ut not. glo. in c. Si quis pecu-
nia lxxix di. nam glo. illa debet intelligi quando Symo-
nia esset occulta quia de delicto occulto papa non accusatur
cum presumatur pro eius simonia ut in c. 1 xlj di. Secus
autem cum est notoria et scandalizat ecclesiam et alias quia
adduxit in consuetudinem et sic est incorrigibilis ut not. glo.
in dicto c. Si papa que dicit quod si notorium est crimen pape
quodcumque sit illud si ex eo scandalizatur ecclesia potest accu-
sari. Et sic vult quod non solum de symonia que est ita
gravissimum delictum sed quodcumque sit aliud ex quo scandalizatur
ecclesia et sic una glosa debet limitari ex alia. Omit-
to etiam alia delicta quam plurima que probata sunt in processu
ut puta de lapidacione translacione pacis facta de sumptibus
... contra decretum Constanciense et multa alia de quibus
in processu que ne videar in maledicto prosilire et infamare
potius quam iusticiam sacri Concilii defendere ibi obmitto.
Ex predicta et quolibet predictorum satis atque satis apprehensis
et deposicione pre sufficiant. Unde si bene predicta
ponderantur esse omnium processu cessante sufficeret ad eius de-
posicionem manutenendam et defendendam et iustificandam. Non
obstat si dicatur quod premissa expressa non sunt in citacione
expressa utputa contemptus citacionis necnon auctoritatis ecclesie
dissolucio comminata Concilij sacri in Conciliabulo Ferrari-
ensi quia de hiis que contingunt post iudicium inchoatum que ali-
quando contingunt processu inchoato seu eius causam defen-
dunt. Potest iudex in audiencione seu interpretacione vel sua
diffinitiva habere respectum ut est textus valde nota-
bilis in c. Veritatis de dolo et contumacia et ibi etiam glo. ordinaria.

no[ta] papam de Symonia notoria et alio crimine scandalizante ecclesiam accusari posse

no[ta] iudicem posse [illegible] que [illegible] que post iudicium inchoatum contingunt et ad [illegible] sua sentencia

Et clarius hoc alibi tetigi in lectura mea. Nam papa sibi
in depositione eugenii episcopi sententiam fundavit nedum
super tribus in processu expresse deductis sed etiam super irre-
gularitate quam contraxit celebrando divina post suspen-
sionem seu excommunicationem contra illum decretam vigore sue con-
tumacie. Sed in processu nostro sunt ista ~~nostra~~ delicta premissa
sue contumacie scilicet contemptus et rebellionis quam
fecit contra ecclesiam multis decursibus potuit sacrum Conci-
lium ipsa sua habere respectum quod nec potuisset sacrum
Concilium nunquam supremam obtinens potestatem etiam de-
licta superveniencia separata omnia ex processu. Ex quo erant
ulterius digna puniri etiam super illo processu quia princeps
non astringitur illo ritu judiciorum. Sed quemadmodum divina cla-
ruerunt scire illa potest (sua sua simplicitas q. vo. in c.
mandatum de rescriptis facit textus in c. ad petitionem decan-
sus? xxiiij q. iij in c. Certe (Septimus et ultimus dignus
erat deponi cum sepe immo et multis negavit Concilium Con-
stanciense (ex quo ipse processit et sic dignus traxit. Nunc
asserendo quod in principio non fuit Concilium generale. Nunc ne-
gando validitatem aliarum Constitutionum eiusdem. Nunc nega-
do eius potestatem et multa alia asserendo ut clarissime
colligi potest ex libris pestiferis novissime ad aliquos duces tempo-
rales et universitates studiorum transmissis. Debuit ergo Con-
cilium tanta et tam gravissima tollerare. Non enim parva
sed pestifera potius pacientia indicaretur fore ut inquit
ille magnus leo xxiiij q. iij illud ubi verba certa sic in-
quit. Si ea quibus processe non potest correctio nec parcat
abscisio. Oportet enim evangelicis meminisse mandatis
ut si nos oculus aut pes aut dextera scandaliza-
verit mox a compage corporis auferatur. Et post pau-
ca subdit. Nam superstitiosa extra ecclesiam positus esse
possumus si abscisus qui a sanitate sunt vulnerum. Et mem.

Septimum ultimo qui negavit Concilium Constanciense

Prorsus pestifera heresis a sacerdotali vigore parta est, que sibi met prius aliorum parcendo non parcit heresis ille. Et postmodum defendendum erat et est illud magnum et preclarum Concilium Constanciense, de quo etiam dei adiuncto in vetusto scismate unitatem postmodum assumpsit et multa alia preclara opera edidit que omnia non sine magno depravitatis scandalo vacillaret illius Concilii auctoritate lesa. Et postmodum contra aliorum pestiferam heresim ut nullorum Bohemorum que in illo Concilio dampnati fuerunt. Nam possent illum errorem sequentes negare esse adversum Eugenium quorundam auctoritatem illius concilii et revolvere multa et maxima scandala que per illud Concilium sedata fuere. Nam ut dicit Augustinus in epistola ad Ieronimum, et habetur in c. si ad scripturas ix di. Si ad scripturas sacras admissa fuerint vel officiosa mendacia quid in eis remanebit auctoritatis que tamen de scripturis illis per ea probare? Cum possit contentiose falsitatis contenderetur inexplicabilis heresis ille. Nam si Concilium erravit in uno facilime dicetur quod erravit in aliis. Defendenda est ergo auctoritas illius Concilii usque ad sanguinem et animam. Oportuit ergo ad salutem totius corporis intendere. Ne sicut dicit Prosper, sicut vero morbis et mortua si abscisa non sunt, salutem reliquie carnis par tradimine sue contagionis corrumpit. Ita isti quam emendari despiciunt et unico morbo perpetuunt. Si moribus depravantis meliorum pietate prevaluerint, eos exemplo sue predicationis inficiunt, ut dicit textus in c. [illegible] xxiiij q.

Opponunt contra predicta adversarii solent de quibusdam protestationibus nomine aliquorum principum et prelatorum aliquorum in dicto Basiliensi Concilio, ut illa depositio non fieret factis. Ad quas si bene advertent (defensionis) clipeum nequaquam contra assumerent. Nam ante factum

Nota defendendum esse illud preclarum Concilium Constanciense quod opera quidem Eugenius et vide que racio

Nota defendendam esse auctoritatem generalis Concilii Constanciensis usque ad sanguinem et animam

Quod adducit contra quod ad iii. Adversarii defensionem solent adducere protestationibus quorundam aliquorum principum et prelatorum etc.

antequam lex edatur licitum est contradicere exceptiones vel
similes opponere protestari et similia facere Sed postquam
lex edita est per universitatem seu Concilium vel maiorem
partem Cleri (?) legi et iudicio universitatis standum est ut
in c. in istis iiij di. ubi dicit textus quod in istis temporalibus
legibus quamvis de hiis homines iudicent cum eas instituunt
tamen cum fuerint instituta et firmate non licebit de ipsis
iudicare sed secundum ipsas Unde glo. ibi colligit quod cum papa
vult condere canones qui possunt contradicere et allegare
quod non conveniunt consuetudini regionis vel quid simi-
le Protestatio enim est declarativa consensus depositi (?) quod pro-
testans non consensit Non tamen sequitur quod contradictio
aliquorum licet per protestationem expressam habeat impedire
quod per totum Concilium vel pauciorem (?) partem licite sit iudi-
catum cum in Conciliis a maiori parte ut in c. Sane
lxv di. ibi obtineat plurimorum sententia sacerdotum Nam
idem respice est in omni universitate ut in l. quod maior
ff. ad municipalem et in l. nominationum C. de de. li. x. et in l.
aliud ff. de reg. iur. et in c. i. de hiis que
fiunt a prelato cum similibus Unde esto quod principes quorum
nomine protestationes dicuntur facte habuissent votum
decisivum in depositione pape dictam (?) eo quia maior pars
Concilii ymo due partes et ultra in depositionem legi-
time consenserunt per autores protestationis principum vel prelato-
rum non debet obsistere ar. in c. si quando de elec. li. vi
licet possit cum veritate dici quod principes seculares non
habent votum ubi agitur de correctione pape vel aliorum recto-
rum Ut imperator Theodericus deo inspirante in Con-
cilio congregato contra Symachum papam professus est In-
quiens (?) nichil ad se preter reverentiam de ecclesiasticis ne-
gocijs et clericis pertinere comittens tunc potestati ponti-

nota principes seculares non habere votum ubi agitur de correctione pape
nota verba Theodorici imperatoris circa honorem (?)
nota ... prelatorum (?)

sinum sive vellet audire negotium contra papam sive
nollent. Idem et apertius voluit Jo. an. in c. fi. de elect. q.
si apla ubi concludit quod in ecclesiasticis negotiis et electio-
num correctionibus laici sunt a consilio excludendi ar.
in c. Massana de elect. et expressius in extra. vaganti Boni-
facij de offi. ordi. debent. Et in glo. dicto Jo. an. transe-
unt ibi com. doc. Nec video aliquem inter doctores dubitasse an
in presentia imperatoris solum fuit dubitatio facta an in con. ge-
nerali, scilicet tractando de uno articulo tangente fidem,
imperator debeat interesse Concilio. Unde textus in c. Ubi-
nam xcvi di. contra imperatorem alloquitur: Ubi nam legistis impera-
tores antecessores vestros Synodalibus Conciliis interfuisse
nisi forsitan in quibusdam ubi de fide tractatum est, quae univer-
salis est, quae omnium communis est, quae non solum ad clericos verum etiam ad
laicos et ad omnes omnino pertinet christianos. Hec ille. textus
notabilis qui solum respicere videtur causam fidei. I-
dem videtur sensisse Martinus imperator qui in vi. actione
Calcedonensis Synodi inter cetera dixit non ad fidem confir-
mandam non ad potentiam ostendendam exemplo religio-
sissimi principis Constantini Synodo interesse voluimus et
veritate inventa non ultra pravis doctrinis avero dis-
cordes etc. quod etiam in causa fidei princeps interest non
ad potentiam ostendendam. Ex quibus verbis puto infe-
rendum quod principes et alii laici interfuerunt in causa fidei ad
tractandum ut alii sed non ad decidendum. Nam tractatus di-
versus et separatus est a decisione ut in c. tua et c. fi. de-
lictis que si apla in c. ultimo de electis que si aliq. pre-
tali. Nam laicis non licet iudicare ipsa spiritualia ut
in c. Bene quidem xcvi di. Habebunt ergo laici in-
ca fidei vocem consultivam et non decisivam nisi quatenus
eis permittatur per Concilium quod finis dixit Jo. an. per ea.

no. quod constituti in imperator in conciliis interesse habeant non potest quo ad tractationem sed non quo ad decisionem

nostra fidei non est necesse laicos vocari ad concilium. Cum
ibi diffiniri deb(eant) (licet potuerint postea in publicationibus publi=
cari (dicit tamen notabile verbum quod laici possunt ad=
Concilium venire prosequendam petenda vel defendenda alle. c.
Nouit de iudic(iis) ergo allego textum optimum in c. i de sponsa=
~~[illegible]~~ Aliter tamen in nostra fidei scripsit glo. in dicto c. fi. et glo.
in c. Adrianus lxiij di. Sed quidquid sit in aliis laicis pu=
to quod principes sunt pro debent admitti ubi tractatur
de fide non ad potentiam ostendendam seu ad diffiniendum
sed ad fidem confirmandam (tum de parte ecclesie et eius inte=
gritate (tenentur de ea reddere rationem ut in c. principes
xxiij q. v. Eodem modo non tracto de protestationibus
quorundam prelatorum. Nam non est novum nec reprehen=
sibile quod in universitate seu Concilio vota varia sint lxxiij
di. c. in c. si forte et in c. Nec novum viij q. i. Et quod=
neris consideracionibus consciencie possunt ante factum mute=
mentum. Sed predictum aliquando tempus maior pars conve=
nit sive (et legitime procedit non debet obstare minoris partis
contradictio. Nam ius fingit omnes consentire quod maior pars
consentit ut in c. aliud ff. [illegible] et textus
cum glo. in c. et non pot decet iudicis. Nam difficillimum
est et pene ~~[illegible]~~ impossibile propter numerositatem que resul=
tat contrariantes varietate quot sententie in Concilio possunt
in una sententia convenire nemine discrepante. Nam in Concilio
illo sancto Niceno ubi interfuerunt ccc xviij episcopi in causa heresis
contra Arrium sunt xxij episcopi et quidam non dubitabilis quod
discrepantes ab aliorum iudiciis senserunt tum ipsos Arrio here=
tico sed tamen prevaluit sententia maioris partis et illud
concilium atque synodus auctorisasset (receptum ab ecclesia univer=
sali fuit (ut in c. Sicut et c. Canones xv di. Nam

Neque etiam movere debet quod in hoc Concilio Basiliensi non | Si tanta dederit pro qua [illegible] Concilio Basiliensi [illegible] tantum viri [illegible] et [illegible] valet
sunt tantum viri episcopi quia etiam Concilium sunt ibi le-
gittime instituta ut supra dictum sunt, nam venientes vel
ante tempus recedentes fecerunt se alienos et potestatis
tante expertes penes remanentes ut patet quotatis per glo-
in c. de quo cura de elec. facit textus in c. Cum dilecti de elec-
tione ubi tenuit quod electio facta fuit per xxx in universitate decem re-
cedentibus omnibus contra et ultra dicens quod eius univer-
sitatis fuit vocata per habente potestatem tota ius resi-
dit penes venientes licet sint pauci nec attingant ma- | non quod universitas vocata [illegible] tota ius [illegible] penes venientes
iorem partem vel ipse dicens quod notat Innocentius in c. i de ma-
ior. et obe. et in c. ij de no. o. Nam in Concilio illo Niceno
famosissimo convenit duntaxat ccc xviij episcopi et tamen non du-
bium quam longe plures remanserunt in toto orbe [illegible]
Item Synodus Constantinopolitana acta fuit per cl. pat-
ribus synodus Calcedonensis [illegible] et tamen valuerunt
eorum diffinitiones quamvis maior pars prelatorum [illegible]
non interfuit quod [illegible] est textus in c. sexta synodus xvj
di. ubi narratur quod plurimas synodos generales ex paucissimis
patribus congregatas fuisse et canones edidisse. Et mi-
nimum non ut dicit Cassianus magis admiratione quam ad plura-
litatem [illegible] advertit [illegible] dicit ubi duo vel tres in no-
mine meo congregati sunt ibi ego in medio eorum ut habetur
in c. Alienus xxiiij q. i. Obmitto quod multitudo mi-
sera in Concilio tam prelatorum quam magistrorum et doctorum in-
sunt [illegible] et tempore apostolorum vocabant- | [illegible] dicit quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] depositum
ur seniores [illegible] ultra apostolos et [illegible] in arduis fiebat
diffinitio nomine prelatorum et seniorum ut Actum xv. Item
refero quod Leo papa Synodum congregavit Rome [illegible] clero
et populo romano ut in c. Ingrediendo lxiij di. ubi inter
cetera in diffinitione [illegible] hec [illegible] ego [illegible] Leo [illegible] [illegible] di-

Episcopus cum cuncto clero atque romano populo constituimus confirmamus et
corroboramus etc. Addit et Synodo dist. lxiij di. Ubi legitur
Episcopos abbates presbiteros et dyaconos interfuisse et consedisse
in Concilio et notatur in Canonistibus c. q. vij presbiteri ut demo-
nachis ut pulsate de abbatibus deponendis ubi monachos
per abbatibus ut deponit alii glosa et notatur distinctione [illegible]
di expressa fit mentio de episcopis et presbiteris et cunctis clericis
ecclesie catholice Et notatur in xv di. sicut sancte nec de presbiteris
in quo constat in Constanciensi Synodo et Generali in Pysano ce-
pibus interiores eciam sunt admissi inferiores Et in videmus et
vidimus in Concilio Basiliensi viva voce admissi sunt sine
dubio sine alicua voce habet [illegible] nec potuit excludi
nec sunt exclusi quod ymo videtur in posse voci [illegible]
ante certissimum ut ex juribus superioribus patet quod videmus
clerici inferiores sed eciam layci possunt ad concilia vocari
et potest vox communicari ut notatur [illegible] lo. c. et notatur
in Synodo lxiij di. et pro prudentibus aliis superius allegatis
Ex predictis clare patet legitime fuisse ad suspensionem et de-
posicionem eiusdem quondam Eugenii per sacram Synodum
Basiliensem processum Et consequenter secte vocante potuit et de-
buit ad electionem novi pontificis procedi Et hec de his
dubiis Ex quibus convincitur [illegible] veritate [illegible] multi-
tudini sive maiori adherendum est Et precipue hoc consi-
derari debet Serenissimus rex romanorum qui supremus est
inter orbis principes specialis protector et advocatus ecclesie
est ita debet esse primus in agnitione veritatis Nec enim
est hesitandum quod eum alii facillime sequentur Cum nichil re-
apparet sine aliqua passione attendunt Vidimus enim
sedem regii [illegible] apud peritissimos constitisse Et quod
veritate et justicia referta erat dilatavit fimbrias amad

Concludit ex predictis Eugenium suspensum depositum et clericum fuisse commonitum

Usque ad mortem et tempore Adriani sanctissimi christi in vera fi-
de christiana permanserunt, tandem Christus ecclesie
sue non deserit, conculcato errore veritas prevaluit, que
semper superavit. Non aliter nostro negotio presentis dispen-
dii futurum speramus quod ut cito fiat christus concedat
Amen. [illegible].

Peccata mortalia publica et qntu rõnabilr fieri pt puata alieq
deordinacões legi dei cõtrie in qnitatibz xpianoz et quoz
statu eazdem debite iuxta dictame diuie legis per xfideles
tam spuales qm seclares put tãgunt utrisqz sut cohibenda
corripienda castiganda et posse ab eisdem pellenda Iste ar^lus
cotinet duas ptes In pma psupponit pcta mortalia publica et
puata et alie deordinacões legi dei cõtrie fore Et in scda addr
q talia in qnitatibz xpianoz et quoz statu eozundem debite iuxta dictamen
diuie legis zc sut cohibenda corripnda castiganda et posse ab eisdem
pellenda Quitu ad pma ptem articli nõnd q pctm mortale in sui ana-
logia e voluntaria tnsgressio legis diuie et celestiu inobedia mãdatoz
Et illud aliqn sonat abstitiue et sic e destitus creatue rõnalis a modo
habendi sibi esse debito puans aiam gtia et dignu efficiens morte etna
Aliquando aut capit gcretiue et sic sonat pctans creatur rõnalis rõne cuius
puat pctor gtia et dignu efficitur morte etna Quar pctm mortale gcretiue
in pctm scdm causa sepe accipr p subecto pctante, pmo p subcto qd e hostia
p pcto Vnde et ii Cor v dr Apls q eum hoc ee xpm qui no nouat
pctm p nobis pctm fecit deus ni Pctm aut tale dr publicu qd habet
facti evidencia qd pbabilr negari no pt Puatu e qd caret tali evide-
facti De quo pcto mortali intelligi pt illud Ja i Pctm cu consumatu fuit
gnat morte q puat aiam vita gtie De qua Ezech xviii Viuo ego dt
dns nolo mortem pctoris zc Et illud i Ioh v Est pctm ad morte no
p illo dico vt roget quis Et illud Hebr x Voluntarie em pctantibz
post acceptam no^ciam vitatis iam no relinqr hostia p pctis Et illud Hebr vi Impossib
e eos qui semel sut illuminati et gustauerunt eciam donu celeste et pticipes
facti sut spus sancti gustauerunt nichilominus bonu dei vbu vtutesqz seculi et
plapsi sut renouari rursus ad pniam

Et talia pcta mortalia sut multa puta Scorta fornicantes expt mri-
monium ludi manifesti taxillorum cu eozu blasfemia desperatu conf-
dentium comessacões Choree lascivie mercancia dequa furta Rapine Homi-
cidia periuria artes supflue dolose Vsure Sortilegia supsticiones
Adulterium Invidia et si longo tpe teneatur iracundia Ebrietas Symon-
ie Symoniace hereses et exaccões nimium auare et questuose pecuniaz
a baptismo Confirmacõe Confessione pro Eukaristie sacro p vnccione
et matrimonio a trinta missis taxatis vl ab alys missis emptis aut
forisatis aut desuctoz ordinibz et Anniuersarys et alys Ex pdicacõibz
et sepulturis a pulsacõibz a Consecracõibz Eccliaz et Altarium et Ca-
pellarum pro pbendis et beneficiis et platuris et dignitatibz et psonatibz
pallys et sic de alys Et alie innumere hereses que ex hys oriuntur et

possunt scd'm xpi mores et impy et iniusti ut sunt Impudici concubinatus
cu augmeto p'phane filioꝝ et filiaru fuole citacones et hoim simplicium p
libito exacones offertorioꝝ auare pmocones et simplicium in me per
pmissa pla illusores a qbus xpianis multa scandala oriunt' et que qui
agunt iuxta mod' loquendi Apli digni sunt morte no solu qui ea faciunt s
qui consentiunt facientibꝫ Que omnia et singla quilꝫ fidelis xpi simus et filius
verus mris sue Ecclie tenet' mse et in alys psequi et ut ipm dyabolum
odire et detestari sicuto tn in omnibꝫ ordine et statu sue vocacionis q
iuxta snam Apli ad Gall' v. tales regnu dei no possidebunt Quorum
aliqua scd'm ee pcti abstractiuu emanans Aplus ad Gall' scribit manifesta
sunt opa carnis que sunt fornicaco mvidia luxuria ydoloꝝ seruitus venefica
Inimicicie contenciones emulacones Ire rixe dissensiones secte heses Inuidie
homicidia ebetas Comessacones et hys silia que pdico vobis sic pdixi
qm qui talia agunt regnu dei no possidebunt Et qdam hys addit
Ephe v. Et Colo. iii Et aut talia pueniunt vitam gra et inducunt mortem
pdixit ibim Aplus Ro. 8 dns Si scd'm carne vixeritis moriemini Aliqua
aut scd'm ee pcti mortis generatiuu emanans multa Ro. i idem Apls scribit
Repletos omi iniquitate malicia fornicacone etc' vsqꝫ ad fine capli Et
qdam hys addit i Thymoth iii
Quantu ad scd'm ptem articli e notand' Et qdam modꝫ pcta co
hibendi corripiendi castigandi aut pellendi e auctentice ul pncipal
Et quidam ministratorie et instrumental' Et vtrqꝫ subdiuidit' scd'm gradꝫ multi-
plices Nam qdam modꝫ corrigendi auctentice simplr qui competit xo forsit
et dmat' gnitatiue in eius vicarios sacerdotes tamqꝫ sunt Apli et aly Ecclie
nati pro patribus Xpus em committit ptas corrigendi spualit' hortatiue
Et pportionabilr in mo corrigendi corpalr coactiue sunt gradꝫ multiplices
Nam reges et dni tpales ceteri qꝫ xpianoꝝ gnitates capiunt a xo ptatem
corrigendi humanitus gnitatiue ad corrigend' coactiue ut dicet' de insignites
Istud notabile quo ad omes suas ptes sufficienter ht sui pbacom ex scriptura
ut pzbit ex infra dcis Ex quo notabili sequit' qp sic Ecclia ht duas ptes
scilꝫ clericos et laycos tamqꝫ corpus et etiam sic ht duos mos corrigendi scilꝫ
spuali hortatiue et corpali coactiue Prima fit legis xpi pdicacone a
monicone increpacone et sonis gminacone et spectat ad doctores et sac
dotes xpi qui ee debent ut spus contemplatiui a cura segregati Scda
fit corpali coactiua cohercione et ista spectat ad laycos qui tamqꝫ corpus
actiue viuens deant scd'm doctrinam contemplacoms reos penis corpalibꝫ co
hercere Et pzt notabilis dcm inter duas dictas ptes pctu corrigendi qa
corpus sic ~~pcta~~ hominis no debet facere opus aliqd animale nisi pmotu ut ht influxum
et mocionem a spu Sic pars Ecclie laycalis no debet in aliqua correpcom
sensuam pcede xpi sacerdotibꝫ inconsultis Ab illis em optet ut precedat
sub auctentice correpcio secularis correpcio Ex quo vlterius elicitur Et

Duplex est potestas coactiva scilicet civilis et ecclesiastica Potestas civilis coactiva est potestas
quam habet rex dominus civilis vel pars ecclesie laycalis ad cohercendum corporaliter subditos
sive pena proscripcionis exilii sive incarceracionis sive abhominacionibus sive
oblacionis substancie vel alicuius laboris sive per aliam coaccionem honestam timorem
incucientem et amorem vel quamcumque aliam penam condignam Potestas vero ecclesiastica
coactiva est spiritualis potestas sacerdotis Christi ad spiritualiter cohercendum suos vel alios
inderive delinquentes per correccionem quam Christus tangit Mt xviii que oportet
ut sit prudens primo hortatoria secundo monitoria tercio minatoria vel verbis generalibus
vel specialibus ut pertinet correpcio vel per alias censuras ecclesiasticas cuiusmodi
sunt excommunicaciones instar tradicionis sathane vel instinctu laycorum ut talis
induratus negetur corporalis beneficium sed infligatur eis pena que per legem
divinam est taxata Talis autem potestas coactiva est perfectior quia spiritualiter est
superior et regulativa potencie civilis coactive Quia autem illi modi corrigendi co-
petant dictis potestatibus ecclesie patebit ex infra dicendis Hic autem aliqui ex istis iam
dictis modis peccata castigandi aut corrigendi capiant occasionem secundum iudicialia
legis veteris puniendi non obligancia aut secundum leges humanas legi ecclesiastice dis-
sonas reos mortis supplicio puniendi Istis non est permissis adiungimus quod
nec in condempnacione reorum nec in occasione lex veteris vel humana in singulis
suis iudiciariis est exequenda Nec leges humane ecclesiasticis contrarie sequende
sunt et allegande Sed lex spiritualis ecclesiastica et praxis in ecclesie primitive in
punicione reorum sunt attendenda Et propterea illa civilis potestas antedicta non
videtur debere se extendere pro tempore legis gracie saltem de lege communi ad occasionem
tam divinis iure et privilegiatis communi peccatores manere semper salvos sicut nec
persecucio pauli de qua actuum i Nec compulsio ad introitum in viam domini
de qua Mt xxii et luc xiv Sed quod sit coaccio honesta timorem incuciens et
amorem cum similis et honesta fuit coaccio Christi dum flagello de funiculis
bestias de templo abigere eos non ad fistum sed ad funditus confundere Non
personam sacerdotis sed monetam destruere Ideo seculares debent similiter agere et me-
dia cognita et debita citra mortem in puniendo invenire Sic quos adhuc videtur
esse Augustinus ad marcellinum comitem de donatistis captis qui sententiat quod male-
factores sunt inficiendi sed flagellis eciam absque membrorum mutilacione emendandi
ut habetur xxiii q v Circumcelliones Et quod preter supplicium mortis rei sunt
puniendi ut habetur eadem causa pena Cuius racionem tangens Crisostomus super Mt sic dicit
Corrigit melius illesos benignitas quam lesos censura comminatio q° pa xxx mo
Qui nimis emungit elicit sanguinem et sine plectendo sunt agnoscenda hic
solum bene agitur in vita hominum corrigitur 23 q 3 Prodest Iusticia enim vel
misericordia multum destituitur si una sine alia teneatur eadem q de disciplina melius
est enim de nimia misericordia quam de nimia severitate reddere racionem Nam et leniter
castigatus reverenciam exhibet castiganti Exasperatus autem nimie increpacione
nec correpcionem accipit nec salutem Dicit enim beatus hieronimus Crisostomus super illo verbo

Math. xiii° Sinite utraque crescere usque ad messem ita scribit Hoc autem dicit dominus prohibens occisiones fieri Neque enim oportet interficere hereticum quia prelium inexpiabile in orbe terrarum induceretur Et ideo dicit Ne eradicetis simul cum eis et frumentum Si moveritis arma et occideritis hereticos necesse est multos sanctorum simul succumbere Non ergo detinere hereticos et abscidere libertatem eorum ypocrisis et synodus et studia dissolvere prohibet sed occidere et interficere hic ille Ultimus est non dubium quod corripere peccantes preceptum est affirmativum et est omnium in omnes plus tamen ad hoc obligantur prelati quam alii quia prelati et ex zelo caritatis et ex officio prelacionis Alii ex zelo caritatis tantum Secundo notabile hoc fundamentum in lege quia Eccli. xvii Unicuique mandavit deus de proximo suo Et Luce xii dicit veritas Cui multum autem datum est multum queretur ab eo et cui commendaverunt multum plus petent [illegible] illa correpcio debet fieri cum discrecione iuxta illud Eccli. xi Priusquam interroges ne vituperes quemquam et cum interrogaveris corripe iuste Debet fieri modeste iuxta illud Gal. vi Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis Debet fieri caritative et ordinate iuxta illud Math. xviii° Si peccaverit in te frater tuus Et Et primo Thimoth. v Seniorem ne increpaveris sed obsecra ut patrem Iuvenes ut fratres Anus ut matres Iuvenculas ut sorores in omni castitate Et non debet fieri zelo vindicte nec zelo ulcionis sed ex zelo iusticie ut non odium exerceatur sed ut veritas corrigatur ut suadet xxiii q. v c. finali Et hoc vel sufficientie consolacione vel doctrine reformacione vel districte coherccione xxiii q. iiii Debet per Aug. Istis non obstantibus pro parte utriusque articuli premissi sic ex hiis concluso circa articulum istum Peccata mortalia publica et contra notabiliter fieri et privata alieque deordinaciones legi dei contrarie in comunitatibus christianorum et quorumlibet statu eorundem debite iuxta dictamen divine legis per christifideles tam spirituales quam seculares prout cognoverit unusquisque sunt cohibenda corripienda castiganda et posse ab eisdem expellenda

Pro ista materia articuli sunt auctoritates veteris et nove legis praxis Christi apostolica et ecclesie primitive auctoritates sanctorum doctorum Conciliorum et Canonum in lege divina veraciter se fundancium ut infra patebit Primo enim Deutro. xiii omnis deus precepit filiis Israel ut auferent de medio sui malum et Levit. xix contra prohibendo multa peccata inter cetera dicit Non oderis fratrem tuum in corde sed publice argue eum ut non habeas super eo peccatum Item Deutro. xxiii dominus prohibet meretricia dicens Non erit meretrix de filiabus Israel neque scortator de filiis Israel Item de destruccione ydolorum precepit dominus Exo. xxiii Deutro. vii et xii capitulis Et precepit leprosos eici extra castra Levit. xiii et exterminare Cananeum Iebuseum etc. de filiis Israel et non facere cum eis fedus ut patet in multis passibus scripture legis veteris per quos secundum exposicionem Origenis et aliorum peccata mortalia figurantur Item Levit. xxvi Comminando multiplicat

transgressoribus legis sue spondet Si non emendauerint percutiam eos septies propter
eorum peccata et corripe iterum ac iterum plagis septem vt idem canet deutro
xxviii Item deutro xxi Dominus dedit preceptum si genuit homo filium con-
tumacem et proteruum qui non audit patris et matris imperium etc apprehendent
eum et ducent ad seniores ciuitatis illius etc dicentque ad eos filius iste noster
proteruus et contumax est monita nostra audire contempnit comessacionibus vacat
et luxurie atque conuiuijs lapidibus eum obruat populus ciuitatis i. dirioribus
obiurgacionibus et auferatis malum de medio vestri pro quorum eciam correctione
peccatorum sunt multa verba prophetarum Unde Iere primo Ecce dedi verba mea in
ore tuo Ecce constitui te hodie super gentes et regna ut euellas et destruas
et disperdas et dissipes et edifices et plantes Item ysa i Abicit deus vices
et omnes circum populum misi peccata quorum corrigat Item Eze^lis^ xxxiiii Comminatur
pastoribus qui quod fuit infirmum non consolidauerunt et quod egrotum fuit non
sanauerunt nec quod fuit confractum est alligauerunt Premissis auctoribus de correctione
peccancium veteris legis que est lex rigoris et timoris ac minus perfecta
lege noua Iam restat in confirmacionem precedencium de correctione peccancium
correctione in medium producere auctores legis noue que est lex perfectissima
lex gracie et caritatis et lex que perfecte execrata docet rectissime quomodo omnis
iniusticia debeat a re publica exstirpari et quomodo offendens in lege debet ca-
stigari Et quomodo quecumque iusticia caritatis foueri debeat et finaliter premiari
Nam ex quo populus sub lege veteri debuit ex obligacione et dei precepto peccata
manifesta publica aliasque deordinaciones legi dei contrarias cohibere punire
et arguere quanto magis plus sub noua lege ad hoc tenetur quorum officium ex
maiori obligacione est aduersarios Christi corripere cum eius sub nuncijs et alijs
medijs Iam a Christo et eius apostolis ac a primitiua ecclesia exemplatur Cum
enim Christus v Cristus dicat Nisi habundauerit iusticia vestra etc Et apostolus hebr x Irritam
quis faciens legem moysi sine vlla miseracione duobus vel tribus testibus
moritur Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei concul-
cauit ac sanguinem testamenti pollutum duxit In quo sanctificatus est et spiritui
gracie contumeliam fecit Sed de dicta correctione peccancium auctores illius Ewangelice
legis sunt omittende

Prima enim est Christi xviii precipit Si peccauerit in te frater tuus vade et corripe
eum inter te et ipsum etc Item ii Thimothei iii precipit apostolus Argue
obsecra increpa in omni paciencia Et post Thi v Peccantes coram omnibus
argue ut et ceteri timorem habeant Item i Corin v Omnino auditur inter
vos fornicacio et talis qualis nec inter gentes Ita ut vxorem patris quis
habeat et vos inflati estis et non magis luctum habuistis ut tollatur de medio
vestrum qui hoc opus fecit Ego quidem absens corpore presens autem spiritu Iam
iudicaui ut presens eum qui sic operatus est In nomine domini ihesu Christi Non est enim
bona est gloriacio vestra Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit

Expurgate vetus fermentum ut sitis nova conspersio sicut estis azimi. Et infra
concludit auferte malum ex vobis metipsis. Item prima ad Thess. ultimo. Corripite
inquietos, consolamini pusillanimes. Item ad Ephe. vi. Et vos patres nolite
ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correp-
tione domini. Item Mat. xviii. Qui autem scandalisaverit unum de pusillis istis
minimis qui in me credunt, expedit ei ut mola asinaria etc. Ve mundo a
scandalis, necesse enim est ut veniant scandala etc. Si autem manus tua vel pes
tuus scandalisaverit te, abscide eum et proice abs te. Quod non de manu cor-
poris ut dicit Augustinus est intelligendum, sed de peccatis eiciendis. Item Luc. xix
Et ingressus in templum cepit eicere ementes et vendentes etc. Jo. ii
addit. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo, oves
quoque et boves, nummulariorum effudit es et mensas subvertit. Et his qui
columbas vendebant dixit: Auferte ista hinc et nolite facere domum patris
mei domum negociationis. Item Luce xviii. Deus autem non faciet vindictam
electorum suorum clamantium ad se die ac nocte etc. Item i Jo. iii. Et scitis quia
ille apparuit ut peccata tolleret et peccatum in eo non est. Et infra capitulo
eodem sic habetur: In hoc apparuit filius dei ut dissolvat opera diaboli.
Item Judas in sua canonica capitulo ultimo dicit: Ecce venit dominus in sanctis
milibus facere iudicium contra omnes impios et arguere de omnibus operibus
impietatis eorum quibus impie egerunt, et hii sunt murmuratores querulosi etc.
Et infra: hos quidem arguite, illos vero salvate de igne rapientes. Item
ii Cor. x. In promptu habentes ulcisci omnem inobedienciam cum impleta fuerit
vestra obediencia. Item et Thi. iii°. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis
est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iusticia, ut perfectus sit homo dei
ad omne opus bonum instructus. Item ad Thit. et sic habetur: Oportet episcopum
sine crimine esse sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum etc.
Et infra: Ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt
arguere. Sunt enim multi inobedientes vaniloqui seductores maxime qui
de circumcisione sunt quos oportet redargui qui universas domos subvertunt.
Item Ro. xiii. Si male feceris... non enim sine causa gladium portat, dei enim
minister est vindex in iram ei qui male agit. Item i Pet. ii°. Subiecti
estote omni humane creature propter deum sive regi quasi precellenti sive ducibus
quasi ab eo missis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Item Hebr.
xii. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis
cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri et non filii estis. Item per hoc
quod dominus demonia eiecit et discipulis suis ac fidelibus potestatem eici-
endi concessit per hoc ut ait Gregorius peccata significavit mortalia

Premissis auctibus de correccione peccancium legis veteris et noue Jam re
stat ut praxim xpi Aplicam et ecce primitive per eadem in medium deducere
Xpus enim dum arguit Clerici aliorumque peccancium crimina et exercuit tam
auctoritative quam instinctu supernaturalis correpcionem Sic enim ps xxxm postquam data esse
sibi omnis potestas in celo et in terra perstrinxit paulum tetanit atque castigauit
et pergens multos fratres suos alios verbo et miraculose exercuit correpcionem
typalem superflua detrahendo Jo. ij. ymo nouissime apperens discipulis rep
hendit incredulitatem eorum et duriciam cordis quia hys qui viderant eum
resurrexisse non crediderunt ut scribitur Marc. ult. Et angelis peccantibus non pepercit
ij Pe. ij Et angelos qui non seruauit suum principatum sed dereliquit suum domi
cilium in iudicium magni dei vinculis eternis sub caligine iudicio reseruauit
ut scribitur in Canonica Jude vlt.

Apostoli eciam corripiebant delinquentes ut patet de petro Act. v. de paulo
xiij qui repletus spiritu sancto intuens in Elimam dixit O plene omni
malicia et dolo fili dyaboli inimice omnis iusticie qui non desinis subuertere vias
domini rectas Et nunc ecce manus domini super te et eris cecus etc. Patet hoc eciam
de Jo. bapta qui corripuit herodem qui vicesimo hoc officium fuerunt omnes
prophete veteris testamenti nec incorrant quidam qui passi sunt in hac parte a moy
se usque ad baptistam Et quicumque fuerunt in execucione istius legis diuine de
cohibicione et punicione debita peccatorum in eadem lege valde sunt commendabiles
ut patet de moyse Aza rege Josaphat Jozia Ezechia Samuele et de alys
qui Eccli xlix gaudent Et puer xiij degnetibus primum punctis ubi dicitur
veni arguunt laudabuntur

Praxis eciam illa de correccione peccatorum vigebat in ecclesia primitiva ut patet
per exemplarem de quantitate Cor. que cum spiritu apli congregata et virtute
domini ihu xpi tradidit peccatorem sathane in interitum carnis ut spiritus saluus
sit j Cor. v. Et quantitas puniuit in pluribus filium testium in susannam di
cetibus Daniel xiij Et legimus quod sepe ab alienigenis iussu dei excitatis
propter diuine maiestatis offensam subactus est populus Judeorum ut habetur xxiij q. iij

Premissis auctibus de correccione peccancium legis veteris et noue praxi
xpi et Aplica et ecce primitive Jam restant auctes sanctorum doctorum
per eadem in medium deducere Ymo enim scribit Augustinus super Epistolam Joh. Ka
putes te tunc amare seruum tuum cum enim non cedis Aut tunc amare filium tuum
quando ei non das disciplinam aut tunc amare vicinum tuum quando eum non corrigis
Non est ista caritas sed languor Seruiat caritas ad emendandum corrigendum
Si sunt boni mores delectent Si sunt mali emendentur xxiij q. v. prodest Non vos
iudicetis maliuolos qui tamen alterius iudicatis Magis quippe nocentes
estis si in fratres peccatis quos iudicando corrigere potestis tacendo perire permittitis
Si enim frater tuus vulnus habet in corpore non vellet occultare cum timet secari nonne
crudelitas a te siletur et misericordia a te iudicatur Ymmo pocius debes manifestare

ne detius putrescat in corde .y. q. ii. Non vos Idem de inmone de serm Cen
tulionis Nichil est infelicius felicitate peccancium. quia penalis nutritur impunitas
et mala voluntas velut interior hostis roboratur xxiii q. i paris Idem Si ea
de quibus vehementer deus offenditur insequi vel ulcisci differimus ad iracundiam
utique divinitatis paciam provocamus Nomine Achor filius Zare preuaricatus mandatum
domini et super omnem populum israel ira dei incubuit et ille erat unus homo atque
utinam solus perijsset in scelere suo xxiii. q. iiii Si ea Aug libro ad Crisogonum
In hoc seruiunt reges deo si in suo regno bona iubeant mala prohibeant
Non solum que pertinent ad humanam societatem sed ad diuinam religionem Nec
sunt assumpti ad quietem cordis et corporis sed ad magna solicitudinem et la
borem dum perfecte faciunt sua officia Item Ieronimus in Ieremia Regum est
proprium facere iudicium et iusticiam et liberare de manu calumpniantium vi
oppressos et pregno pupilloque et vidue qui facilius exprimuntur a potentibus
prebere auxilium xxiii q. v Regum Idem in libro Iudicum Tradunt autem
pectores in interitum carnis cum pro delictis suis a christi corpore separant
Et ut michi videtur dupliciter tradunt homines de ecclesia in potestatem
dyaboli hoc modo quo superius diximus Cum delictum eius manifestum sit
ecclesie et per sacerdotes de ecclesia pellitur ut notatus ab hominibus erubescat
et conuersus eveniat ei quod sequitur ut spiritus saluus sit Alio modo quis tradit
dyabolo cum peccatum eius non sit manifestum hominibus deus autem qui videt in oc
culto perspiciens eius mentem et tunc vicijs ac passionibus seruientes in corde eius
non seculi sed aut auariciam aut libidinem aut iactanciam vel alia huiusmodi
istum talem ipse dominus sathane tradit Quo enim tradit sathane Discedit
a mente eius et deserit se et refugit a cogitacionibus eius malis et desi
derijs indignis et derelinquit domum cordis eius vacuam et tunc replebitur
in illo homine quod scriptum est Cum autem immundus spiritus exierit ab homine et
Et Idem scribit Origenes Omelia sexta in Iudicum Item in prologo Biblie
Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest et quantum edificat ex vite
merito ecclesiam christi tantum nocet si destruentibus non resistat hec ille Item
Gregorius in Registro regine Francorum sic scribit Cum scriptum sit iusticia eleuat
gentem miseros autem populos facit peccatum Tunc regnum stabile creditur cum
culpa que cognoscitur emendatur Ideo enim tam ruine populi sunt sacerdotes mali
quis pro populi peccatis intercessor se obiciat si sacerdotes quin ex orare debuerint
grauiora committunt Et in vestris partibus sacerdotes impudice et nequiter conuer
santur Ad hec ulciscenda debemus ardenter consurgere ne paucorum facinus sit multorum
perdicio nec enim sunt dissimulanda que diximus quia qui emendare potest et negligit
participem procul dubio delicti constituit Prouidete ergo animae vestre prouidete ne
potibus vestris quos cupitis regnare feliciter prouidete prouincijs Et prius quam
creator noster manum suam ad feriendum extendat de correctione sceleris studio
sissime cogitate Idem ad Constanciam reginam Gallie scribit Et quia summi

in rebus iusticiam colere bonum est ac sua cuique iura seruare et in subiectos non
sinere quod potestatis est fieri sed quod equum est custodire quod et vos diligere et omni con-
fidencia studere xii q ii Cum devotissimam Idem in Registro ad regem fran-
corum Quum superfluimus corporalia a sacerdotibus vicia et Symoniace heresis
commitatem omnium expertos dapnari atque circum vestre ampliter finibus faciatis
Idem Brunichilde regine francorum Si quos quoque violentos si quos adulteros
si quos fures vel alys prauis actibus studere cognoscitis deum de eorum correctione
placare festinate ut per vos flagellum perfidiarum gentium quod quantum videmus
ad multarum nationum vindictam excitatum est non inducat Nam si quod non
credimus diuine vltionis iracundia scelera sunt occasione commoto belli peste
infirmat quod delinquentes ad rectitudinis viam dei precepta non reuocant
xxiii q iiii Si quos Crisostomus de opere imperfecto super illo capitulo vi Si oculus tuus
scribit Volt xpc ut non solum de peccatis propriis nostris curemus vt eciam si ad
nos pertinentes turpe aliquid agunt utputa Si heres aliquem amicum qui res
tuas bene aspicit quasi proprius oculus aut qui procurat res tuas quasi propria
manum et eum agnoueris aliquid turpe agere precide eum longe abiice quia
scandalizat te quod non solum pro meo peccato sed eciam proximorum quos cohibere
possumus nisi aut cohibuerimus aut repulerimus a nobis dabimus rationem
Item super illo capitulo v Qui irascitur fratri suo etc de opere imperfecto ita scribit
hoc intelligendum est qui irascitur fratri suo sine causa Ergo qui cum causa non
est reus Nam si ira non fuerit nec doctrina proficiat nec iudicia stant nec
vicia compescuntur Iusta enim ira mater est discipline et peccans non solum
non peccat qui cum causa irascitur sed econtra nisi iratus fuerit peccat quia paciencia
irracionabilis vicia seminat negligenciam nutrit et bonos inuitat ad malum
Idem de opere imperfecto super illo capitulo iiii Vade retro sathanas ita scribit Ex
asperitate est iratus et increpauit illum et repulit eum dicens Vade retro
sathana Scriptum est dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies vt
nos disceremus illius exemplo nostras quidem iniurias illatas ab impiis sine in deo
suis in facto magnanimiter sustinere dei autem iniurias et contemptum nec usque ad
auditum sufferre qui in propriis iniuriis quempiam pacientem esse laudabile est
dei autem iniurias dissimulare impium est Item ysidorus sic dicit Principes
seculi non numquam intra ecclesiam potestatis adepta culmina tenent ut per eandem
potestatem disciplinam muniant Ceterum intra ecclesiam potestates necessarie non essent nisi ut
quod non preualent sacerdotes efficere per doctrine sermonem potestas hoc impleat per
discipline terrorem Sepe per regnum terrenum celeste proficit ut qui intra ecclesiam
positi contra fidem et disciplinam agunt ecclesie vtilitas exercere non preualet
ceruicibus superborum potestas principalis imponat xxiii q ii Principes Am-
brosius cum renunciat reipublicati statui assistat potius egressus enim mali-
cie potentas operatur ingressum eademque studio quo tamen extendit in mo-
rencia copulatur xxiii q i Cum renunciatur

Sequuntur auctoritates de correctione peccantium Canonum. Unde pelagius papa scribit
Apostolice auctoritatis exemplo didicimus Romani et ministri mittencium ipsos tradendos
Sathane ut blasfemare desistant xxiiii q. ii. Apostolice. Item leo papa scribit dicit
Abscidenda prorsus pestifera hic a sacerdotali vigore putrida est que sibimet peccare
parando non petit xxiiii q. ii. Illud. Unde taciturnitas in prelato culpanda est sicut
et canes et pastores muti dicuntur qui peccata hominibus non annunciant quibus dicitur
Clama ne cesses. Item leo papa Rustico Narbonensi episcopo. Odio habeant peccata
non homines corripiant tumidi tollerentur infirmi et quod severius castigare necesse est
non sevientes plectantur animo sed medentes vi. di. Odio. Item Iohannes viii administratoribus
stratoribus bone secularium dignitatum que ad ecclesiarum tuitionem pupillorum et vi
duarum protectionem rapaciumque refrenationem constituti erant procul dubio videntur quo
ciens ab episcopis ecclesiasticisque viris conventi fuerint eorum querimonias attentius audient
et secundum quod necessitas expetierit absque negligentia examinent et diligenti studio corrigant
Item ex Concilio Thuronensi capitulo Intestinos parricide homicide multi apud
nos reperiuntur sed aliquem ex hiis sacerdotum nolunt ammonicionibus aure acco
modare volentes in pristinis perdurare criminibus quos oportet per seculares potestates
disciplinam a tam prava consuetudine cohercere qui per sacerdotum salutifera mo
nita noluerint revocari xxiiii q. iiii. Intestinos. Ymo fere omnia antiqua concilia
sanabant ad mali resecacionem. Sequuntur auctoritates Conciliorum pro sancto
Congregatorum de cohibicione et expulsione peccatorum. Conclusum est in sacra synodo
Apostolorum pro fide tenenda nobis a principio secundo ne umquam fient fornicationes et cetera
prava mala in populo xpiano ut patet actuum xv. Hinc paralipomenon in scribitur qualiter
inito Concilio Regis et principum et universi cetus Iherusalem decreverunt ut facerent
phase et premissis nunciis congregati sunt populi multi ut facerent solemnitatem
azimorum mense secundo. Et surgentes destruxerunt altaria que erant in Iherusalem atque
universa in quibus ydolis adolebatur incensum subvertentes proiecerunt in torren
tem Cedron. Et similiter secundi paralipomenon xxxiiii legitur qualiter Iozias convocatis
universis maioribus natu Iuda et Iherusalem ascendit in domum domini unaque omnes
viri Iuda et habitatores Iherusalem sacerdotes et levite et cunctus populus a minimo
usque ad maximum omnibus audientibus in domo domini legit. Lex o. v. voluminis et
Et infra sequitur Abstulit ergo Iozias cunctas abhominationes de universis
regionibus filiorum Israel et fecit eos qui residui fuerant in Israel servire domino deo suo
Istis quantitatibus legis veteris et nove praxi xpi Apostolica et Ecclesie primitive an
tiquitatibus doctorum Conciliorum et Canonum se veritas in lege divina fundan
tur premissis. Ex illis articulis potest probari et ex lege correptionis fraterne qua
xpus dat Mathei xviii que est generalissima cuique parti Ecclesie habet auctem ad
taliter corrigendum. Ymo ex illa docemur regula quod sub pena mortalis peccati as
sistentia circumstantiis debita et a deo data sufficienter non debemus omittere fratres
omnes peccantes caritative corripere cum ut Mathei xviii. docet. Unicuique deus mandavit de
Item quilibet debet diligere proximum ut seipsum et ¶ primo suo est
peringens persona proximi plusquam corpus proprium vel vitam propriam corporalem

eo quod est sibi melius. Ergo pro salvacione proximi debet vitam corporalem, multo magis bona eciam
usque ad mortem exponere. Et pergens sicut quodlibet membrum corporis mistici tenetur
iuvare quodlibet ad sanitatem et vitam corporalem. Et quolibet membrum corporis
mistici tenetur strictiori obligacione iuvare ad spiritualem bene vivendum, ut hii pre-
cando et sacerdotes populo nunciando quod vocatur generaliter correpcio, hii orando vel
aliter promerendo ut contemplativi, et hii secundum potenciam coactivam rectores secundum
legem Christi eam astringendo et comittendo. Cetera que pertinens officiis sic spec-
tant in deum atque proximum quia taciturnitate vel obmissione debiti ex regulis cari-
tatis. Unde quia lex divina christianorum munda et immaculata per quam christianus
immaculatus se debet custodire ab hoc seculo est lex caritatis et perfecto caritatis
libertatis excludens omnem servitutem peccati qua quilibet christianus tenetur expellere
per observanciam mandatorum et ex hac lege ad eius observanciam se et alios
iuvare et promovere verbis et factis unusquisque secundum suam vocacionem. Et omnia peccata
publica et contra racionabiliter fieri possunt prohibita sub pena eterne dampnacionis
per hanc legem dicit a quolibet et in quolibet summis viribus impediri verbis con-
siliis et precibus hortamentis benignis et post si necesse est et expedit durioribus
cum minacionibus comminacionibus et correpcionibus. Et pro illo est Augustinus libro 10 contra
Cresconium Gramaticum et habetur 23 q. 4 Nabuchodonosor sic in forma. Quisquis
christianus iniquum non persequitur Christi est inimicus. Unum dicas si non hoc in illo
persequitur quod Christo inimicum. Neque enim deus in sancto patre in filio maritus in coniuge
tu sunt utrique christiani debent persequi nisi vicia christiane contraria pietati. Et
ideo si non persequuntur rei negligencie multo tenebuntur et hoc in consequentibus
probat et pluribus auctoribus sanctorum quas hic omitti causa brevitatis.

Ex isto articulo et eius probacione primo elicitur quod deordinaciones et peccata
enormia ante dicta cum sint prohibita sub pena dampnacionis eterne
propter nulla lucra mundi sunt defendenda et fovenda, sed per rectores spirituales
et seculares ex eorum officio maxime ipsis cognitis et in communitatibus christianorum
et quolibet statu eorum sunt corripienda prohibenda castiganda et penitus ab
eisdem pellenda. Prima pars huius corellarii patet quod talia peccata et deordinaciones
non sunt fovenda aut defendenda sic persuadetur. Nam quod divina maiestas sub
pena dampnacionis prohibet nullus christianorum audeat hec fovere nutrire aut de-
fendere. Sed deus de utroque prohibet meretricia et pergens ut patet tactum est in auctoribus
legis veteris et nove doctorum et canonum cetera peccata enormia dicens Non erit
meretrix de filiabus Israel, neque scortator de filiis Israel. Et sequitur ibidem contra illos
qui fovent et protegunt tales propter lucra sua non offeres mercedem prostibuli
in lucrum. Et illud quod quis recepit de prostibulo defendendo et protegendo illas pro-
stituciones et si deo ad altare offerunt sunt abhominacio coram deo quia est
male quesitum lucrum. Ergo ista pars corellarii vera. Et aut secunda pars corellarii
sit vera patet quod talia sunt prohibenda et extinguenda patet. Nam ex quo Rex regum
et dominus dominancium deus omnipotens hoc facit et hominibus faciendum iniungit ut patet ex

Discursu veteris et novi testamenti potest videri quod ex premissis rectores predicti idem
facere debent. Primo namque superbiam punivit in lucifero. i. v. in ysa ix et ij pa. ij
In Senacherib ysa. in iiij Re. Aman Hester vij. In filiis heli i Re. In Absalone
filio David In Giesi iiij Re. Luxuriam punivit in Sampsone Judicum xv In
David ij Re. In Onan filio Jude Gen xxxviij In tribu Beniamyn Judicum
xx et xxi. Invidiam punivit in fratribus Joseph Gen xxxvij et xlv In Abi
melech Judic ix. Gulam punivit in Adam Gen iij In Esau Gen xxv
In olofferne Judith ij In filiis Job ca° i. Iram punivit in Caym Gen
iiij In maria sorore moysi num xij In Saule i Re xviij In Jesabel
iij Re et ix Re et alia multa. Accidiam punivit in heli i Re. iij et iiij In
Sizara Judicum In ysboseth ij Re. In Thobia Thobie.
predicti idem facere debent ex officio suo ipsis a deo commisso. Ergo rectores
corrigere coherceant ex officio dictis rectoribus de spiritualibus patet Jeremie primo ubi dicitur
dominus dicit Ecce dedi verba mea in ore tuo Ecce constitui te super gentes et regna
ut evellas etc. Et quo ad hoc xi q. i. Deus. sub autem fabiano dicitur. deus
ad hoc ordinat vos et omnes qui summo sacerdotio funguntur ut iniusticias remo
veatis et presumptiones abscidatis. Et in sacris laboratibus sufficitis et ob
probriis et calamitatibus eorum locum non prebeatis. Sed ei qui calumpniam
aut obprobrium patitur adiutorium feratis. Illum vero qui calumpniam et obprobrium
facit abscidatis. De secularibus autem Ro. xiij dicitur Si male feceris time non
enim sine causa gladium portat dei minister est vindex in iram ei qui male
agit. Et quo ad hoc habetur xxiij q. v Regum et principes. ut in auctoribus
dictum est. Item insuper in sancta communitate christianorum fornicatores et ceteri publice
mortaliter peccantes essent a predictis rectoribus cohibendi corrigendi et non fovendi
atque protegendi. unde ille sapientissimus pastor et rector Paulus prohibuisse
fornicatorem Corinthiis christianis conversis i. Cor. v. et alias fornicationes
extra matrimonium cum aliis viciis mortalibus i. Cor. vj. Gal. v. et Ephe. v. per
hec dans intelligere quod eciam quilibet predicator et rector debet racionabiliter et fideliter
prohibere talia vel similia peccata verbo dei et hortari debet suum templum rectores
qui possunt populo consequenter et communitates ut vitant totis viribus qui inter similia
vocationem ad talia publica vel privata cogitata mala prohibendum et corripiendum
et nonnumquam ad studendum circa talia cautelam Ephe. v. Addit apostolus Nemo vos
seducat inanibus verbis. propter hec enim venit ira dei in filios diffidencie. propter illos
autem qui fovent tales sunt gravius. Addit apostolus ibidem Nolite igitur esse participes
illorum scilicet fovendo tales neque et defendendo. Et Actuum xv. Conclusum est in sancta
synodo apostolorum et perfide tenendum nobis a spiritu sancto visum est inquiunt apostoli spiritui
sancto et nobis nichil ultra imponere vobis quam hec necessaria ut abstineatis ab ymmo
latis simulacrorum et sanguine et suffocato et a fornicatione et ea que vobis
fieri non vultis aliis ne feceritis. Ecce quod statuit lex omnipotentis et per apostolos
manifestavit nobis ne unquam fierent fornicationes et etiam publica
mala in populo christiano

Secundo ex antedictis patet quod dicta peccata et deordinaciones in communitatibus
christianorum et quorumlibet statuum commissa non solum per rectores predictos sed et per
omnes generaliter christifideles tam spirituales quam seculares debitis modis ipsis congruen-
tibus ex zelo caritatis sunt cohibenda corripienda et posse ab eisdem expel-
lenda et nullo modo defendenda vel fovenda patet ex articulo et eius probacione
Et ultra hec que ibi dicta sunt et precipue contra hoc corpus patet exemplariter in
communitate christianorum Corinthiorum Apostolus I Cor. v. dat auctoritatem ut congregati
cum suo spiritu et nomine domini Ihesu Christi tradant peccatorem Sathane in interitum
carnis ut spiritus salvus sit Et communitati Thessalonicensi precepit ut corripiant
inquietos I Thess. ultimo Et communitatem Corinthiorum arguit quod sufferebant insipientes
cum sibi sint sapientes II Cor. Et Dan. 13 Communitas punivit in presbiteris falsum
testimonium in Susannam dicentibus et patet illud est Ambrosius qui ut xxiii q. ii Remittuntur
dei ita scribit puniuntur peccata per homines sic per iudices qui potestate ad tempus
utuntur puniuntur peccata eadem per apostolos sic legimus quod sepe ab alienigenis
dei iussu excitatis propter divine maiestatis offensionem subactus est populus iudeorum
patet eciam xxxiii q. iii Eciam xxiii q. iii Tam sacerdos sub auctoritate Anacleti
pape ubi sic legitur Tam sacerdotes quam reliqui fideles omnes summam debent
adhibere curam de hiis qui pereunt quatinus eorum redargucione aut corrigantur a
peccatis aut si incorrigibiles apparuerint ab ecclesia separentur Item di. 8.6. fa-
cientis sub auctoritate Joh. xii legitur Facientis proculdubio culpam habet qui cum potest
corrigere negligit emendare Scriptum quippe est Non solum qui faciunt sed qui
consentiunt facientibus participes iudicantur Et liberat dominus propterea que ab afflictis
pellat adversa et negligere cum possit perturbare adversos nichil aliud est quam fovere
Nec caret consensus occulti qui manifesto facinori desinit obviare Et probat
odisse se vicia qui condempnat errantes nec relinquit sibi locum deviandi qui
non parcit excedenti Et primus innocencie gradus est odisse nephanda Et late
pandit delinquentibus aditum qui negat cum pravitate consensum et nichil prodest
alicui non puniri qui non puniendus est de alieno peccato

Tercio ex premissis patet quod peccantibus rectoribus tam spiritualibus quam temporalibus
vel aliis quibuscumque statibus superioribus subditi fideles licite possunt illos vel
eciam illorum caritative arguere et potissime eorum detegere et eorum manifestis scele-
ribus eciam contra aliis publice contraire patet ex lege correpcionis fraterne antedicta
a qua nullus secularium vel Clericorum eciam beatus papa vel beatus Petrus capitalis
christi discipulus est exemptus qui si primatem peccavit est a residuo ecclesie corri-
gendus quamquam non impetuose sed prudenti moderamine ex vera caritate ad utilitatem
suam et totius ecclesie ymmo si per impossibile christus peccavit cum sit frater noster Hebr. ii
foret corrigendus et peccans nec homo christus Ihesus nec primus angelus potest statuere
quin si peccavit puniretur Certum si christus summus pontifex voluit arguere coram
esse tante magnitudinis timentes [illegible] tam [illegible] procedunt [illegible]
statum dampnabiliter, statum sacerdocii ignominantes. Nona utilitas
ut predicans [illegible] contra cleri crimina [illegible] , et clericus

per predicacionem gencium finaliter sit salvatus. Qui autem culpam noluerint
incipiant penis dampnacionis per predicacionem quod iam torqueri. Nam dicit
beatus Augustinus de libero arbitrio li. 3o Placantur se homines corripi ad
ipsam pertinet, nec de ipsa argumentantur contra gratiam, nec de gratia contra
correpcionem, quia et peccatis iusta pena debetur, ad ipsam pertinet iusta cor-
reptio que medicinaliter adhibetur, eciam si salus egrotantis incerta est
ut si iste qui corripitur ad predestinatorum numerum pertinet sit ei correptio salubre
medicamentum. Si autem non pertinet sit correptio penale tormentum. Hec ille.

Habito quod peccata mortalia publica, et precipue nobilium sive personarum
aliquorum de ordinacionibus legi dei contrarias, prout declaratum est supra
in precedentibus capitulis et qualibet statu corporis, sunt tolerabilia
corrigenda, et propter hoc ab eisdem repellenda, quia non solum abstinendum
est a malo sed eciam ab eo quod apparenciam habet mali propter scandalum
vitandum ut dicit apostolus 1 Thess. ultimo, ab omni specie mala abstinete
vos. Secundo eciam, et illi sunt arguendi qui publice deferunt signa evi-
dencia et manifesta mortalium peccatorum, quales sunt qui decorant
corpora pompa auri et argenti de labore pauperum ut cetera congregata corpo-
ra in barbis induti veste precia propter famam habent audendam que ipsi
tunc primo in propria vanitate, tum multi habent vestes splendidas ut
videantur meliori divites aut virtuosi propter apparenciam celsitudinis cor-
poris. Secundo consistit in excessiva sumptuositate et tercio abusus corpo-
ris consistit in curiosa sculptione, que consistit in tribus scilicet in brevitate
ita ut appareat evidenter pudendorum. In strictitudine ut tota
corporis appareat in pectore in ventris et parum generalitate, et tercio
in sculpture varietate, ut laciniis, ut pannis variorum colorum secundum va-
rias texturas contingendo, que sunt signa superbie manifesta, ymmo
prelaterum et vana gloria iudicancia. Ita ut nullam excusationem nobilem possit
pro se allegare ubi specialiter prelati utentes vestibus secularium dissimulan-
tibus et dilatantes fimbrias suas et superfluitati preciositati et sumptuo-
sitati vestium intendentes, aspicientes ad pompam magis curie, et ad dominum accersitum
ipsius apostolorum humilitatem et contemptum, ad quas utile est ut redirent considerent
et revolverent 21 q. 4 c. Sinodo vii inferitur quod vestibus claris et fulgidis
clericis ornari non licet, et quod omnis iactancia et ornatio corporalis a sacrato
ordine aliena est, et quod eos episcopos et clericos qui se claris et fulgidis vestibus
ornant emendari oportet quod si in hac permanserint per epitimium corrigantur
et similiter pena digni sunt qui inventi fuerint deridentes eos qui in
vilibus religiosis vestibus amicti sunt. Omnis quippe quod non propter necessitatem
piam sed propter venustatem accipitur elacionis habet calumpniam, quemadmodum
ait magnus Basilius. Sed neque ex sericis texturas vestes variatas indu-
ebat neque apponebat variorum colorum ornamenta in summitate vestimentorum
pristinis temporibus omnis sacratus vir, sed cum mediocri aut vili veste conver-
sabatur. Audieraut enim quod qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt
hec ibi. Revolvent insuper quod in die palmarum ~~legit~~ legit ecclesia sermonem
ante beati Ambrosii, qui memorat humilem adventum Christi in Ierusalem asinam
equitantem. Illum cultum vestium reprehendit Christus et apostolus petrus

qui dicit quarum scilicet mulierum non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio
auri aut indumenti vestimentorum cultus. Et Ysa. iii° predicitur pena ta-
liter preparate se ornantibus dicens In die illa auferet dominus ornamentum calcia-
mentorum et lunulas et torques et monilia et armillas et mitras et
alia multa ornamenta enarrat. Et pro eodem habetur Jo. Apo. iii°. Et ve-
niret eis in mentem quod scriptum est Sopho. i. Disperdam de loco hoc
reliquias Baal et nomina edituorum cum sacerdotibus qui adorant super
tecta miliciam celi. Et subdit infra. Et erit in die hostie domini visitabo super
principes et super filios Regis et super omnes qui induti sunt veste peregrina
et visitabo super omnes qui arrogant ingrediuntur super limen in die illa
qui complent domum dei sui iniquitate et dolo. Et tempore iam dudum agi-
tari inceperunt, et quemadmodum gutte sequentis fluvii presagia precurrentes, et
admodum quedam gemule oblitum etiam prodeuntes, mox arborum
alte arborem pregnant fecturam. Ita pronuncias sunt hominum perhorrendas
modernis temporibus adimplende. Reverendissimus pater in Christo Johannes
Archiepiscopus Pragensis ecclesie, Rutinabat, qui temporibus illustrissimi Im-
peratoris Karoli publice excommunicavit propter huiusmodi filios Belial, qui defe-
rebant rostra in talaribus, barbas coronatas et vestes gottatas curtas
et impudicas, et non permittebant tales divinis officiis interesse. Et ut
fertur etiam in luca sollempnissima civitate in lumbardia tempore urbani
sexti per vicos et plateas voce preconia proclamabatur, ut mulieres impre-
non deferent aurum et argentum, neque alias quascunque vestes impudicas.

Item usura et alii contractus illiciti in laicis, et prophanas
beneficia presbiteria in clericis, pondera iniusta, et mensure minores debito
In negociacionibus exacciones iniuste, additur redditum annuo in suis
subditis, causa nulla requirente In militibus furta et latrocinia in
vagis clericibus, que omnia manifesta sunt signa et indicia avaricie

Item frequentacio thabernarum, scurrilitas, insanie, frequensque ebrie-
tas et crapula que omnia sunt signa gule evidencia

Item aggregacio meretricum in publicis domibus et qui tenent et
fovent easdem in vicis suis et domibus. Porro publice virorum et
mulierum promiscue incessus, mulierum lascivia et inhonestus et ingeniosus circa
publicum ornatum et impudiciam, de spectu uberum mulierum, et denudacio
scapularum, et mutua voluptas frequens balneacio, dampnosa luxurie pro-
vocativa, que omnia sunt signa evidencia luxurie

Item iram retinere per longinqua tempora non relaxatam iniuriam publice
Arma deferre adversus inimicum hominem suo qui non est Judex
vel alias publice iusticiarius, non loqui cum proximo, aut nolle re-
spicere ob odium quem suum detrahere vel alias male loqui de suo que sunt
signa evidencie iracundie manifesta. Et sic intelligendum est de pluribus
manifestis aliorum peccatorum mortalium de quibus omnibus dicit Apostolus
ad Galatas v° Manifesta sunt opera carnis que sunt fornicacio etc. et ut
supra. Nam quia non probaverunt tales habere deum in noticia, Ideo iam
tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant ea que non conveniunt
repletos omni iniquitate malicia etc. ut Ro. i°. dicunt Apostolus et i. Thi. vi°.

Quod autem talibus omnibus et singulis sit utile et necessarium arceri par
ticipatione ecclesie a maliciis talibus, utputa per denunciationem publicam
et expulsionem de populi plebe catholica, patet facile ex principiis prehabitis
si fideli animo contemplentur. Potest insuper id hoc concludi ex evangelio
et argui veritate dicente Mathei v°. Audistis quia dictum est antiquis
Non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis quod
omnis qui irascitur fratri suo etc. Et hoc quantum ad primam rationem dic
Sequitur infra quo ad secundam luxuriam. Audistis quia dictum est an
tiquis Non mechaberis. Ego autem dico vobis omnis qui viderit etc. Et
infra quod si oculus tuus dexter etc. quod liquide et clarius sole apparet
quod ibi dominus loquitur ad corpus ecclesie, et de eius membris sicut sit
superius ad propositum quod si unum membrum ecclesie, quantumcumque sit principale
per sua facta scelerata et evidentia totam ecclesiam scandalizat at
que expedit ecclesie ut de ecclesia per excommunicationem precidatur, et abscindatur illud
membrum et sanas [illegible] quam tota ecclesia scandalizetur. Quam hec dominus
[illegible] infra Mathei xviii° exposuit dominus Qui scandalizaverit unum
de pusillis etc. Quod exponere dominus non de membris humani corporis
debere intelligi, sed de membris sui corporis mistici i. ecclesia [illegible]
mox et immediate notanter subiunxit dominus Videte ne contempnatis unum
ex hiis pusillis. Et vero illud dominus loquitur de correctione peccatorum, puta
que est per excommunicationem separationem, quod valde et plana dicit intellectum
ipso peccatori per patere manifeste ex immediate subiunctis ubi dicitur. Si autem
peccaverit in te frater tuus etc. Et sequitur infra notanter ad propositum
Amen dico vobis Quecumque ligaveritis etc. Ecce quod palam dominus loquitur
illos fore eiciendos a gremio fidelium, qui ecclesiam dei publice et
manifeste contempnunt ac confundunt vivendo peccatorie scandalose
et signa manifesta peccatorum mortalium defendo. Sed adhuc manifestius
explicat apostolus i. Corinth. v°. ubi dicitur omnino auditur inter vos fornicatio etc.
Et infra Et vos inflati estis et non magis luctum habuistis. Et infra
Nunc autem scripsi vobis non commisceri, si is qui frater nominatur inter
vos, et est fornicator aut avarus aut ydolis serviens aut maledicus
aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de hiis
qui foris sunt iudicare, de hiis qui foris sunt dominus iudicabit. Ecce
quod limpide apostolus decernit huiusmodi scandalosos removendos, propterea per excommunicationem
a consortio aliorum publice confitendos, ut ceteri timorem habeant
et tandem mala sua recognoscant

Etiam audistis de diversis peccatis et enormitatibus statuum utriusque
tam spiritualium quam secularium deformationibus, et late istis pestibus
novissimis temporibus occupantibus. Que intantum hic abundaverunt
ut illud quod olim in tempore [illegible] ab omnibus vicium iudicabatur, iam
nullum penitus reputetur. Primus illud quod in tempore [illegible] [illegible]
[illegible] abiecissent [illegible], iam hodie honestas et [illegible] iudicatur
Et ita multa similia reperiret, qui fideliter [illegible] [illegible]
ecclesiam in maxima [illegible] ad presentem dispositionem [illegible]

in Canis comparaverit, ymo tot et tante sunt iam deordinationes in
hiis que generant materiam fidei et morum, tot peccata et crimina inspirata que
excreverunt quod beatus Paulus apostolus veniret posset nobis dicere quod olim
dixit Atheniensibus, per omnia quasi superstitiosos vos video. Et veritatem
post illud videlicet pro ipso hoc dicimus, filius hominis putas, veniens inveniet
fidem super terram. Et illa omnia mala correptione sunt digna. Ymo breviter
Et quo fidem frangere omnis vitae est in principia, prout patet per eundem [illegible]
doctrina Nova introducta novitatis que pretenditur esse vitae, quidem
nullum huius fundamentum est reprehensione digna. Et super quod nullus
Canus obligatur pro stabili. Et ad hoc est Gregorius. Et habetur
in decretis [illegible] Cum Paulus dicat, fundamentum
aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus Jhesus.
Consequenter probatur, ubi Christus non est fundamentum, nullum
boni operis superest edificium. Hoc dicit quod sicut apostolus dicebat Ro. [illegible]
Non enim audeo aliquid loqui eorum que per me non efficit Christus.

Post hec omnia circa istum articulum adducta et circa alios quoque
elucidationem venimus non intendentes derogare alicui scripture
sacre, nec aliquorum sanctorum doctorum, aut aliquid aliorum [illegible] contra
fundere in sententia fundata, qualiter in eadem novit deus ipse qui
qui cordium est scrutator. Sed approbantes et considerantes multorum fidelium
hominum pro hiis principaliter reparationem et emendationem generationis toto
conatu agimus, et agere intendimus, ut cognitis et perspectis premissis rationibus
iure et causis nobilibus quibus moti sumus ad premissos articulos
quoad particula a cunctis Christifidelibus defendentur, et de reformatione
multarum que sunt contra legem divinam immaculatam, una pro ipsorum
Christo et eius sponsam, unam quam credimus cogitemus, ut Sanitas
in capite et membris reformetur. Et si aliquis ultra hanc mandatam
piam et sanam intentionem aliqua nobis ascribat enormia et impudica
vitia tamquam non reus testis a Christifidelibus habeatur, cum non sit a-
liud in corde nostro quam totis viribus et toto posse placere deo nostro Jhesu Christo
eiusque legem et precepta, et hec puncta catholica fideliter excipere et
implere. Et si per quempiam multitudinis nostre aliquid sinistri aut
scandalosi actum sit, de hoc dolemus, et non debemus in causa talium
esse, cum sicut notum est, omnia timere contingibile, et hoc preter intentionem
nostram continuavit accidere, prout sanctam sancta et multi excessus contingunt
contingunt conformiter inter subditos aliorum in forma qua preter intentionem
eorum qui dolentes de hiis non dant occasionem talium inditiorum. Et sic
sit dictum pro parte etc.

Explicit pars secundi articuli Bohemorum habita in pleno sacri
Basiliensis concilii per dominum Nicolaum de secta Taboritarum
Anno domini etc. xxxiii°.

Audistis reverendissimi patres, illustrissime princeps, celeberrimi
inclyti et doctissimi viri, venerabilesque oratores famosi
regni Bohemie, profundam excelsam et veram positionem
de communione divinissime eucaristie, pro qua ostensum
est non esse de necessitate salutis nec preceptum a Christo salva-
tore a quocumque non sufficiente statim communionem accipere sub utraque spe[cie]
panis. Sed et dum iam prior patientes aures commodate, facite quietum
silentium, ut dum sermo, qui ut spero de regalibus sedibus venit, in hoc
divino cetu libere currat. Nullus publica preter ab ore dicentis; neque
subest ingenium, neque hoc patitur materia. Debet enim prior dicta memi-
nisse sermo vel esse subiectus, non vel sermoni. Unde cum de punitione peccatorum
futura sit oratio mea, ut in mortalibus tempore et singulariter procedendum est,
cum manus ad opus ponere temptarem, quorsum oculos, quorsum
articulos digitorum scribentium, quorsum animi volatum, pavidus
nesciebam. Obtulit se materia lata, et angustus erat locus ingenii, spissa
valde, et colligendi virtus non erat. Cumque tam necessitatem vel intelligerem
quia in ea pendeat salus orbis, et signanter ecclesie catholice ultra quam credi
potest, timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebre. Ea
propter postulavi a domino, ut oriretur michi sol iustitie, prout ad opus meum
et ad operationem meam usque ad vesperam, id est ad finem huius actus. Et
dixi: Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua, propheta
psalmo c° (?) ... Non miretur aliquis, quod revelationem oculorum pro ingenio
uno (?) exemplo Rex Salomon sapientiam poposcit, ut sciret introitum et exitum
suum, et ego ... et civis populi ... huius sapientie non queram (?).
Ille de populi ... regimine curationem erat, nec in viribus suis
fuit confisus. Et ego pro salute populorum pro quibus dux in Ihesu
Christus sanguinem suum fudit, pro pace et unitate laborem assumens,
ut qui coniunxit duos parietes Iudeorum et gentium in uno angulari lapide
Christo Ihesu, iungat et nos in vinculo spiritus et caritatis. Sperabo in vir-
tute mea magna. Certe michi cara est nos (?) et hec famosa et in-
clitum regnum Bohemorum. Gallie mee regioni olim amicum ...
et sociare in federe sempiterno pacis. Et ut unanimes de cetero habitemus
in domo domini, unde ipsos dilectos propter deum venerandos inclitos Bo-
hemorum oratores velim, ut si alicubi sapientia que ad aliqua quod ipsum in
articulo de punitione publicorum peccatorum non moveant eorum residet animum
nec eum ad ... veniunt nisi per medium ..., nec michi quibus respiciat
nisi se ingesserit certum ... neque in difficilibus nisi post disputationem
veritas lucebit. Sed in hoc non modicus labor, non erit tenuis gloria. Aperui
oculos mentis. Recto patres dignissimi quoniam visio ... est michi, et
eam plene non intelligo, calamitatem ecclesie mente revolvens. Cum super
eam ploratum planctu magno, ut alter Ieremias. Vidi ollam succensam
et faciem eius a facie aquilonis. Et cum in talia opus est in visione
dixi deo: Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Quam
ut intelligo, que nam sit hec olla, que succensa que faciem contra fa-
ciem aquilonis. Olla ista huius sacrosancte synodi, nec non in hoc

Venerabilium oratorum Bohemie caritatis est in qua ut olla concepta
et amissatur reparantur. Si quidem nimis fervit est cauenda fieri ut agens
omnia faciat succensio ardor et zelus est facies que anterior pars est capitis
Interius non incongrue capitur aquilo regio frigida et sicca a qua
ut Jeremias propheta testatur panditur omne malum et peccata. Caret
enim calore gratie et humore pietatis. Caritatis itaque est huius facie con
gregacionis anterius versa contra peccata reposita in peccata in olla constitutionis
nostre preter quorundam et domini venerabiles profecto fervorum quod adversus
ea zelus affectum nostrorum commotus est, sed quemadmodum ignis in aliena
materia urit et crepitat, ita quidem in peccata zelus accenditur turbidus
est et inquietus. Et sicut ignis in propria materia iam non ignis carbo aut
ignis flamma, sed ignis lux est non urens sed lucens, non agitatus
sed quietus, ita enim zelus conscius pacis in meditacione celestium per
manet lucidus est, non urit non laborat sed tamen in ardore crescit
de quo propheta psalmo respondens, in meditacione mea exardescit ignis.
Cui vos successor est ille faber est, qui sufflavit sub ea prunas
Ipse est venerabilis pater articulum de peticionis prunas
racionum suarum et auctoritatum retulit sufflavit, quam ... dux ad vos
misit ut ollam ardentem amplius succenderet, de quo Ysaias ait
l. iiii^to Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas, ut proferret
vas in opus suum ... meus faber consufflavit prunas succendit
ut olla ipsa pene resoluta liquesceret. Sed sicut cum videt comparumus
flammam consurgere, ut vas proferat opus suum, aquam mittit in ignem
neque eum succendere desinit. Ita tamen zelum venerabilis patris ad
modum vehementer videns ad combustionem nostrorum, timens enim vires
et ignis ille ustionem, aquam moderacionis huic igni zeli, ut alter
faber mittere curavi. Videmus equidem, quod flamma ultra fornacem
effundebatur cubitis multis, succenderat eum cum valde, unde ego
intelligens omnem excessum periculosum, unus utile reputa esse neque
nimis. Porro quia male nutrimus omnia impetus procus effecta diffluunt
ministerio patris antidotum aquam ad ignem attuli ut aliquod com
bobus vobis medium fiet, medium enim amat dominus, stat medius inter
eum ad baptismum Johannis, in medio doctorum est, in medio duorum
aut trium congregatorum in nomine suo, in medio discipulorum suorum
dum dicit Pax vobis, non est ergo pax nisi in medio. Igitur conversi
tamen venerande pater ad medium temptabo reducere ut ad pacem
veniamus, tunc in camino ignis erit ut in propria materia, dum purgat
nostrorum rubiginibus et combussit ignis celestium desideriorum ardebit pru
nis. Hunc dominus suscitat, hunc dominus agitat hunc succendit, de quo
loquitur ipse Luce xii^o Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi
ut ardeat. Idemque ignem misit in terram dum in propria verbum legis deus
ignis consumens est, deus emulator qui in rubo ardenti apparuit
qui ductor fuit populi in columpna ignis per noctem, tunc impletum
est verbum evangelice prophete Isaie x^o Erit lumen Israel in igne et

sancta in flamma ignis luceat ignis iste. Abscondo, domine, in corde
meo ut revelentur oculi mei et considerem mirabilia de lege tua.
Ardeat ad consumpcionem peccatorum ut ara ignea [illegible], et sit sermo meus
ut facula ardens in illo ollam cordis per veneracionem [illegible] super
modum [illegible] sint succensum nec sine [illegible] nec extinguat,
sed asperse atque moderatius fervorem cordium in concione temperet,
et ignitum eloquium frigida quemquam [illegible] informacione sancte ecclesie
ad dei laudem [illegible] zelus domus dei ultra non incipiet nec
[illegible] demo sufflare [illegible] in [illegible], sed luceant fidelibus
ecclesiastici [illegible] in firmamento, et tandem in hunc sortem sanctorum ful
gebunt ut stelle in perpetuas eternitates, prestante domino nostro Jhesu Christo, qui est lucerna
eius, qui cum patre et spiritu sancto est deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Ad declaracionem materie secundi articuli qui est de punicione peccatorum
publicorum, nuper pro parte venerabilium [illegible] regni
Bohemie propositi [illegible], et veritatem [illegible] una
protestacione [illegible] supplicacionem ut [illegible]. Pro
testorque tamen dicenda submitto correccioni et emendacioni huius sacro
sancte synodi, affirmans quod affirmandum dictabit, negans quod
negabit a sua [illegible] in prospero [illegible]. Sup
plico cum omni reverencia, ut dicenda [illegible] cum omni mansuetudine
suscipiant, [illegible] neque [illegible] vel indignacioni neque temeritatis
proposito sed in spiritu lenitatis et visceribus caritatis zelus domus dei hac
[illegible] me [illegible] tangit. Audistis, patres reverendissimi, inclyti domini
ac viri [illegible] articulum sub hac forma: Peccata mortalia
publica et quantum racionabiliter fieri potest privata aliaque deordinaciones
legi dei contrarie in civitatibus [illegible], et quolibet statu [illegible] debite
iuxta dictamen divine legis per [illegible] fideles tam spirituales quam seculares
prout congruit utrisque sint cohibenda, corripienda, castiganda et
pro posse ab eisque expellenda. Deducendo eum proposicionis [illegible]
dilectus multa inseruit, sed de potestate legis humane per quas et quo
peccata publica et secreta [illegible] sicut possunt corripienda; de peccatis
prelatorum et sacerdotum; de indulgenciis et absolucionibus et contracta
cionibus; de peregrinacionibus et veneracionibus reliquiarum et [illegible]
circa illas; de pluribus aliis [illegible] et [illegible] con
tingentibus sacerdotes ipsos et alios fideles. Materiam igitur latam hanc
et [illegible] ad tria puncta abbreviabo. Primus erit de punicione
peccatorum publicorum, et devitacione tenenda circa [illegible] materiam
huic proposito aliqualiter attinentem. Secundus pertractabit per quos fieri
debeat peccatorum publicorum punicio. Tercius satisfaciet [illegible]
per [illegible], et erit de aliquibus incidentaliter per eum propositis
et [illegible] narratis cum inductione circa hec fiat debita refor
macio [illegible]. Quantum ad primum de punicione peccatorum privatorum
non est magna difficultas, [illegible] ut in articulo [illegible] dicitur
[illegible] sicut possunt privata. Tamen de illis aliquid dicetur in

confessionis materie de punicione publicorum. Notandum quod est quod peccatum
mortale multas habet descriptiones. Non enim habet diffinicionem dicentem quid
quid est, nam multa sunt entia non habencia quiditatem vel eciam
ut sunt privaciones et negaciones, et sic descriptiones peccati mortalis sunt
sermones maioris declaracionis. Itaque dantur a beato Augustino quatuor
descriptiones peccati mortalis. Prima: Peccatum mortale est dictum factum vel con-
cupitum contra legem dei. Secunda: Peccatum est voluntas retinendi quod ius-
ticia vetat, hec datur libro de duabus animabus. Tercia: Peccatum est ne-
glectis rebus eternis temporalia sectari, hec datur libro de libero
arbitrio. Quarta: Peccatum est vti fruendis et frui utendis, libro
83 questionum. Ambrosius sic peccatum diffinit vel describit: Peccatum
est prevaricacio legis divine, et celestium inobediencia mandatorum.
Anselmus sic peccatum diffinit: Est carencia debite iusticie cum [illegible]
[illegible] pecudum (?). Anima vero formalis peccati est defectus a rectitudine.
Rectitudo autem per eternam est lex eterna [illegible] in vera racione, forma
peccati est exorbitacio a lege dei aut vera racione, et hic recessus a
rectitudine debita ponitur in omnibus descriptionibus. Augustini est vero
quod eciam ponitur materiale peccati scilicet actus. Itaque omnes iste descriptiones
peccati ab Augustino date complectuntur materiale et formale. Descriptio
Ambrosii dicit solum formam et causam deficientem, forma eius dicitur care-
ntiam debite iusticie. Causam vero deficientem ex qua illud formale procedit
tamen dicit a voluntate perdendi (?), a voluntate scilicet non efficiente sed
deficiente, cuius defectus est causa carencie debite rectitudinis, inesse
actui qui dicitur culpa aut peccatum. Hec dicta sunt. Anima quod notavit
bene ipsa, quia formalis, et illam accepit propones articulum. Secundo
notandum quod peccatum dicitur publicum quod habet facti evidenciam quod
probabiliter probari non potest. Quartum vero quod caret tali evidencia secundum
quemadmodum dixit propones. Tercio notandum ad tollendum confusionem
in sequentibus quadruplex iudicium: quoddam est discussionis, aliud
est iudicium condempnacionis illius qui alicui diffinitivam sententiam quod est actus
iusticie. Aliud comparacionis. Aliud assumpcionis. De iudicio discussionis seu
descrecionis ostendens apostolus, quis homo debet se ipsum probare ait. Si nos
ipsos diiudicaremus, non utique diiudicaremur. De iudicio comparacionis
dicitur (?) Mathei 12°. Sedebitur, quia respectu illorum alii iudicantur. Alleg-
atur Mathei 12°. Viri niniuite surgent in iudicio
cum generacione ista, et condempnabunt eam, quia penitenciam egerunt in
predicacione Jone, et ecce plus quam Jonas hic. Et regina austri surget in
iudicio cum generacione ista et condempnabit eam, quia venit a fini-
bus terre audire sapienciam Salomonis, et ecce plus quam Salomon
hic. De iudicio assumpcionis Mathei 19°. Dum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes duo-
decim iudicantes tribus Israel. Et ista distinccio utilis erit ad
propositum in sequentibus. De consideracione peccati secundum se eciam generice
ad publicetatem non est utilis distinccio ut in sequentibus cohibetur
ad peccatum in se referatur sive occultum aut publicum et consequenter ad
peccatum in publico id est ad peccantem. Quarto notandum quod dux

est correctio, quedam est actus iusticie pro cohibitione pene, alia
est caritatis ad emendationem consciencie, et hec itere ad tollendum errores
in dicendis, non erit apprimens. Nam sepe propter redemptionem nominis quis
volet quis de una in aliam commendendo ab origine legis. Sit hec
prima propositio. Secunda est lex eterna in summo omnium principe cuius eminencius
divina prudencia negatur, necesse est in gubernante esse
dictamen practicum omnium ab eo directorum, ut quo a ratione practica
artis creature processit, sic sua prudencia in ipsum ut in finem ultimum
reducatur. De qua dicit Augustinus 1° de libero arbitrio lex que summa
ratio nominatur non potest cuiquam intelligenti nisi incommutabilis eternaque vi-
deri. Et idem de vera religione dicit, mens mea que conditrix est, sentire
legem ultra immutabilem sed omne immutabile dicitur eternum. Secunda que est
lex eterna, ab hac derivatur in nobis lex nature velud quedam participatio
eius per quam inclinamur ad proprios actus et finem vite humane. De qua
super illo Romanorum 2° Cum gentes que legem non habent naturaliter ea
que legis sunt faciunt eiusmodi legem non habentes sibi ipsi sunt lex, dicit
glossa: et si non habent legem scriptam habent tamen legem naturalem, qua quisque
intelligit et sibi conscius est, quid bonum et quid malum. Hec
est impressio de qua propheta in psalmo 4° Signatum est super nos lumen
vultus tui domine. Et hoc etiam dicit Augustinus in libro 83 questionum, quod ex ineffabili
atque sublimi rerum administratione que fit per divinam prudentiam quasi
transscripta est lex naturalis in animam racionalem. Secunda propositio
Ultra legem eternam et legem naturalem oportet ponere legem humanam.
Humana enim ratio non potest participare ad plenum dictamen rationis divine
sed suo modo et imperfecte ac secundum distinctam repugnanciam ut loquitur
Albertus magnus. Ideo sicut ex parte rationis speculative per partici-
pationem divine sapiencie inest nobis aliquorum communium principiorum
cognitio, non autem singulorum veritatis sicut in divina sapiencia continetur, sic etiam
ex parte rationis practice naturaliter homo participat legem eternam secundum
quedam principia communia, non autem secundum particulares directiones singu-
lorum que in eterna lege continentur. Unde necesse est quod ratio humana procedat
ad particulares quasdam legum sanctiones, et hec dicitur lex humana.
Sit duplex quedam, quod initium iuris est a natura profectum, deinde quedam
in consuetudinem ex utilitate rationis venerunt, postea res a natura
profectas a consuetudine probatas legum metus et religio sanxit.
Igitur prima ratio utilitas legis humane sumitur ex imperfectione rationis
nostre quo de singulis agendis non potest iudicium fieri ex solis principiis
practicis legis nature. Et illam tangit sanctus Thomas 1a 2e questio
xcv articulo iii in responsione. Secunda et sit in refulgencie legis eterne in nobis
et super vultus nostri creature insistit radius divini luminis quedam
naturalis inclinatio sit in nobis ad virtutes, perfectio tamen est per
aliquam disciplinam, quia perfectio consistit in retrahendo hominem ab
indebitis delectationibus ad quas proni sunt omnes et maxime
iuvenes. Ideo necesse est maxime disciplinam habere homini ab alio, et quidem
in bene dispositis ad virtutes ex bona dispositione sua consuetudine
vel divino munere sufficit disciplina prima que est per monitiones

in pronis ad vicia, qui verbis uel facile mouentur. Necessaria est dis-
ciplina coactiva per vim aut metum ut sic malefacere desistant
dentes ceteris vitam quietam, et tandem mediante consuetudine ad hoc per-
ducantur ut voluntarie faciant quod a principio metu impleuerunt. Talis
vero disciplina est disciplina legum. Hec racio tangitur a beato Thoma
prima secunde questione xcv articulo primo in principio. Hec due vie dicuntur, quia una
sumitur penes conclusiones, alia penes determinacionem. Ex prima racione sequitur
quod precepta legis humane derivantur ex preceptis legis nature multa et
per modum conclusionis determinacionis quemadmodum principia, sicut ex illo principio
legis nature, qui male facit est puniendus, derivatur preceptum quod tali
vel tali pena est puniendus. Aliqua eciam derivantur ex preceptis nature
legis per modum conclusionis ex principiis ut ex illo principio legis nature
Nulli malum est faciendum. Similiter illud preceptum legis humane, non
est occidendum, sed propria autem et ea que derivantur per modum conclusionis
ex preceptis legis nature sicut ex principiis, vigorem habent non solum ex
lege sunt posita sed eciam ex lege nature. Que vero derivantur ex pre-
ceptis legis nature sicut ex principiis per modum determinacionis, illa non
sunt inclusa in illis ut sunt conclusiones in principiis habent ex sola
lege humana vigorem. Hec in summa habetur a Thoma prima secunde questione xcv
articulo secundo in principio. Et iusta questione xcix articulis iii et iiii ostendit, quod lex
divina ordinat hominem ad deum et ad hominem, et utrosque in quibus pertinent
ad dictamen legis nature, ad quod pertinent precepta moralia. Determinacio
determinacio in hiis que ordinant hominem in deum, facta est in lege
veteri per ceremonialia. Determinacio vero in hiis que ordinant hominem ad in-
vicem facta est in lege ipsa per iudicialia. Et hinc determinaciones ceri-
monialium et iudicialium necessarie sunt, quia universalia non mouerent
sufficienter ad opus. Unde ex hoc precepto Deus est adorandus sim-
pliciter primus et religiosus affectus inficiebat quare in opus, sed aut
ut impugnabatur unitum ut factum est ante legem datam, aut ut
ex post per ceremonialia sunt determinatum sic adorandum est, sic sacrificandum
est tunc, ideo eciam ex preceptis Non furtum facies, non mechaberis
et sic de aliis, que sunt legis nature et moralia, si non fuisset deter-
minatum per ea qua pena sit aut mechus aut homicida, iste pu-
niendus erat iudex non nisi proprio arbitrio sciuisset infligere. Ideo ut
debitus ordo hominum adducetur et pax servantur, oportuit iudicialia
precepta superaddere moralibus, videns exemplum optimum ad illud
de observacione sabbati quod in quantum actum colendi morale
est, ipso Moyses non habuit qua pena puniendus esset, qui ligna
collegerat in Sabbato donec consuluit Item et Josue super furto
Achor quod non simplex furtum videbatur sed furtum de anathemate
Jericho usurpans periit a deo, quia de ceremonialia legis veteris
sunt mortua et mortifera et iudicialia eciam mortua necesse
fuit sub lege gracie esse leges humanas, que precepta moralia
legis divine et naturalis per determinacionem ab illa determinarent. Alioquin
iudex homo sepe nesciret furem homicidam adulterum qua
pena puniret sicut sciens quod puniendus est, sed nesciens quo

3a c[onclusio]

cursum vellaret et inchoaret, hec ideo posita sunt, ut non despi-
ciantur leges humane sed ordine teneantur ut ille que in tantum bone sunt
imitantur divine legis rectitudinem et iusticiam imitantur. Tercia con-
clusio. Quamvis omnia peccata mortalia et maxime publica sint a
quolibet fideli detestanda, non tamen omnia sunt punienda lege humana.
Primam partem conclusionis suppono. Secundam probo sic: Ysidorus v°
Ethimologiarum dicit, quod lex debet esse honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum
consuetudinem patrie, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta
ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo privato comodo
sed pro communi utilitate civium conscripta. Ex hoc quod lex debeat esse possibilis
secundum naturam et consuetudinem patrie, et hoc quod pro communi utilitate
omnium fertur, conclusio deducitur sic: lex ponenda est hominibus
secundum eorum condicionem quia sicut diversos homines diverse leges sunt ferende
ymo secundum varietatem temporum sunt mutande. Sunt igitur non solum
condicio perfectorum et imperfectorum. Cuius intencio est ut aliqua sunt pos-
sibilia perfectis que non imperfectis. Legislator qui multitudini preest tamen
et fert legem in qua continetur maior pars est imperfectorum. Cuius intencio
est homines facere bonos possibilia multitudini debet precipere, alioquin faceret
eos deteriores, cum tunc confunderentur perfectionis precepta. Illa ergo prohibeat
a quibus possibile est faciliter multitudinem abstinere, et que vergunt
in nocumentum civitatis. Alia vero que non sunt humana tolleret et
permittit. Hec et ex Thoma prima secunde q. xcvi ar. ii° in corpore. Si vero multitudini
in qua maior pars regulariter est imperfectorum difficillima preciperet et
levia aut nimis gravia prohiberet nimis vellet ingerere et esset
fragilibus rebellionis et contemptus aut turbacionis pacis, si ipsi
et multitudini perfectionis vel perfectorum iniceret, poneret vinum novum
in utres veteres, quod sequitur nisi quod dicit Christus Mathei ix°: Non funguntur
utres et vinum novum effunditur, quia veti vite dediti virtute e
mitte diu ad novam vitam virtutis perfectorum precepta artarentur
ad peyora probarentur, et vinum mandatorum perfectionis pervenire
preue effunderetur. Hec ex sancto doctore accipiuntur ubi supra et q. c ar. ii°
ad sextum. Unde furta, adulteria, homicidia et que conturbant policiam
et ea a quibus multitudo potest facile abstinere humana et civilis
lex prohibet, prophetiam aut fornicatorem aut pacem intrinseca
fiat vis in verbo licet sit peccatum mortale et divine maiestati
offensivum tolleret nam per ipsum non turbatur policia, nec plebeiam
multitudinem lusibus delicijs et voluptatibus deditam facile est
abstinere. Dicit enim Iheronimus epistola ad Occeanum: Venter mero estuans
cito despumat in libidinem, et quidam poeta ait: A libero patre
intemperancie gradus est ymo prudencia principis penalis huius peccati
acceptance dant maioribus criminibus et pariet in policia gravem
scandalum. Item Augustinus de hac parte loquens libro de ordine
ut Thomas refert ait: Aufer meretrices de rebus humanis et
omnia turbabis libidinibus. Item de tollerancia iudeorum supra
est pars longo dicto ostendit in ipsis propter inimicos ne occidas eos

et tunc sunt mali igitur etc. De hac vero tollerancia dicit Thomas 2a 2e q. 10 articulo 11 quod regimen humanum derivatur a divino, et ipsum debet imitari. Deus autem quamvis sit omnipotens et summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in universo que prohibere posset, ne eis sublatis maiora bona tollantur, vel etiam peiora mala sequantur. Sic igitur in regimine humano qui presunt recte aliqua mala tollerant, ne aliqua bona tollantur vel etiam ne alia peiora mala incurrantur, allegat ibi Augustinum libro de ordine dicentem: Aufer meretrices etc. ut supra. Sic ergo infideles tollerari possunt quamvis peccent, vel propter aliquod bonum quod ex eis provenit, vel propter aliquod malum quod vitatur. Ex hoc autem quod iudei ritus suos observant, in quibus olim prefigurabatur veritas fidei quam tenemus, hoc bonum provenit quod testimonium fidei nostre habemus ab hostibus, et in figura nobis reputatur quod credimus, et ideo in suis ritibus tollerantur. Aliorum vero infidelium ritus, qui nichil veritatis aut utilitatis afferunt, non sunt aliqualiter tollerandi, nisi forte ad aliquod malum vitandum, scilicet ad vitandum scandalum vel dissidium quod ex hoc posset provenire, vel impedimentum salutis eorum, qui sic tollerati paulatim convertuntur ad fidem. Propter hoc enim etiam hereticorum et paganorum ritus ecclesia tolleravit, quando erat magna infidelium multitudo. Hinc illud. Et Gregorius dicit de iudeis, et habetur in decretis dis. xlv^ta ca° Qui in causa omnes festivitates suas prout hactenus ipsi et patres eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant observandi celebrandique licenciam. Et Augustinus primo de libero arbitrio dicit: lex humana non potest omnia que mala sunt punire vel prohibere, quia dum auferre vellet omnia mala tollerentur etiam multa bona, et impediretur utilitas communis. Propterea ait idem eodem libro: Lex ista que regendis civitatibus fertur multa concedit atque impunita relinquit, que per divinam providenciam vindicantur. Nec tamen quia non omnia facit, ideo que facit improbanda sunt. Verum quia non omnia mala publica possunt penaliter punire, tamen omnia prohibet et sunt que vergunt in nocumentum aliorum et policie. Nam Augustinus ut illos vitat in suo tercio ponit libro de decem cordis differenciam inter flagiciosos et facinorosos et dicit: flagiciosi sunt qui peccant in se, facinorosi qui peccant in alios eis nocendo, et contra tales qui nocent proximis date sunt leges ut tales de medio rapiantur, ut scilicet sunt velud membra putrida in corpore societatis humane. Et ideo a societate sunt abscindendi. Propterea sicut dicit Isidorus quinto libro Ethimologiarum, facte sunt leges ut earum metu humana cohibeatur audacia, tutaque sit inter improbos innocencia, et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Cogit interdum lex humana nonnullos legem evangelicam observare, secundum quod dicitur Luce xiiii°: Exi in vias et sepes et compelle intrare ut impleatur domus mea. Et hoc testatur beatus Augustinus ad Vincentium donatistam dicens: Hec autem primitus mea sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo eum agendum, disputatione pugnandum

racione convincendo, ne christos catholicos heremi quos apertos hereticos no-
veramus. Sed etiam opinio mea non contradicetur ubi sed demonstratur
supprobatur exemplis. Harum enim legum terror quibus prius legalibus
reges fuerit deo in timore. Ita profuit ut nunc alii dicant: Iam hoc
volebamus. Sed deo gratias qui nobis occasionem prebuit et dilacionis moras
amputavit. Alii dicant: hoc esse verum iam sciebamus, sed nescio qua
consuetudine tenebamur. Gratias deo qui vincula mea disrupit. Alii dicunt
nesciebamus hoc esse veritatem, nec eam discere volebamus, sed ad eam
cognoscendam metus fecit esse intentos. Gratias deo qui negligenciam
meam stimulo terroris excussit. Alii dicunt: nos falsis rumoribus terre-
bamur. Credebamus fictum, quos falsos esse nesciebamus, nisi intraremus,
nec intrantes nisi cogeremur. Gratias deo qui predicacionum flagello ab-
stulit, experimentis docuit quam vana credamina et omnia mendax fama
iactavit. Alii dicunt: putabamus quidem nichil interesse ubi fidem christi
teneremus, sed gratias deo qui nos a divisione collegit et hoc uni deo
convenire ut in unitate colatur ostendit. Serviant ergo reges christo leges con- car st
dendo pro christo. Hec Augustinus. Ex quo sequitur quod illa mala que lex
humana permittit ad vitandum maius malum, et maxime illa que
sunt circa delectaciones tactus et gustus, tactus per simplicem forni-
cacionem et magis proprie loquendo, propter meretrices tenetur pro posse restringere,
puta quantum ad locum, ut meretrices non sint in loco honesto civitatis
sed in loco quasi sequestrato ubi sunt purgamenta civitatis, nec sint
in locis privatis, ne multitudine pereant, sed in loco publico, et melius
videtur fortasse ut essent in suburbiis civitatum. Quantum ad progressum
ne currere permittantur per vicos et plateas civitatis, non tabernas
aut commessaciones ... frequentare. Quantum ad ornatum ne preciosis u-
tantur vestimentis, ne auro vel argento caput velent, non in tortis
crinibus et non in contexta capillatura videantur ab hominibus, non tunc
manicas ad terram trahant, non redimicula mitre, ne ut quedam loquuntur
videantur vide Berethnige martiris. Si que per legem humanam civiliter
fieri debet ut non sit licitum hec pestis maneat in urbibus sed tamen
malum licitum ad vitandum maiora. Ita ut quantum possibile est inso-
lencia reprimatur, nec in loco permittantur meretrices manere ad quem
pateat undique liberius accessus. Expellantur ergo a domibus mechanicorum,
stupharum et balnealibus, ne sub pretextu alicuius liciti peragatur lenocinium
clandestinum, nec permittantur simile ... sicut honeste mulieres. Tenetur
insuper lex civilis delectaciones gustus temperare pro posse, ne tabernas
viri secualiter et per ingurgitando frequentent, nec ille tapillarum
aut albi accedant, ne pateat illic femine suspecte accessus, ne
tabernarii vina zophisticent, ne ad eos accedentibus falsa offerant
incitamenta malorum. Qualiter prohibere humana lex et punire eciam
peccata mortalia publica, a quibus facile est multitudinem abstinere
tribus condicionibus scilicet iurisdictione, quietacione et pace salva, de quibus
supra dicetur, alia tollat et puniat. Propter bonus legislator facit

ut edificatores in lesbia insula est enim lesbia insula, in qua cum
regula plumbea edificari oportet, eo quod ibi sunt durissimi lapides
neque malleo frangibiles, quapropter eorum modos rectificari tamen re
gula sive edificamentum plumbea est, ut ad durissimos modos lapidum
flectatur et rursus rectificetur non omnes sed enormes tortuositates
devitans, hec est doctrina principis palpatheticorum Aristotelis 5° ethicorum
a quo secundum a communi ut ait augustinus tamen in dubiis possessoribus sunt estimator
querere veritatem Sic fuit in timore lex humana, sic tamen distat a lege
divina lex humana ut non puniat omne peccatum mortale, quod facit in hoc
seculo vel alio lex divina immaculata, et tamen aliqua crimina potest licite pu
nire mortis supplicio, nec in hoc contradicit evangelice legi ut quidam
opposuit probatur hoc per glosam interlinearem super illo Johannis 18° Non occides
dicunt Judei non occidit reum, sed lex innocens quod autem iusticie hoc li
ceat, quia si nulla autem liceret, supplicium dixisset Sed hec glosa non
est precepti iudicialis iam mortui sed moralis in lege gratie manet
in vigore Nam sicut quod dicit Rabi Salomon ut dicit Nicolaus de lyra in isto
precepto homicidium prohibetur Alia vero mala que corpori hominis et
rebus eius sunt inferri prohibentur preceptis iudicialibus Item proverbiorum
est proverbiorum viij° per me reges regnant, et legum conditores iusta
decernunt deus autem potest occidere, cum sit auctor vite et mortis sicut
imperium ipso dicente deuteronomii xxxij° Ego occidam et ego vivere faciam
percutiam et ego sanabo Ergo reges quibus ipse concessit regnare
sunt facti per iusticiam scilicet mortem iuste Item ad Romanos primo dicitur
de committentibus gravia mortalia Qui talia agunt digni sunt morte
Sed de iudice dicitur in primo eiusdem, quod dei minister est, ergo quos deus iudi
cavit ad mortem, potest iudex licite interficere, et maxime illos qui per
legem divinam adiudicati sunt morti, secundum quod dicit luce xix° Inimicos
meos nolunt me regnare super eos, adducite huc et interficite ante
me Item ad Romanos xiij° dicitur de temporali principe Non sine causa
gladium portat, dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum facit
ergo malefico occidendo non peccat, cum faciat autem iusticie, quia potest
dei minister est Item Cyprianus super illo deuteronomii xiij° Si audieris
in una de civitatibus tuis dicentes eamus et serviamus diis alienis
Interficiens necabis omnes qui sunt in civitate ore gladii dicit precepti
memor Mathathias primo machabeorum 2° interfecit illum qui super altare
sacrificabat Si ante adventum christi hec precepta sunt, quanto magis
post adventum christi sunt observanda Et si dicatur quod non est obser
vandum hoc preceptum, quia iudiciale et per christum mortuum est quod ea
ratione qua iudiciale erat non sit servandum tamen ea parte qua in nova
lege fundamentum habet secundum oppositum est servandum apud Romanos xiij° et xiij°
Et secundum statim probabit in verbis salvatoris implicite contentis licet per
implicita Amplius beatus augustinus 2° de civitate dei dicit Cum quis iuste
occiditur, non tu aut ad iudicem Rursus dicit Jeronimus ad Riparium
Non est crudelitas crimina pro deo punire sed pietas, et quod de punitione

ultimi supplicii scilicet mortis intelligat, apparet, quia precepit lege
vindictam phinees autem helizer zelum Symonis chananei qui
in duos magos Zaroe et Arphaxat ignitos spiritus concepit per
severitatem Ananiam et Zaphiram truncidantem, pauli constanciam
qui helimam magum ceca severitate dampnavit Et tunc subiungit
non est crudelitas etc. et post aliqua subiungit unde deutero 13° Si
frater tuus et amicus et uxor que in sinu tuo est dixerit depravari
voluerint ultricem sit manus tua super eos, et effundes sanguinem eorum
Item Augustinus in sermone domini in monte ait, helias multos morte affecit
ipsa manu, et igne divinitus impetrato quem constat spiritu sancto
repletum, prout dicitur luce primo de Johanne baptista Ipse precedet ante illum
in spiritu et virtute helie, et alii multi magni et divini eodem spiritu con-
sulendo rebus humanis, non temere id fecerunt Item idem in eodem libro
Apostoli Petri Ananias et uxor eius prout in actibus apostolorum legimus
exanimes ceciderunt Ex quo sentitur racio est si in plenitudine temporis
nullum licet occidere, petrus aut nullum occidisset, aut ut comiter dici-
tur penam mortis non promulgasset Adducuntur pro hac parte raciones Allegati
de Hall doctoris irrefragabilis Prima Sit ex iusticia tenoris pene
inferende sunt alicui pro culpa, tamen per illas non debet corrigi Sed ad
dictum potentie culpe continuacionem manifestum est, quod ad quantitatem sit gravi-
tatem merito quantitate debet crescere pena, aut quantitas remanebit
impunita, quia ergo crescit secundum contitudinem quantitas crescit secundum contitudinem de cuius
pena Equare non est ut ipsa vel sit mors corporalis vel equalis
illi, cum mors corporalis non sit pena infinita, per hanc viam
a flagellis levibus venitur ad grandia, a grandioribus ad vulnera
ab illis ad tormenta, a tormentis ad ipsam mortem per similia quantitate
crescentia Secunda racio, cum proporcionales sint culpe, et pene illis
debite Si alicui culpe debetur flagellacio duplo maiori culpe duplo
maior flagellacio debetur et sic in decuplo et centuplo Sed tanta
potest esse flagellacio que inducet mortem, ergo mors corporalis pro
aliqua culpa potest infligi Tercia racio Accidens habens dicitur aut
Principiendus est pena mortis aut minori Si primum habetur intentum Si
minori, aut finite minori aut infinite, non secundum, quia non servatur
equalitas pene ad culpam contra illud Secundum quantitatem delicti
erit et plagarum modus Et contra illud Apocalypsis 18 Quantum glori-
ficavit se et in deliciis fuit, tantum date ei tormentum et luctum Si finite
minori adhuc idem est prout dicitur quibus dampnificaverit aliquem in multi-
mortis non sufficienter punietur restituendo vitam, sicut vult in appendice
Quarta racio ut mors corporalis est maior omni culpa aut non Si
primum ergo iniustus est deus, qui eam inflixit toti generi humano per
transgressionem fructus ligni sciencie boni et mali Iniustus est et opus
qui eam infert Antichristo prout dicitur ii Thess ii quem dominus Jhesus inter-
ficiet spiritu oris sui Si secundum ergo iniuste potest infligi pro aliqua

culpa, nec valet quod dicit dominus Math. v^to dixisse Ego autem dico
vobis, omnino non resistere malo. Nam secundum dicit Augustinus Non prohibetur
vindicta que fit ad correctionem fratrum, ut ibidem dicit, officia vindicte
possunt bono animo impleri, qua iudex et quo lex intelligentur, sed prohi
bita dicitur personalis vindicanda libidine vindicte, non iniuria dei sed
ecclesie vindicanda a zelo iusticie, nec illud quod allegant Ecclesiastici xiii° c°
de prohibicione eradicacionis zizaniorum valet, nam hoc fecit dominus
ut parceretur tritico. Ideo ubi crescit zizania in destructionem tritici et
suffocacionem nullatenus crescere sinendi sunt, ne parcetur zizaniis in de-
structionem tritici. Sed si opus est per mortem corporalem vindicandi
rumpis, nec prohibuit pro propter dicit eradicacionem zizaniorum, sed eradica
cionem generalem, dubiam et suspectam, ne in ambiguo indicemus
ut est inter lolium et triticum dum sunt in herba. De isto instrumus a
liquid dicentur. Sicut ergo Alexander anglicus dicit potest interfici duplici causa
aut quia est homo aut quia maleficus. Si interficiatur quia homo interfici
odio persone, et hoc prohibetur ibi, non occides, sed quia maleficus inter
ficitur, occiditur odio malicie, et amore iusticie. Et tunc distinguendum
aut occiditur ab illo qui habet auctoritatem, aut a principe seculari, et hoc
non prohibetur ibi, non occides, aut ab illo qui non habet potestatem, et hoc
prohibetur cum dicitur Non occides, non ergo est licitum occidere maleficum
in eo quod maleficus ab eo qui habet potestatem et auctoritatem, ymo in hoc est
ille dei minister, teste beato Iheronimo li° 2° super Ezechielem dicente Qui
malos percutit in eo quod mali sunt, et habet causam interfectionis i. auctoritatem
ut occidat pessimos, minister dei est. Item Thomas 2.2^e q. 64 arti
culo ii° et iii° in per. declarat quod peccatores licite possunt occidi pro salute totius
rei publice, ad quam quilibet compa^r ut pars, unde secundum medicos putridum
pro salute corporis licite potest a corpore precidi. Sic peccator periculosus
rei publice et infectivus qui non desistit sanari non potest propter salutem
boni communis laudabiliter et salubriter occidi. modicum enim fermentum
totam massam corrumpit 2^o Corinth. v^o. Astexanus in summa sua primo li°
tit. vicesimoquarto ibidem dicit in principio quod Alexander et Thomas sic dicunt
decimo vi li° tit. xxxiii° de homicidio ubi ponit Thomas expresse ponentem
et insistentem non occides, In quibus enim pius potest hec dici. Sic in hac
concordant doctores, unde questio, unde venit hec additio, nisi
ut maior licencia detur fingere volentibus nova tanta de lege
religiose quo ad correctionem castigacionem et expulsionem peccatorum publicorum
aut punienda ymo contemprie in quodam notabili libro dicit. Nec autem
aliqui ex istis dictis modis peccata castigandi aut corrigendi accionem
accipiant secundum iudicialia legis prime non obligancia, aut secundum
humanas leges lege evangelica dispensas implente de mortis sup
licio tunc tamen audiuntur salvatorem nostrum, hoc facturos in Antixpo
petre, Rogusse, aut a dicit factum promulgasse in Anania et Zaphira

audiverit . auctores novi et veteris testamenti, ac doctorum sacrorum verum vel 9° 2ª
eulubus difficilis. Alexandri Iam ad corpus intentionis magis accedo po-
nens hanc unicam conclusionem: licet omnia peccata mortalia sint divina
lege expresse vel implicite prohibita, non tamen omnia peccata mortalia
publice ab homine sunt ex dictamine humane legis penaliter per iudicium
punienda. Prima pars conclusionis patet. Secunda probatur. Deus qui est iustis-
simus iudex aliqua in lege veteri permisit multa, ergo multo magis hic
homo permittere, cuius potencia certissima est remissior lege divina
precepta aut prohibita, patet assumptum primo accidendo exemplum per
tunc Cayn Augustinus contra Faustum loquens de illo, et etiam de Petro
qui abscidit auriculam Malchi: similiter, ex utriusque novi regiminis assump-
serit Synagoge iste, sicut utrorumque non detestabili immanitate sed emen-
dabili animositate iusticie regulam excessit, utrumque odio improbitatis a licet
Sed ille similis iste dilectio. Item aliud peccatum Moysi non legitur punitum
immo peccata ducentium populum Hebreorum ab eo accepit. Item usura de se est mala
Sed licet deus facere posset de re non sua ex se sua, quia dominus universorum
sed fieri non potest ut ex hiis in se qualitatem malitiam, licite fieri non potest
sed in lege veteri non puniebatur immo ad extraneos permittebatur. Deut.
eius primo scriptum est: non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam
nec fruges aut quamlibet aliam rem, sed alieno. hoc vero sed alieno
non dicitur velud precipiendo aliquid iusto sed permittendo infirmo
potentiam allegare de repudio uxoris in veteri lege quod utique permitte-
batur, et ut quidam doctores tenent, erat peccatum mortale, tamen
propter varietates opinionum dimitto. Item inquisitio seu investigacio
adulterii per sacrificium zelotipie si hoc non est zelo iusticie et violenter
ac cum supplicatione fiet, erat peccatum mortale publicum, sed non puniebatur
in lege illa, immo numeri v° lex sacrificii zelotipie fuit instituta in
hunc modum. Si spiritus zelotipie concitaverit virum contra uxorem
suam, que vel polluta est vel falsa suspicione appetitur adducet
ad sacerdotem et offert oblationem pro ea. Erat ibi duplex actus unus
sacerdotis, qui secundum divinam institucionem quasi coactus offerebat
ut vir petiverat. putata sive suspicionis zelotipus uxoremque inufficerent
et iste actus erat acceptus deo et approbatus. Alius actus erat spiritu
zelotipie agitati, et hic sive presumptione probabili aut ex invidia vel
alio inordinato affectu procedebat. Erat malus sed permissus a deo
non approbatus. De illo arguit ratio. Item concepto secundum scelere perpetrato fuit
mortale peccatum publicum, dicit enim Canon Isidori xxii q. iiii. In
malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod
incaute vovisti fieri facias. Impia est promissio, que scelere adim-
pletur, sed non legitur punita fuisse a deo sed aut fuit peccatum patet
attende. Ad hoc ex iuramento sit licitum, requiruntur tres comites
scilicet iudicium iusticia et veritas dicendo scriptum est Jeremie 4°. Iurabit
vivit dominus in iusticia iudicio et veritate, premisso aut illa caruit
iudicio discretionis, et fuit eius impletio iniusta. Item Baptiste

undecimo scriptum est Misereris omnium quia omnia potes et dissimulas
peccata hominum propter penitenciam, diligis enim omnia que sunt, et nichil odisti horum
que fecisti, et post pauca, parcis autem omnibus quia tua sunt domine
qui amas animas. Ex quo patet deum non punire pro peccato sed propter aliquid.
Item Ezechiel xxxiii dicitur Si dixero impio morte morieris, et egit
penitenciam a peccato suo, fecerit que iusticiam et iudicium et vita vivet et non morietur
omnia peccata sua que peccavit non imputabuntur ei. Item glosa or-
dinaria super illo psalmo ci: In matutino interficiebam omnes peccatores terre ut dis-
perderem de civitate domini omnes operantes iniquitatem, dicit sic in persona christi
Tempus nunc est, modo nox est, omnia sunt per manifesta. In hac
nocte grundant temptaciones in qua pertranseunt bestie silve et catuli
leonum i. dyaboli querunt escam sibi. In hac ergo nocte parco corrigo
tollero, sed in matutino cum dies iudicii venerit, et erunt omnia aperta
que non sunt occulta, interficiebam omnes peccatores terre i. mali mittentur
in ignem eternum vel interficiebam i. puniebam in matutino iudicii
interficiendos. Item Nicolaus de lyra dicit super illo Exo xxi Si
quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias ab altari
meo evelles eum ut moriatur pena homicidii intelligitur de interfectione
iudei. Ideo dicitur occidit proximum suum, non intelligitur de interfectione gentilis
hoc autem ut dicit Ra. Salomon qui per insidias occidebat interficiebatur et
extra hebatur si ad ipsum confugisset de altari etc. Si sacerdos occidisset
extrahebatur nisi officium ministrandi incepisset quo casu expectabatur
complementum ministerii, quo peracto trahebatur ad mortem, et sic locus
sacer erat refugium. In aliquibus casibus inter quos erat hoc
eciam gentilis quod erat mortale et iudicio publicum, tunc non puniebatur
si homicida confugisset ad altare. Decimo probatur exemplo christi ex tes-
timonio nove legis Joh viii, dominus et salvator noster dixit mulieri
in adulterio deprehense sibi oblate Nemo te condempnavit, nec ego
te condempnabo mortem, in anima indampnatam remisit. Item ergo
christo accedunt sic instructo ut alleget quendam articulum de quodam
dimissione eius, aliqua enim ab homine sunt intercedenda relaxanda
vel puniendo non puniendo. Contra peccatum Samaritanorum volebant
vindicare Jacobum et Johannem sunt mortale et notorium, tunc non sunt
puniti. Nam cum indignati discipuli dicerent, vis ignis descendat
de celo et consumat eos. Respondit dominus: Nescitis cuius spiritus estis. Filii
hominis non. Simplicius de zizaniis seminatis in agro quas servi volebant
eradicare et dicebant Vis imus et colligimus ea. Dominus dixit Item
sinite ea crescere usque ad messem, ne colligentes zizania simul
eradicetis cum eis et triticum. Math xiii. Ex qua parabola apparet
quod mali tollerandi sunt inter bonos, donec sine periculo bonorum
poterunt ab eis separari, quod erit in messe finalis diei sive iudicii. Sic
enim ipse dominus Jhesus Math. exponit dicens, Ager est mundus, bonum
semen i. filii regni, zizania filii nequam, messis vero est consumacio seculi
messores angeli. Rursus scriptum est ubi supra Math xiii

de zyzaniis

Simile est regnum celorum sagene misse in mare, et ex omni genere De sagena
piscium congreganti, quam cum impleta esset educentes et secus littus
sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt.
Regnum celorum est militans ecclesia, et hec est similis sagene misse in
mari tempestuoso huius mundi, que pisces bonos et malos, hoc
est iustos et iniustos. Nam Abacuk primo, facies homines quasi pisces
maris. Implebitur illa sagena dum erit completus numerus electorum,
educetur, cum de vita corruptibili transibit ad incorruptibilem, quod fiet
in consummatione seculi, bonorum piscium in vasis receptaculo et electio malorum
et iustorum, premiacio in regno dei, et impiorum tormenta et compedes
et alia gehenne supplicia. Et hec omnia patent ex exposicione
salvatoris qui ait, sic erit in consummatione seculi, exibunt angeli
et separabunt malos de medio iustorum, et mittent eos in caminum
ignis, ibi erit fletus et stridor dentium. Ergo usque ad consummacionem seculi in
sagena ecclesie militantis erunt simul boni et mali. Unde super illo
sic dicit Gregorius ut Thomas in exposicione recitat. Sancta ecclesia sagene
comparatur, quia et piscatoribus est commissa, et per eam quisque ad
Regnum eternum trahitur a presentis seculi fluctibus, ne eterne mortis pro-
fundo mergatur, que ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum
veniam sapientes et fatuos, liberos et servos, divites et pauperes
fortes et infirmos vocat, post pauca sequitur. Sicut erit mare
seculum, ita seculi finem signat littus maris. In quo in fine boni
pisces in vasis eliguntur, mali proiciuntur foras [illegible]. Nunc ergo bonos
malosque communiter quasi permixtos pisces fidei sagena continet, sed littus
indicat sagena ecclesie quod trahebat. Et hoc est quod Johannes dicit
ut Thomas recitat, dum sagena extrahitur ad littus, tunc vere secer-
nendorum piscium iudicium demonstratur. Item idem apparet in nupciis quas fecit
Rex regum deus pater filio suo, in quibus notati sunt boni et mali
et implete nupcie iustis et iniustis. Dicit Math. xxii°. Egressi servi congre-
gaverunt omnes quos invenerunt bonos et malos, quia in ecclesia militanti
admissi sunt boni cum malis, sic ergo in ecclesia militante sunt simul
boni et mali, sed in ecclesia triumphante soli boni. Expectavit cum deus
intrasset, quod erit finaliter in generali iudicio, et particulariter in morte
cuiuslibet hominis, et vidisset hominem non indutum veste nupciali per
talitatem. Rex precepit ipsum eici et mitti in tenebras exteriores, ubi erit
fletus et stridor dentium. Et ergo simul sunt boni et mali in ecclesia mili-
tante. Et Sponsus Canticorum ii°. Sicut inquit lilium inter spinas, sic et
amica mea inter filias. Item Math. xxv. dicit Christus ergo spiritualiter. Simile
est regnum celorum decem virginibus, que accipientes lampades suas exierunt
obviam sponso et sponse, quinque autem erant fatue et quinque prudentes.
Sed quinque fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum, pru-
dentes vero sumpserunt oleum secum in vasis suis cum lampadibus.
Regnum hic celorum, non est ecclesia triumphans quia ad eam nullus

Marginal notes: De sagena; De nupciis; x virg.

fatuus recipitur Est igitur ecclesia militans, in qua sunt virgines
prudentes et fatue, igitur boni et mali, quod non est de ecclesia
publicum de ea pellitur atque excluditur Petra Apocalypsis ii° scriptum
est, angelo Ephesi ecclesie Memor esto, unde excideris, age penitentiam
et prima opera fac Sin autem venio tibi et movebo candelabrum
de loco suo nisi penitentiam egeris in angelo autem prepositum et Episcopum ecclesie
Ephesine intelligere debemus sicut in scriptum est Malachie: labia
sacerdotis custodiunt scientiam et legem de ore eius requirunt, quia angelus
domini exercituum est ipse predicat, nam monetur, ut agat penitentiam et tamen
non expellitur a Iohanne sed monetur Ysidorus super eodem textu ait prepositum
lapsus in vicium monetur, ut memor sit, unde cecidit et penitentiam
agat, et priora opera faciat, ut non moveat candelabrum eius. nam certe
candelabrum angeli doctrina sacerdotalis vel honor potestatis quem gestabat
intelligitur, malus quod prepositus est, mercede in ecclesia militante, non ergo
statim postquam malus est, expellendus est, immo sustinendus ad tempus
et tale vicium esse posset in puniendum et expellendum esset ab officio
per eum ad quem spectat, et tale in permittendum ut patet videlicet
de arbore fici super maledictione ficus, que tribus annis fructum non attulit
de verbis domini Augustinus li° de verbis domini sermone xxxi° Ficus enim humanum
genus, tres anni in quibus illa non fecit fructum tria tempora sunt, ante legem
sub lege, et sub gracia In quibus humanum genus quantum ad multos
infructuosum fuit, puta sine meritoriis operibus Maledicta est illa dura
ficus, que in finali iudicio fulminabitur hec ille, tercio anno scilicet tempore
legis evangelice adhuc dimittitur et non precidetur nam luce xiij. per
cultorem vinee dicitur dimitte eam et hoc anno usque dum fodiam
circa illam et mittam stercora post tres annos preciditur, quia post
securim petere addens, sola folia non fructum arbor habens magnum
etiam mittetur, patet quod dum multi in ecclesia opulenti quod et homo
pro dei, et nonnulla mala permittere pro tollare, ex causa et praxi
Christi apparet, quod petra nullum punisse, patientissime sustinuit, de eo
enim Ysaie liii scriptum est tamquam agnus ad occisionem ductus
et tamquam tondente se non aperuit os suum, de eius patientia, quo ad
operas iniurias ait beatus Gregorius omelia xviij super illo Iohannis viij° ego
gloriam meam non quero est qui querat et iudicet illatas contumelias
prius iudicio reservatur, predicto nobis assimat, quantum patientes esse
debemus, dum si voluit non vult operum qui iudicabit Item, non
contentus Scribas et Phariseos non punivit ex habundancia caritatis
suadet turbis, et obediantur ipsis, quamvis multa mala publica committunt
dicendo illis Mathei xxiij super cathedram moysi sederunt scribe et
pharisei, quod dicunt facite Ex praxi apostolorum manifestum est idipsum, nam
illi multa mala viderunt, nec puniverunt omnia, quantum ex factis eorum
potest comprehendi legitur Actuum vi° crescente numero factum fuisse grecorum adversus
iudeos quod viduae eorum despiciebantur in cottidiano ministerio nec hoc

legitur ad

legitur iudicialiter aut per penas iusticie punitum, quamuis essent publica
leguntur contenciones fuisse et zeli ad inuicem inter eos orti, sed tamen
legitur hoc peccatum penaliter fuisse punitum. Item erant aliqui pseudo
apostoli, et illi erant publici peccatores, tamen illos permittebat apostolus, quia
quamuis bene docebant, tamen malo animo faciebant, quidam propter inuidiam
quidam propter contencionem, quidam propter bonam voluntatem Christum predicant
quidam ex caritate, quia in defensione ewangelii positus sum, quidam ex
contencione Christum annunciant non sincere existimantes se pressuram suscitare
vinculis meis. Quid enim dum omnimode siue per occasionem siue per
veritatem Christus annunciatur maledictiones, et in apostolos erant peccata pu
blica, nec tamen puniebantur ad cornu publice iusticie. Item dicit .j. Corin
iiii° Apostolus, maledicimur et benedicimus, persecucionem patimur et sustinemus
blasphemamur et obsecramus. Act. xiij. contradictio Iudeorum verbo dei
erat peccatum mortale publicum, nec leguntur apostoli eos punivisse pena
iusticie, potius econtra dixerunt: oportebat vobis primum loqui verbum dei
sed quoniam repulistis illud et indignos iudicatis vos eterne vite, ecce conuer
timur ad gentes. Sic enim precepit nobis dominus. De aliis paucis idem audit
sancta mater ecclesia, quorum peccata in tormentis absque intercessione contemptu
aut indignacione pulcherrimo vincit tamen sinuat cum aut seducuntur
gladiis more bidentium, non murum reparat, non propugnacula, sed condi
tacito meus bene constricta confirmat patiencia. Dehinc patrum et sa
norum auctoritate probatur conclusio, ostendendo cum quo rigor iusticie
contra peccancium multitudinem aut sint Augustinus Bonifacio, et habetur
xxiij dist. c. ut constitueretur, vbi inquit: quando grauis dissensionum dissensionum
scissuras, non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum
strages, detrahendum est seueritati et maioribus malis sanandis
sincera caritas subueniat. Item prima q. vij. c. quoniam apostolus et
Quando conuenientes aplice aut a turba peccatur, quia in omnes propter
multitudinem vindicari non potest, inultum solet transire, peiora ergo
dimittenda dicto dei iudicio et de reliquo maxima sollicitudine pre
cauendum est. Item xxiij q. iiij ferte, et habetur ab Augustino libro
contra de baptismo ferre, inquit Augustinus vbi in populo dei stat mixta
te auarus et raptor, inhians rebus alienis, qui nescit talem
et fidelis est, vel fidelis nominatur, nam enim potest de ecclesia pellere
non habens aliquem aditum castigando et corripiendo illud corrigere
accessurus est tecum ad altare, noli timere, vnusquisque onus suum
portabit, sed quod utrique fiet, quem nouimus malum, et pro nichilis
estimandum fore cum te fonus offere, et ecce quod fiet attende, apostolum dicentem
Vnusquisque onus suum portabit, liber te ista sunt. Ex isto habetur
in fundi sunt interdum mali. Item xxiij q. iiij. Tollerandi et
habetur ab Augustino libro de vbis dum dicitur Tollerandi sunt
mali pro pace nec corporaliter recedatur ab eis sed spiritualiter, quia
liter aut exire est facere quod pertinet ad correctionem malorum

argumentis contra
mihi

quatinus licet pro gradu cuiusque salua pace habetur hic, quod pro
pace saluanda tollerandi sunt cuiusque mali ymo et quod a correctione
malorum pro pace saluanda est abstinendum, et quod et interdum rigor
iuris relaxetur ad vitandum contenciones patet per illud I q. vii ¶ Ecce ergo
¶ Illud Hilarius papa sic ait ¶ Illud quoque ab aliqua parte est iudicandum
quod videmus pro qualitate confusionem temporum necessitate prospecta tamen
vacando decernimus ad veniam pertinere quod gestum est. Illud tolleriat
papa quedam episcopatum assumptum pro metropolitano iussio, quia
ut ait Apostolus I Corinth. xi° ¶ Si quis videtur contenciosus esse, nos
talem habemus consuetudinem. ¶ Item probatur conclusio auctoritate
sanctorum doctorum, quia sunt nonnulla peccata publica que sunt ab homine
ex dictamine divine legis specialiter per iudicium prohibenda, quedam
vero alia sunt que sine periculo bonorum prohiberi non possunt ab homine
ut ¶ Communem multitudine sunt boni et mali, et non possunt distingui iste
ab illis, et talia sunt permittenda ab homine, si tamen ex illa permis
sione non sequatur maius scandalum quam ex prohibitione, quedam
sine periculo scismatis ecclesie ut gravius inchoatum prohiberi non possunt
ut peccatum principis aut alicuius qui secum habet multitudinem ¶ Quedam
et si sint manifesta, illa tamen propter periculum que sunt tamen illi contra
non potest. Hec et similia sunt que per hominem non sunt prohibenda ex
dictamine legis divine. ¶ Illud vero dictamen est: Sinite utraque crescere
usque ad messem ¶ Consequenter et in parabola de sagena bonos
et malos pisces continente ¶ Et in nupciis filii regis in quibus
fuerunt mali et mali desperatur ¶ Hec declarans doctor sanctus est, ne vi
dear fautor peccatorum, dum inter audere talia non esse per hominem
iudicialiter castiganda, ut videar amator concionis contradicentes
ecclesie militantis, ponendo in ea bonos et malos, dum tamen sit illis
unus deus, una fides, unum baptisma. ¶ Prima auctoritas ad proba
cionem conclusionis est Augustini 2° libro contra epistolam Parmeniani
dicentis: Hec de scripturis sanctis perspicimus, ut non facile appareat
quicquam gravius esse sacrilegio scismatis, quia precidende unitatis
nulla est iusta necessitas, cum sic mali spiritualiter nocentes malos
boni ideo tollerent ne spiritualiter se negantur ab eis ad disciplinam secu
ritate consideratio custodiende pacis refrenat aut differt quod sine
coercet severitas, ¶ Omni apparente sine vulnere scismatis ad salubrem
correctionem posse aliquo ecclesiastico iudicio vindicari. ¶ Item idem circa
pondus circa principium 2i libri contra ¶ epistolam Parmeniani de
Donatiste ¶ Cartaginensi episcopo ad illud persequatores sunt adducturi
ve his qui dicunt quod malum est bonum et quod bonum est malum, quia
ponunt lucem tenebras et tenebras lucem, qui dicunt dulce amarum
et amarum dulce ¶ Concludit post multa ¶ Quisquis ergo vel quod potest
arguendo corrigit vel quod non potest corrigere, salvo pacis vinculo
excludit ¶ Excludere non potest, equitate improbat, firmitate supportat

ꝯ baō

hic est pacificus. Et ab illo maledicto quod dicit scriptura: Ve hiis qui
dicunt quod bonum est nequam, et quod nequam est bonum etc. Omnino liber prophetarum
scriptum penitus alienus. Porro idem in eodem respondens ad illud quod se
paratos Parmeniani in scriptura proponunt: nunquam valet manus domini sal
vos non facere, aut aggravavit aurem ne exaudiret, sed delicta
vestra distinxerunt inter medium vestrum et dei etc. Utrumque fecerunt, scilicet mali
inter bonos non absunt bonis sicut palea frumentis. Donec ve
niet dominus aree ferens ventilabrum in manu sua qua mundet aream
suam, frumenta autem sua recondet in horreum suum, paleas vero comburet
igni inextinguibili, sicut non absunt bonis tanta multitudo scele
ratorum, qui per Ezechielem dicti sunt illis nostris, qui gemebant
et merebant facinora populi que fiebant in medio eorum, unde eos
qui corrigere non poterant nec ab unitate populi dei se ullo modo vole
bant separare, pro merito innocentissime tollerancie sue signati me
ruerunt et in illorum perditorum vastacione atque interitu liberari. Hec idem
idem in 3o libro contra epistolam Parmeniani super illud j Corinth.
5o: Si quis frater nominatur in vobis et est fornicator vel ydolis
serviens aut avarus aut ebriosus aut rapax, nec quidem cum eo cibum
sumere dicit, in quo non precipitur sola separacio cordis. Nam idem
apostolus alibi dicit: Si quis vos vocaverit ex infidelibus et volueritis
ire, omnia que vobis apponuntur manducate, nichil interrogantes.
Et sic hic permittit convivium fidelis cum infideli peccatore, modo ab
omni malo se separandum est, ibi plus prohibet, puta separacionem corporalem
quam cum infideli permittit. Dicit igitur in sermone Augustinus 43, se se
parandum est corpore ab hiis de quibus loquitur apostolus, si tamen sine pe
riculo scismatis fieri potest. Ait enim in sermone: Cum quis fratrum, id est
Christianorum intus, i. in ecclesie unitate constitutorum, in aliquo tali peccato
fuerit deprehensus ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi
periculum scismatis nullum est. Velut ideo se non cognoverint tales quosque
ipse se eiciat foras, et propria voluntate ab ecclesie unitate dividitur.
Nam tunc non est metus eradicandi tritici. Itaque quod ut ait
Augustinus in sermone, ita cuiusque crimen notum est et omnibus execrabile
appareat ut nichil prorsus nullos vel non tales habeat defensores
per quos apparet posset scisma vel contingere, non dormiat severitas
discipline, tunc sine lesione unitatis ecclesie potest fieri vindicta, a
quo ecclesia ab illo crimine est aliena. Ideo dicit apostolus: Si quis ad
dictum ab aliis nominatur. Item nominatus ad evidenciam quod crimen est notorium
et famosum. Tunc subiungit in sermone: Neque cum potest et salubris
a multis correpcio nisi cum ille corripiatur qui non habet sociam multi
tudinem. Cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nichil aliud
bonis restat quam dolor et gemitus. Ideo apostolus cum iam multos
comperisset immundicia luxuria et fornicacionibus inquinatos, non

Nam precepit ut cum illis cibum non sumerent In ii epistola xii capitulo Sed
feceat publice nec dici poterat quisquis fornicator nominatur in nobis
etc. propter multitudinem Sed dixit ne iterum cum venero humiliet
me deus et lugeam multos ex hiis qui ante peccaverunt et non
egerunt penitentiam super inmundicia et luxuria Aliquis aut interpo
sitis dicit Augustinus consilia separacionis et inania sunt et perniciosa
atque sacrilega quia et impia fiunt et superba et plus perturbant
infirmos bonos quam corrigant animosos malos Item
beatus Gregorius super illo deuteronomii vii De septem gentibus interficiendis
deus usque ad mentem vel ad ventionem aut patientiam tollerandi sunt mali ubi
aliqui inveniuntur boni Iuxta illud dictum ad Abraham Genesis
xviii Si fuerint in civitate Zodomorum decem non delebo eam
propter illos Item beatus Ieronimus epistola I ad dardanum aut Ispa
metropolis tua primus pre rebus postea salem tercio Ierusalem et
nunc helya iebuseos expellere non valuit sed manserunt cum eis
in scandalum exemplumque vitiorum hoc ipsum quod aliqua peccata prophetarum
hic non puniuntur sed reservantur vindicanda Signatum est in
david qui peccatum Ioab non punivit Sed Salomoni vindicandum
reservavit ut quod manu fortis iudex scilicet non punivit vetus
Salomon scilicet prius multum non relinquat Item super isto Apostoli prima
Corinthiorum v Auferte malum ex vobis ipsis in 3o libro contra Epistolam
parmenianam dicit Augustinus in summa quod ubi quis impeditur
separare malos a congregatione ecclesie Si a se ipso auferat non
eis corde inseratur licet quod hoc non sufficiat ubi non impeditur
declarat cum infert aliquis interpositis et dicit sic in fora
Itaque propter ea quisquis contempsit Ecclesie dei disciplina ut
malos cum quibus non peccat et quibus non favet desistat
monere corrigere arguere si etiam talem gerit personam et pax
ecclesie patitur ut etiam a separatione sacramentorum possit quempiam
separare non alieno malo peccat sed suo proprio quippe in tanta re
negligencia contra malum est Et ideo sicut Apostolus amonet
Si auferat malum a se ipso non solum aufert audaciam
committendi aut pestilencia consentiendi sed etiam pigriciam
corrigendi et negligenciam vindicandi adhibita prudencia
et obediencia in eo quod precepit dominus ne frumenta ledantur Hec ille
Ergo si pax ecclesie turbaretur aut frumenta lederentur cessandum
Ergo si pax ecclesie turbaretur aut frumenta lederentur cessandum
dum esset a puniendo peccatum contra Augustinus super illo Iohannis
viii ubi sunt qui te accusabant nemo te condempnavit
nec ego te condempnabo audiamus vocem iusticie
quia dixit dominus Qui sine peccato est primus in illam
lapidem mittat audiamus vocem mansuetudinis dixit
ei ihesus ego te non condampnabo a quo forte te dampnari

timuisti quia in me peccatum non invenisti Secundo est donne
fanes go petis et sit non plane attende q sequitur Vade
et iam amplius noli peccare go et dominus dampnavit s3 peccatum
non hominem Item si peccator actor esset diceret vade vive vel
vis de mea liberacione esto secura ego te quintuplex peccatis et a
gehenna et inferni tortoribus liberabo non hoc dixit Attendat
go qui amat in deo mansuetudinem et timeat veritatem Etenim
dulcis et rectus dominus Unde beatus Ambrosius super eodem sic dicit
ad hyrenium Epistola lxix Exierunt scilicet qui accusabant adulteram
exierunt foras et remansit solus ihesus et mulier stans bene autem
exierunt foras qui nolebant cum xpo esse foris littera est intus
q exierunt foras qui nolebant cum xpo esse foris et intus ihesus et mulier
misteria Denique descendentibus aliis remansit solus ihesus et mulier
in medio stans donatura peccatum solus remanet ihesus quia non
pot hoc ihesus cunctis homini cum xpo et quinne vel peccatum condonet
solum hoc munus est xpi qui tulit peccata mundi abierunt et
mulier absoluta q recedentibus Iudeis remansit sola cum xpo
Unde legitur Omnia iusticia et clemencia xpi cum accusat mulier
xpus caput inclinat et elevat ubi deficit accusator Ita multi
dapnari volt et absolui omnes Ecce hic autem Nemo te lapidat
quo utique interrogat qui videbat s3 interrogat nobis ut nosceremus
non esse lapidata Addite quod xpm sinam temptaverunt ut Iudei de
absolucione mulieris calumpniari nichil possent Possent sed iuste magis
calumpniam retorquerent sed querii vellent dimittitur enim mulier
non absolvitur quia deerat accusator non quia innocencia probabatur
q go quererent qui potior erat a persecucione timuit et abiectione
supplicii destitit Redde autem deinde vade emendaverat rea non
tamen absolvit etenim sua ipse mori culpa dampnata est ut convictus
tamen sum adiit et se incipiat condempnare delictum etenim occiditur
culpa punitur Ubi vero culpa deponitur absolucio est et pena peccati
Secundo est ergo a amplius noli peccare hoc est ergo exequo te
xpus corrigat gratia qua pena non emendavit Hec Ambrosius
ex quia ante apparet aliquod peccatum non esse a xpo punitum eo
tretine loquendo id est femina ista adulteram non esse lapidatam
Ut lex iubebat Ceterum super illo nescitis cuius spiritus estis filii dicit
Beda Reprehendit dominus non exemplum prophete sed s3 ignoranciam
vindicandi que adhuc erat in rudibus animi adiciens eos non
amore correpcionis s3 odio desiderare vindictam Itaque postea
quia eos docuit quid esset diligere proximum sicud se ipsum infu
so eciam spiritu sancto non defuerunt tales vindicte tamen multo ra
rius quam in veteri testamento qui sequitur Filius hominis non venit
animas perdere sed salvare quasi dicat et vos qui eius spiritu

signati estis etiam acta eius innitentur nunc pyc consulutes sed in su
tuo iniste iudicantes Item super eodem sic loquitur Ambrosius non enim spe
in eos qui peccaverunt est vindicandum quia non nunquam amplius prodest
clementia vel ad patientiam lapso ad correctionem Denique Samaritani
citius crediderunt a quibus hoc loco ignis arcetur Item Jeronimus
super illo verbo inimus colligimus ea quod de zizaniis dicit ait datur
locus penitencie et monemur ne cito amputemus fratrem quia fieri potest ut
ille qui hodie noxio dampnatus est dogmate cras resipiscat et
defendere incipiat veritatem Unde subditur Ne forte colligentes
zizania eradicetis et triticum Crisostomus autem super eodem ait
intuenda est servorum dilectio etenim festinet zizaniam evellere
quod monstrat eorum de semine sollicitudine ad hoc enim solum re
spicit non ut aliquis puniatur sed ut seminata non pereant
Remedium autem dominus respondens subdit et ait non Jeronimus non ita
hoc dicit Videtur hoc esse contrarium illi precepto Auferte malum de me
dio vestrum Si enim prohibetur eradicatio et usque ad messem tenenda e
patientia quo eiciendi sunt quidam de medio vestrum etc. Sed inter
triticum et zizaniam quod nos lolium appellamus quamdiu herba
est et necdum calamus venit ad spicam grandis
similitudo est et indiscernendo aut nulla aut perdifficilis estima
tio Premonet ergo dominus ne ubi quid ambiguum est cito sententiam
proferamus sed dei iudicio reservemus Ratio autem quare aliqui
in ecclesia sunt tollerandi interdum Prima tales sunt utiles bonis
sive ut per eos exerceantur sive ut illorum comparatione magna eis co
hortatio fiat Secunda dicit Augustinus in omnibus evangelistorum autem qua
bene docent puta quia donum habent scientie aut interpretationem scripturarum
aut aliud que omnia dantur ad utilitatem non recitantis sed ecclesie
teste apostolo I Corinthiorum xii° propter quod sepius divina dispositione
bonis mali sunt permixti ubi enim erant Moyses et Aaron
ibi fuerunt murmuratores sacrilegi ubi Zacharias Symon etc
sancti ibi fuerunt Anna et Cayphas ubi Christus et discipuli ibi
Judas scribe et pharisei propter quod attendenda sunt domini ihesu
salvatoris verba quibus docuit a quibus et nos observare
debebamus Dixit enim attendite a falsis prophetis qui veniunt
ad vos in vestimentis ovium Intrinsecus autem sunt lupi rapaces
Augustinus sermone non dixit a mercenariis qui licet vera dicant querunt
que sua sunt et mali sunt Immo de hiis qui super kathedram
Moysi sedebant quia vere mali viri recte docentes videntur
tollerandi interdum Verum quod illorum et talium peccata publica sunt
premenda tribus concurrentibus scilicet iurisdictione communitate et
pace salva De iurisdictione dicit Augustinus super illo de hiis q
foris sunt quid michi attinet deus iudicabit in hiis qui

Que mali sunt tol
lerandi

mixtus sunt .i. fidelibus predicendo est ante resecanda loquitur ibi in persona
indutus puta apostoli Secundo de hoc videbitur in secundo puncto de correctione
dicit ibidem Aug. super i. Cor. xi. Cum manducat indigne iudicium
sibi manducat et bibit, sibi inquit non tibi. Hanc si iudex es / si a
pud te accusatur si veris documentis testibus convincitur coherce cor
ripe excommunica degrada. Iudicium siquidem humanum procedere debet
ex causis manifestis tantum. Homo tantum videat ea que patent. Primo
Regum xvi. Ideo precedens declinare debet convivia. Tertio de pace salva dicit
Aug. 3o li. contra Epistolam Recedite recedite exite inde inmundum non tangere.
Tunc in inmundum non tangit qui peccatum multi
paradisarios allegatum dicit. Iuxta ... si eandem disciplinam
consentit exinde ut salva sit eius causa apud deum si eam disciplinam
corripiendi salva pace negligat. Nam qui vult corporaliter quasi ma
nifestos malos deserere spiritualiter deserit latentes bonos quos in apertos
manifestos malos deserere spiritualiter deserit latentes bonos quos in appertos
et incognitos cogitur accusare dum separationem sua conatur defendere
multis interpositis dicit laude patientie mali tollerantur ne ignoti
boni dampnentur. Sic propheta ipse qui dixit Recedite recedite exite
inde inmundum non tangere in medio inmundi populi polluta eam
labia habentis corporaliter habitavit. Ieremias ab inmundo populo non
discessit. David iniustus qui dixit Odivi consilia vanitatis et cum
facinorosis non introibo non reliquit corpore omnes malos primo re
probatum Saulum propter unctionem venerabatur. Non ergo corporalis
recessus ubi salva pace et caritate fieri non potest necessarius sed spiritua
lis ut malis non consentiamus. Aliqui de halis in causa parte tangit
ista sub alia forma dicens quod ad interficiendum secundum legem requi
runtur plura scilicet iusta causa. Iustus ordo iustus animus. Iusta
causa ut quod reus meruerit interfici quia dicitur xxiii. Quimortem
et iustum non occidens. Iustus ordo ut occidens habeat potestatem et
reus sit convictus de crimine habeat in quem iudex potestatem vel a
divina auctoritate que est in lege vel ab eius voluntate scilicet dei in
tellecta per inspirationem certa qua dico ego. Probet per miracula aut sa
cram scripturam persuasit sit ei de veritate credendum. Propterea dicit Aug.
sr. ant. ... ca. officia vindicte potest impleri quo iudex quo lex
et Ambros. super i. Cor. quilibet modicum fermentum totam massam corrumpit
Siquis potestatem non habet quem scit reum abiicere vel probare non
valet innocens iudicandus est. Et iudicis non est sine accusatore dampnare
sicud nec Christus Iudam abiecit. Iustus animus ut fiat solum
amore iustitie et non libidine vindicte vel appetitu pene. Aug.
in questionibus iustitie super Exo. Cum miles iudicis occidit
quem scit audierit debuisse occidi profecto si id sponte facit ho
micida non est. Sic enim etiam occidit quem scit audiere debuisse
occidi. Quod hec tria sint necessaria ad iustam punitionem quequi
dam deducitur. Sic iudex gerit in iudicando vices dei

Deutron cum primo dicit Audite illos scilicet populum quod iustum est iudicate
Sive civis sit ille sive peregrinus nulla erit distancia personarum ita
parvum audietis ut magnum nec accipietis cuiusquam personam quia dei
iudicium est Debet ergo iudex cuius dei iudicium est in tribus se ei
conformare in potestate in veritate et bonitate ut potestas referatur ad
ordinem iusticie veritas ad iusticiam causam bonitas ad iusticie animum
hoc exodi xviii insinuatur cum dicitur provide de omni plebe viros
potentes timentes deum in quibus sit veritas et qui oderint ava
riciam potentes timentes deum Ecce primum in quibus sit veritas
ecce secundum qui oderint avariciam Ecce tercium Deutron i° repetitur
sub alia forma cum dicit date ex vobis viros sapientes et
gnaros quorum conversacio sit probata in tribubus vestris ut ponam
eos principes In sapientia intelligitur veritas In conversacione probata
bonitas In principatu potestas Ubi vero alterum predictorum scilicet iuris
dictio commissio et pax salva defecerit non potuit peccata
publica puniri Nam si punicendus non est isti subiectus non habuit
in eum ferre iudicium si crimina non possunt manifestis indiciis
probari Esto quod sunt iudicii ut persone singulari nota non po
terunt puniri quia iudicium humanum ex testimoniis manifestis
procedere debet sine periculo scismatis aut turbacionis ecclesie iudi
cium operteri non potest cessandum est a punicione penali et iu
diciali ut est in peccato multitudinis aut principis quem sequitur
multitudo Nam Augustinus in epistola ad aurelium de peccato multitudinis
ostendens quod non severitate cum ea agendum est aliquid dicit
non aspere quantum estimo non duriter non imperiose peccata multi
tudinis aut prave consuetudinis corripienda sunt Ista tolluntur
magis docendo quam iubendo magis monendo quam minando
Si enim agendum est cum multitudine Et si quid minatur cum dolore
fiat de scripturis ne nos in nostra potestate sed deus in vero sermone
timeatur Hec Augustinus At ubi iste tres condiciones sunt peccata publica
mortalia possunt puniri Ex quibus patet quod hoc modo detendo non de
fenduntur peccata cum tribus scilicet iurisdictione commissione et pace sal
va concurrentibus dictum sit omnia peccata mortalia esse punienda
sed non conceditur peccata puniri absque iuris ordine aut detrimento
ecclesie vel boni communis Articulus aut propositum multum innuitur reperio
equivocacionibus composite vel divisione posset cum habere sensum verum
et sensus falsos prout in sive secundi puncti declarabitur Et etiam magis
ex probacionibus et habilibus quia ex serie tenorum articuli propones pretendit
dicere omnia peccata publica esse arguenda corripienda castiganda
et expellenda premissa ut audistis in conspectu huius sancte synodi
universam cum correctione et eadem emendacione eadem devoto
corde submitto et hoc de primo puncto Veniamus ad secundum punctum
Ubi videndum est per quos et quomodo correctio et castigatio et
expulsio peccatorum est facienda Nam dicit articulus sic peccata mortalia

2us articulus

publica et quantum rationabiliter fieri potest privata alicuius de ordinationes legi
dei contrarie in communitatibus christianorum et quolibet statu eorundem debite iuxta
dictamen divine legis per christi fideles tam spirituales quam seculares prout
congruit utrisque sint cohibenda corripienda castiganda et pro posse
expellenda et quia duplex est modus correctionis et castigationis scilicet unus
ex fraterna caritate procedens Alius ex auctoritate et potestate cum iudice 9° p̄a
rationes Prima de fraterna et est talis quilibet fidelis potest et in casu
tenetur quemlibet pro peccatis suis saltem saltem privatis aliquid corripere correctione
fraterna fundatur autem correctio ista in verbis salvatoris domini nostri ihesu
christi Mt xviii Si peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum
inter te et ipsum solum Ordo autem salvandus est in illa decquo subdit
Si te audierit lucratus es fratrem tuum Si autem te non audierit ad
hibe tecum unum vel duos vel more duorum vel trium testium stet omne
verbum quod si non audierit eos dic ecclesie Si autem ecclesiam non au
dierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus que correctio quod sit licita
patet ex triplici lege naturali scripta et gratie Ex naturali quia legis quia
legis nature preceptum est hoc facies aliis quod tibi vis fieri id est quod
velles si deberes autem velle ut alius te corrigat cum peccas vel te c
medes ergo debes tu hoc utrumque facere ex lege scripta Nam Deutro
xxii dicit Non preteribus oves ut bove errantes sed reduces fratri
tuo et si non est propinquus frater tuus nec nosti eum duces in domum
tuam et erit apud te quam diu eam querat frater tuus et recipiat
Similiter facies de azino et de vestimento et de omni rei fratris tui
que perierit si inveneris eam non negligas quam aliena est etiam
si videris azinum fratris tui aut bovem cecidisse in via non despicias
sed sublevabis cum eo Hoc de benignitate legis ad litteram observanda
erant quod si debuimus proximorum debeat alter esse sollicitus quanto magis
gis de proximo errante Ex qua septimum est Eccli xvii Unicuique man
davit deus de proximo suo vie illorum coram ipso sunt semper non sunt
absconse ab oculis illius Unde autem curam neglectam a proximo in
lege tamen precepta Bernardus scilicet ad Eugenium deplorabat dicens
in effectum cadit asinus succurrat ei cadit anima et non est qui rele
vat eam Ex lege gratie ex textum allegatum Mt xviii Si peccaverit
in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum
Glosa autem ostendit eam esse licitam que dicit peccante zelo iustitie
corrigamus et penitentiam suis causa nunc pendam Scotus Aug li° de correct
tione et gratia ponit quatuor causas cur exercenda est fraterna correc
tio Primo ut peccator peccatum suum et se recognoscat proverbiorum xxix
Virga et correptio tribuit sapientiam Unde non correpti quia se igno
rant et peccata sua aliis confundunt ex qua sequitur puer qui dimittitur
voluntati sue confundet matrem suam Secunda ut de peccato cognito
dolorem pudorem et timorem habeat Tertia ut peccator se deformem
ex peccato videns reformari desideret et deinde oret ne in illi
feditate permaneat Quarta ut si corripiens correptio

non proficiat eum sibi valet ut peccatum fugiat et meritum acquirat
Unde xxiiii moralium ca° xx° Gregorius dicit Caritatis zelus mala
que corrigere non valet increpare non desinat ne se particeps delinquen-
cium ex consensu taciturnitatis adiciat Et Augustinus de correpcione et gracia aut
sine desperacione corripiamus quia si filius pacis est quem corripi-
mus requiescet super eum pax nostra Sin autem ad nos revertetur
Preceptum sit in precepto quod vero sit in precepto in affirmacione obligacione quod obligat semper sed
non pro semper sed pro tempore et loco et aliis circumstanciis patet ex precepto sal-
vatoris dicentis Corripe ubi manifeste videtur Increpare glosa
ibi autem Ista peccat qui fratrem suum videt peccare et tacet sicud qui
peccanti non indulget sed preceptum est indulgere peccanti ergo
et corripere peccantem Et Augustinus in libro de verbis domini
sit ait Si neglexeris corrigere peior factus es eo qui peccavit
Sanctus Thomas 2a 2e q xxxiii° ar[ticu]lo 2° in pede deducit quod
sit in precepto ex racione finis qui est fratris emendacio Ad hoc ac-
ordinatur correccio fraterna sicud illa que est paterna ut prohi-
bicionem pene et virtute iusticie qui est ordinatur ad bonum commune
et dicit quod est eciam fraterna correpcio sive quod ad emendacionem fratris
ordinatur et hoc in quarto magis declarat dist xix ostendendo
quod per precepta legis divine sufficienter homines in vita ordinantur
et quemadmodum in exercitu est duplex ordo unus totius exercitus
ad ducem alius partium exercitus ad se invicem sic in ecclesiastica conversa-
cione duplex est ordo unus singulorum ad prelatum alius singulorum
ad invicem Iuxta primum ordinem omnes tendere debent ad illud ad
quod prelati intencio versatur et ad hunc finem debet cor prelatos dirigere
Iuxta secundum unusquisque alteri auxilium prebere debet ad bonum finem con-
sequendum sic ergo tenentur subditi prelato suo obedienciam exhibere
et illi subditis curam solicitudinis impartiri Ista ita sibi invicem
ferre auxilium non solum in temporalibus ymmo magis in spiritualibus
Hec summa de obligacione ad correccionem fraternam est Alberti in quarto
suo Richardi de media villa Hostiensis in summa sua et omnium doc-
torum dicentes aut aliquorum audiamus dicit Augustinus de verbis domini
Admonet nos quidem dominus noster non negligere invicem nostra peccata
non querendo quid reprehendas Sed videndo quid corrigas de-
bemus enim amando corripere non nocendi aviditate sed studio
corrigendi Crisostomus autem dicit sic Considerandum autem quod quandoque dominus
eum contristantem ad eum qui contristatus dicit sicud cum dicit
Si recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversus te va-
de reconciliari fratri tuo quandoque eum qui iniusta passus est iubet
dimittere proximo sicut ibi Dimitte nobis debita nostra si et
non dicit de nobis Hic autem alium excogitat modum Nam eum qui
contristatus est ducit ad eum qui contristavit Ideo dicit pecca-
vit inte frater tuus vade quia enim ille qui iniuste fecit
non facile veniet ad excusacionem verecundatus hunc qui passus

est ad illum trahit non semper sed ut corrigat quod factum est Ideo
autem vade corripe eum Item idem non autem dicat accusa neque incre
pa neque vindictas expete sed argue i. rememora si proprium dic ei que
ab eo passus es Ipse enim ira et verecundia detinetur obrutus factus
quasi grandi sopore unde oportet te qui sanus es illum qui egrotet
adire et vtus Secundum autem sciendum tamen quod si peccaverit in nos
frater noster et in qualibet causa nos lesit dimittendi habemus
potestatem immo necessitate qua precipitur ut debitoribus nostris debita
dimittamus propter quod et hic dicitur Si peccaverit frater tuus Rursus
Crisostomus dicit Ideo autem precepit ei arguere qui passus est iniuria et
non alium quia ille qui fecit iniuria ab eo mansuetius sustinet et maxime
cum solus eum corripiat Enim enim qui vindictam expetere debe
bat hic salutis videtur diligentiam habere maximam hoc enim por
propriam facit Ne tamen ex verbis istis et quibusdam premissis quis
credat quod solus iniuriam passus habeat delinquentem corripere
eum iuxta doctores cunctis hoc competat Cum peccatum est notum
tibi tunc tertiis circumstanciis dicendum est quod hoc quod dicitur Inter te
et ipsum solum intelligitur non contra te tamen iniuria sustinendi nisi dicatur quod
intelligitur solum contra te tamen iniuria sustinendi nisi dicatur quod
sine alio immiciato primatis sed in te .i. te sciente unde Augustinus
Aliqui scias fratrem tuum esse corripiendum inter te et ipsum solum Ali
qui vero coram omnibus quod autem quando fatiendum sit audiamus in sequentibus si pec
caverit in te frater tuus corripe eum inter te et ipsum solum quare
quia in te peccavit Tu scis quia peccavit quia enim secretum
fuit quod in te peccavit secretum quare tu corrigis que peccavit
Nam si solus nosti quia peccavit in te et eum vis coram omnibus
arguere non es correptor sed proditor Hec Augustinus si tamen fuit
occulta peccata sic videtur habere locum quod dicit dominus Si peccaverit in te
frater tuus qui enim te publice offendit Iam non solum in te pec
cat sed etiam in alios quos turbat Ex predictis conclusione sequitur primo
quod superiores possunt inferiores corripere hac correptione fraterna
et econverso subditi superiores et semper dicetur fraterna si debitis circumstanciis
sit induta sit Nempe prelatus est frater et est pater est superior
dignitate vel officio pater beneficio frater fide religione comuni
nature conformitate quia prelatus et superior debet inferiori ei reverentiam
et honorem quia pater amorem quia frater adiutorium Et ita si
peccat correctionem secundum quod probatur XVIII septimum est frater qui
iuvatur a fratre q. c. f. Debet autem hec correptio habere tres correp
tiones maxime dum superiores ab inferioribus corripiuntur ut dicit
Augustinus de Anchona Primo debet habere discretionem et debitam diligen
ciam ut quod speretur et probabiliter credatur eius emendatio Secundo debet
habere subiectionem et debitam reverentiam ut non fiat ex temerario
et cum protervia Tertio debet habere dilectionem et benivolenciam
ut non fiat causa diffamationis et detractionis propter defectum

Correctio maiores debet corrige minores et equales

Tres conditiones requiruntur ad correctionem

pnie debent inferiores increpari si sine discretione debita superiores
corripiant et sic in hoc in lege iussum erat bestiam que montem
tangeret lapidari Exodi xix° propter defectum sedis ora fuit per
cussus Nam cum esset de genere sacerdotali secundum quosdam propter hoc tamen
debet portare archam domini Thomas in scripto dicit quod tangere
non erat levitarum sed sacerdotum Ideo percussus fuit qui officium
superioris usurpavit Et in uno responsione apparet quod prevenien
tes sic hinc Ideo percussus fuit propter quod adducitur in texto ii° Regum
vi capitulo propter temeritate percussus est a domino propter defectum tertie
maria soror moysi fuit percussa lepra qua causa murmurationis
aut detractionis insurrexit contra moysen ut habetur Numeri xii°
Infero secundo cum discretione huiusmodi correctio facienda est ad quatuor — Secundo
siquidem inspiciendum est ut dicit Albertus magnus in scripto sententiarum
scilicet ad quantitatem culpe delinquentis ad spem emendationis ad sta
tum persone que admonetur ad zelum qui monet corripientem — Una orationis tempore ad cor
si culpa est levis et timetur ne turbatio gravior sequatur non tenetur — rectorum
corrigere quia peyus sequitur Item si probabiliter desperatur de emen
datione non tenetur corrigere quia nichil facit nisi provocare ad peius
Ad hunc si status altus est persone cum reverentia et excusa
tione delicti debet potius admonere quam corripere et rogare potius
quam increpare Quarto si videt se ex rancore et invidia moveri
vel aliqua alia radice tunc non debet facere quia tales cito pro
rumpunt in verba contumeliosa et tunc communiori malo factum est maius
malum et ista distinctio est optima hec Albertus magnus Tertio
infero quod correctio malorum inferiorum a superioribus debet aliquando esse
levis aliquando aspera utrique tamen debet omnino carere dulcedine — 3° infero
discretus in summa sua distinguit et parte habetur a Thoma in scripto
Si inquit peccatum fiat ex ignorantia vel infirmitate debet corripere — Ad correptio debet esse
leviter et moderate Et hoc etiam dicit Thomas ubi super Galatas — levis vel dura
vi Si preoccupatus fuit homo in aliquo delicto vos qui spirituales
estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis dum peccatum fit ex pas
sione et super inducta mala consuetudine tunc est corripiendum peccatum
leviter peccatum dure prout dicit commentator primo ethicorum Iuvenilis
inquit passionum sectator non solum persuasionibus et monitionibus
corripiendus est sed et obprobriis et contumeliis frequenter Iudicum
Unde Hely licet monuit filios suos iuvenes quos noverat
quia non intulit obprobria aut contumelias dicitur non corripuisse
id est non sufficienter I° Regum ii° Tertio peccatum committitur ex electione
et pura malicia tunc corripiendus est dure Gregorius in
pastorali Nonnulla peccata sunt vehementer increpanda ut cum
culpa ab actore non cognoscitur quanti ponderis ab increpantis
ore sentiatur hoc etiam dicit Thomas Preterea ex parte increpan
tium distinguendum est Aut corripientes sunt iuvenes aut
senes Si iuvenes debent corripere aut monere humiliter
Si senes corripiant moderate et mature alios senes re

vehementer prelatos humiliter Si vero corripientes erunt prelati corripiant se
nes obsecrando iuvenes humaniter monendo j° Thimo v° in t° Seniorem
ne increpaveris sed obsecra ut patrem Iuvenes fratres etc Tertium autem glosa
est animus humanus et facilius ducitur quam trahatur ut dicit Se-
neca In omni correptione aliquid miscendum est mansuetudinis ut cari-
tas ex qua in radice correptio procedit demonstret semper fulgeat Ideo
Seneca ait in probris semper obiurgationi aliquid blandicie admiscere In iiij° infert
fero quarto Ex hoc quod correptio est precepta quod obligat non pro semper sed pro aliquo
tempore quia est preceptum affirmativum Tria autem sunt ex parte corripientis
quia debent esse et tria ex parte correpti quibus existentibus obligat
non pro semper sed pro aliquo tempore quia est preceptum affirmativum Tria autem
sunt ex parte corripientis obligat alias non Primum certa peccati cognitio Eccli
xj Priusquam interroges non vituperes quemquam et cum interrogaveris corripe iuste
Secundum est mansuetudo in corripiendo ps 89 Quoniam supervenit man-
suetudo et corripiemur Tertium quod in alio non sit tanta aptitudo ad

Ea requiruntur ex parte corri-
pientis Ea
ex parte corre-
pti

corripiendum Quarta si alii eque boni vel meliores assint ut peccan-
ti magis familiares et probabiliter estimatur quod magis proficient pro tunc
non obligatur iste precise nisi verisimiliter appareret quod isti omnes negligerent
Sic enim perfecto obligaretur Nam sibi competit illud iiij° Regum xx° Custo-
di impii virum istum qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima
illius Quintum requisitorum ex parte peccantis est spes de correptione alias
ut dictum est non obligatur quis talem corripere Proverbiorum ix Noli ar-
guere derisorem ne oderit te Sextum quod suum peccatum sit mortale Ita di-
cit Si te audierit lucratus es fratrem tuum si non tandem dic ecclesie per hoc
quod liberatur quis a veniali non est lucratus quis enim quia propter hoc non
erat perditus non etiam oportet talem propter hoc denunciare ecclesie
Septimum quod non est spes maioris oportunitatis in corripiendo dicit enim
Augustinus primo de civitate Dei In obiurgandis male agentibus parcit
Septima tempus oportunius inquirit non est occasio cupiditatis sed consilium
caritatis Hec finaliter ex illo doctore Tres autem tangit Thomas ij ij e
q xxxiij ar° ij° ad tertium Et idem Richardus de media villa iiij q° xxx
primo meritorie a correptione fraterna quis se abstinet cum scilicet oportunius
tempus expectet In secundo cum peccato mortali cum probabiliter scit se posse
fratrem peccantem emendare tamen pro temporali comodo aut metu amitten-
di aliquod temporale non corripit In tertio cum peccato veniali dum non habet
spem probabilem de emendatione fratris peremptum et nimis inhiat Iste ille q
corripere temporalibus Sequitur ex hoc quod cum quo ista correptio ordinata est
ad emendationem peccantis ordo si peccata sint occulta a Salvatore da-
tus servandus est si admonicioni caritative peccans ipse non paruit
Itaque si monitus non paruit aut acquievit est ultra procedendum
suppositis dispositionibus et circumstanciis antedictis advocandus est
enim unus testis vel duo quos speret probabiliter velle correpto prodesse
non obesse quos si non audierit dicendum ecclesie i. prelato ut iudici
rato huius sicut cum a levius medicina non proficit ad salutem
corporis adhibenda est fortior ut tamen inquantum convertitur infirmus q

fieri potest sicut in sanatione spirituali ubi secreta monitio non sufficiat ad gui
ora tenendum est quod fit cum testibus unus assumitur vel duo qui tripli
ci ratione advocantur primo ut videant secundo ut testes sint admonitionis
facte 3o ut negantem coram etiam prelato convincant possem etiam
non incongrue per ecclesiam intelligere concilium generale et sic talis ordo est
observandus primo frater delinquens monendus est caritative si non acquies
cit dicendum est prelato ut est privata persona quia nullus est qui magis
debeat illi persone prodesse quam persona prelati Si sic enim non audit
adhibendus est unus testis vel duo ad utrumque monendum et si illos non
audierit dicendum est prelato ut iudici Et si coram illo correptus ne
gaverit convincendus est per testes adhibitos quia scriptum est in ore duorum
vel trium stat omne verbum hunc ordinem tangit Thomas in quodlibeto et quod
dicendum est prelato ante testium adhibitionem ut tunc est privata persona habetur ab
Augustino in regula verum quod in aliquibus secretis vel privatis peccatis
non est observandus talis ordo de necessitate ut si quis tractaret de prodi
tione civitatis aut de subvertendo populum in fide aut moribus tunc
statim procedendum est ad denunciationem talium admonitione secreta preter
missa ut impediatur tantum nocumentum nisi forte quis estimaret
quod per solam secretam admonitionem possent huiusmodi mala impedire vel
tamen totum ordine Christi fit quia talia peccata non sunt solum intra sed
etiam malos Sed in illis peccatis que tantum nocent peccanti directe et
ipsi aut paucis ordo tenetur De prelatis autem utrum cum committunt peccatum
occultum postquam moniti caritative et humiliter ac reverenter nolint acquies
Dubium cere correptori sit procedendum ad denunciationem dicit Albertus super xto
quod non et dicit in forma sic in dist. xxix iij q. utrum idem ordo observan
dus est in qualibet hominis correptione ad responsionem post replicationem
cuiusdam opinionis dicimus cum quibusdam quod admonitio competendat sed ad
omnes prelatos est admonitio in denunciatione non precedens in aliis au
tem potest precedere in denunciatione ut dictum est supra in articulo priori utrum
licet correctio fraterna sit cum in eos dicit sic in solutione quilibet
homo omnem hominem cum reverencia et mansuetudine tenetur admonere
et corrigere de delicto sed non ulterius potest denunciare si est inobediens
quia si prelatus supremus est non habet iudicem ubi loquitur de supremo
prelato spirituali et etiam statim duplicat ubi de omni prelato cuiuscumque sit
manifestum est quod ubi prelatus monitus non obedierit licet si ad
superiorem habeat recursum quis possit non est ad populum recurrendum
quod ut dicit proponens coram eodem hec peccata sua arguendo nisi
immineret fidei periculum ut communiter doctores exemplificant
addere possem in periculo scismatis et correptionis morum in ecclesia per
malam doctrinam Unde dicit Thomas 2a 2e q. xxxiii articulo
iiijto Ad secundum quod in faciem resistere coram omnibus excedit
modum fraterne correptionis Et ideo sic Petrus Paulum non repre
hendisset nisi aliquo modo esset par Unde Apostolus ad Colocen
Philemono scribit ut prelatum suum admoneret cum dicit dicite Archippo
Vide ministerium quod accepisti in domino ut illud impleas Preterea
tamen quod si immineret fidei periculum etiam publice essent prelati

a subditis arguendi Unde etiam paulus qui erat subditus petro propter
imminens periculum scandali circa fidem publice petrum arguit Et sic glo
Augustini dicit ad Gal ii° Ipse petrus exemplum maioribus prebuit ut
sicubi forte recto tramite reliquissent non dedignentur etiam a pastoribus
corrigi hec Thomas ibidem in 2° to vo dis. xiiii sic dicit in forma re
spondendo ad unam racionem que est de reprehensione petri a paulo Dicendum
inquit quod paulus restitit in faciem petro coram omnibus sicud ibidem
ad Gal ii° dicitur hoc autem excedit modum fraterne correpcionis que pre
latis a subditis debetur Non enim prelati a subditis coram plebe sed multum
sed humiliter in privato corripiendi sunt nisi immineret fidei periculum Tunc
enim prelatus minor fieret si in infidelitatem laberetur et subditus maior
Idem dicit Richardus de media villa dicto ulterius quod fraterna correc
tio de peccatis prelatis publicis locum habet et etiam dicit thomas publica
reprehensio salvus hiis que dicta sunt de prelatis dicit enim sic Sanctus Tho
mas 2a 2e q xxxiii° ar° vii in pe. Innuerit enim potest in correp
cione statum secreta ad monicio caritative precepti debeat precedere
denunciacionem distinguendum est inquit aut enim peccata sunt publica
aut occulta Siquidem sunt publica non tantum adhibendum remedium
ei qui peccavit ut melior fiat sed etiam aliis in quorum notitia deve
nit ut non scandalizentur Et ideo talia peccata sunt publice arguenda secundum
illud primo ad Thimoteum v° peccantem coram omnibus argue ut ceteri
timorem habeant quod intelligitur de peccatis publicis ut dicit Augustinus quarto
de verbis domini Ubi dicit sanctus Thomas quod remedium ut melior fiat sibi
adhibendum est et hoc fit per correpcionem fraternam sicud quod coram omnibus
arguitur remedium est aliis ne ipsi in culpa sequantur et ut de re publica
tollatur scandalum Sexto infero quod cum prelati presbiteri et curati sunt superio
res laycis non est fraterna correctio facienda eis coram multitudine
laycorum de peccatis etiam publicis personalibus neque circa fidem neque plurimorum
morum propter malam doctrinam dicte concernentibus ut per illam inducantur
layci ad subtraccionem obediencie respectu sacerdotum Istud corrolarium pro
ultra premissa quod non debent induci layci ad subtrahendum obedienciam presbiteris
etiam malis malicia personali quecumque etiam sit publica patet per Exo
Exo xx Honora patrem tuum quod non tantum de patre carnali sed de spirituali
intelligitur et illud preceptum morale est Ideo semper manet lex etiam dicebat
Deutero xvii qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo
tempore ministrat domino deo tuo Ex decreto iudicis morietur homo ille et
auferes malum de medio Israel cunctusque populus audiens timebit
et nullus deinceps intumescat per superbiam Quamvis autem hoc preceptum
quia iudiciale erat sit mortuum quantum ad penam tamen precepti manet scilicet de
obediendo sacerdotis imperio Nam hoc morale est quia precipitur
honorare parentes nec valet dicere quod hoc solum intelligitur de bonis
Nam dicit Allexander de halis in tercia parte sue summe quod malo prelato
quousque ab ecclesia tollatur debetur honor et quamvis male presideat quo
usque ab ecclesia deponatur ut bene presidens haberi debet et intelligitur

de malicia personali patet correlarium istud per illud Matth. xxiij Supra kathedram moysi sederunt scribe et pharisei quecumque dicunt facite. Et prima petri ij° Subditi estote in omni timore dominis vestris non tantum bonis et modestis sed etiam discolis hec est enim gratia si propter conscientiam sustinet quis tristicias paciens iniuste. Patet etiam auctoritatibus sanctorum doctorum dicit Tellosforus papa septimus a beato petro computato Augustini decreto suo ca° vi° Ipsi qui proprio ore corpus domini conficiunt ab omnibus sunt obediendi et timendi et non delacerandi aut detrahendi et a quibus domini populus se benedici sal[u]tari et instrui cupit nullatenus debet eos arguere nec vulgus ineorum accusacionem suscipi populus enim ab eis docendus est et corripiendus non ipsi a populo quia non est discipulus super magistrum apparet per hoc quod populus debet obedire sacerdotibus et non se subtrahere ab eorum obediencia. Item Gregorius Nazarenus ij° li° de Epiphaniis post medium de modestia illud docet quod subiectos esse oportet eos qui accedunt ad graciam hiis quibus dispensacio misteriorum dei commissa est maxime etiam si dignitate aliqua sibi vel sapiencia preditus videatur. Nemo dissimulet baptismum. Nemo contempnet. Nemo certe predicatoribus fidei et dispensatoribus gracie resistat atque repugnet sed cum omni humilitate et veneracione subiciat. Hec ille. preterea Crisostomus super epistola ij ad thimotheum omelia ij dicit Nescis quid est sacerdos qui angelus dei est. Non enim que sua ipsius sunt loquitur si contempseris non enim contempnis sed eum qui initiavit eum deum. Et unde manifestum est quod deus initiavit nisi habueris hanc suspicionem spes tua evacuata est. Si enim nichil agit deus per eum nec lavacrum habes neque misteriis participas neque benediccionibus frueris. Non ergo christianus es. Quid igitur omnes inthronizat. Indignos quidem non inthronizat sed omnes autem est propterea idem. Hec ille. profecto hec summa nullo verbo salvatoris fundata est qui vos audit me audit et qui vos spernit me spernit. forte dicet quispiam. Ideo publice malis sacerdotibus non obedio quia propter suam maliciam publicam dominium super me perdiderunt. putas queso dominium in caritate fundari. si ergo credis cum certi esse non possimus de alio si sit in caritate cum neque de nobis ipsis sumus sapiente teste qui ait Ecclesiastes ix° Nemo scit an amore vel odio dignus sit. Et apostolo qui dicit primo Corinthiorum iiij^to Nichil michi conscius sum sed non in hoc iustificatus sum certi esse non possumus de aliquo si sit verus dominus et ita non solum spiritualia dominia ambigua erunt sed et temporalia quod si dicatur primo certi erimus donec aliquod publicum mortale commiserit si sic dicatur ergo dominium aut spirituale aut temporale in caritate non fundatur cum per mortale occultum quis dominium non amittit. Porro ostendendo quod per mortale publicum non amittitur dominium saltem quod per peccatum personale quod fidem

non corripit aut etiam non scindit vel bonos mores per malam doc-
trinam dirimit non permittit dignitates et dona sua a dei providentia
ordinate divinitate. Nam Romanos xiii° dicitur qui potestati resistit dei
ordinationi resistit et autem proverbiorum viii dicit eterna sapientia cuius
nutu omnia gubernantur per me reges regnant et legum conditores
iusta decernunt ergo quibus dominus dicit potestates et imperia. Ille veri
sunt domini. Constat autem dominum interdum facere malum hominem regnare
super populum ad populi afflictionem Job xxxiiii° qui regnare facit hominem
ypocritam propter peccata populi igitur tales quamvis sunt mali culpa per-
sonali tamen domini sunt. Idem manifestum est in angelis Ephesi
Pergami Thyatire Sardis et Laodicie adversus enim illos episcopos
dominus revelat quorum aliqui sunt non expecto venali primo morte
et tamen adhuc episcopi sunt et non ipso facto depositi deposita preterea
Anshelmus in glosa super c° 1 Corinthiorum ii° ut sciamus que a deo
donata sunt nobis ait multi habent dona spiritus dei et nesciendo
a quo habent impiam vanitate iactantur. Nemo donis dei utitur
qui datori est ingratus. Item Augustinus super psalmum 66 ait alia sunt
dona que dat deus inimicis suis et alia que non servat nisi
amatoribus que sunt maiora. Non enim soli boni plenas habent
domos rebus magnis. Aut soli boni salvi facti sunt ab egritudine
hec Augustinus. quam miseri si omnia dat peccatoribus fidelibus tamen
qui etiam infidelibus larga dicit imperia ymmo et infidelem super
populum suum regnare constituit patet in Nabuchodonosor cum
enim ille ydolatra sed et rex constitutus a domino super populum suum
Israel sibi peccante. Jeremie siquidem xxvii scriptum est ego feci
hominem et terram et iumenta que sunt super faciem terre in fortitudine
mea magna et in brachio meo extento et dedi eam cui placuit
in oculis meis et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu
Nabuchodonosor regis babilonis servi mei insuper et bestias agri
dedi ei ut serviant illi et servient ei omnes gentes et filio eius
et filio filii eius videtis quod deus eum prefecit in regem terre Israel
sicud de ipsis propheta loquitur intentus nec solum eum sed filium et
filii filium nec potest dici quod deus dicatur facere hoc permissive quia
dominus addidit servum meum et bestias agri dedi ei. Item Cyro ad-
huc ydolatre dedit dominus regna terre Ysaie xlv scriptum est hec dicit
dominus christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram ut subiciam ante
faciem eius gentes et dorsa regum vertam. Sequitur et tibi dabo tibi
thesauros absconditos in archana secretorum. Jeronimus in commentario
super hoc ait huius dextera apprehendit et tenuit ut nullus forti-
tudini eius valeret resistere legamus Zenofontis viii libros Cyri
maioris historia et prophetiam Ysaie invenimus impleta quia enim
civitas illi non paruit qui non regnum terga subiecit qui muri
invincibiles inexpugnabiles non illius obsidione subversi sunt. hec ille
Item plinius cesar erat infestus et inimicus fidei tamen dominus dominium

sim non confinavit eum aut reddite que sunt cesaris cesari pyla
tus etiam erat iniquus xpo in iustificatus in favore iudeorum eum
suam ptatem approbavit eum aut non haberes ptatem in me nisi
tibi datum esset de sup ppterea dicit Aug9 libro de questionibus
veteris et novi testamenti dei ymaginem habet rex sicut epus xpi
quam diu ergo in ea tradicione manet est honorandus si non ppter
se vel ppter ordinem vnde gentilem in potestate positum hono
ravimus licet indignus sit hec ille Patet quod in rege psonam
distinguit Augustinus ab ordine si fuit peccator in psona meretur penam
bonis dei sed quia est rex ex officio meretur dei habere bona eciam valida
honores excelsos ab homine et a deo visiones et sompnia pinde
idem libro de civitate dei cao xxvi dicit in effectu quod idem
deus dedit Regna piis et impiis vt mario pessimo impiorum
et Gayo pio Constantino xpiano et Juliano apostate patz
ergo quod vm dominium non fundatur in gra gratum faciente sed in diuina
providencia sicud in causa efficiente sedum quia ppter occultas nobis
sue eterne sapie manifestissimas bene vt malis et indoli male pe
natur vo bonis eum aut visum erit in sequenti conclusione Sacer
dotes ppto non esse subiectos apparebit irracionabile ipsos coram
ppto de pctis suis psonalibus publicas arguere ypocrisim eorum
detegere et coram pro suis manifestis sceleribus contrarie vt
dixit ponens dum tamen non sint in subversione ad falsam doc
trinam In quo casu possent argui publice coram ppto ut sic
dictum est Sequitur septimo ex precedenti quod subditus pplus non
pot licite subtrahere decimas et oblaciones a malis sacerdoti
bus publice malitia psonali nec valet excusatio avaricie
hoc facere volencium quod volunt tales nutrire in pctis quod tamen
facerent dando vt dicunt probatur xpus sustentavit Judam proditorem
deditque ei bucellam panis et fecit eum participem mense sue
et adhuc erat sacerdos Item deus pascit gentiles in orbe hereticos
impios xpianos Ita vt Job dicat habundant tabernacula predonum
et audacter provocant deum cum ipse dederit omnia in manibus
eorum Job xii Et veritas ipsa de hoc ait Qui solem suum facit
oriri sup bonos et malos et pluit sup iustos et iniustos Item
Aug9 in tractatu de oracione dominica qui incipit beatissimus apostolus ait
Istum panem carissimi quo venter repletur quo caro cottidie re
ficitur istum panem videtis dare deum non solum laudatoribus
suis qui facit solem suum oriri sup bonos et malos et pluit
sup iustos et iniustos laudas pascit te p blasphemias pascit
te et penam agas expectat te si non te mutaveris dampnat
te Numquam ergo panem istum accipiunt boni et mali a deo putas
non est alter panis hec ille Item idem prima parte sermonum
sermone de generalitate elemosine qui incipit Sunt qui dicit
da misericordiam et ne suscipias peccatorem Illa enim ob hoc dicta sunt
ne tamquam peccatori bene facias ppterea quia peccator sed quia homo est

Itaque utrumque preceptum tenebis non ad vindictam remissus sed ad subvenien-
dum. Omnis enim qui recte arguit peccatorem quid aliud quam non volt esse
peccatorem odit ergo in illo quod odit deus ut puniatur quod homo fecit
et liberetur quod deus fecit. Peccatum autem homo fecit ipsos homines deus. Et
infra benefac humili propter quod humilis est et ne dederis impio propter hoc
quod impius est Eccli xii et altissimus odit peccatores et impiis reddet
vindictam. Non tamen solum propter quod peccatores et impii sunt verum
eciam quia homines. Facit oriri solem super bonos et malos et pluit
super iustos et iniustos. Ita nulli homini claudenda est ianua nulli peccatori
impunita relaxanda. Hec Aug. Ex quo patet quod possunt dari malis
non tamen intuitu malicie, quia debite et quia illi sunt sacerdotes non
autem quia mali. Item Crisostomus in [illegible] super illud Mt xxii Reddi-
te que sunt cesaris cesari i. nummum tributi et pecuniam que sunt dei
deo i. decimas. Hec Crisostomus. Tunc autem cesar Tyberius erat ty-
rannus successor tyranni et heres sacerdotes infideles Anani et
in malo pertinaces ad pietatem indociles in mortem domini iugiter
meditantes et tamen illis decimas dominus iubet dari. Si illis dande
sunt tunc non sacerdotibus et si malis licet fidelibus. Rursus idem in
annotacionibus super illo Si esurierit inimicus tuus ciba illum Si sitit potum
da illi. Aut noli negare quod dominus nulli negat quamvis sit blasphe-
mus et impius. Hoc enim faciens carbones congeries super caput eius
ut cum sibi carbones intelligit pertinaciam [illegible] aggravari co-
[illegible] eos hoc est convertet et diligat te quem habuerat aliquando persecutorem
Idem idem deus nulli negat eciam blasphemo et impio et inimico quid
ipse cibat et inimicos tamen se ipsum non sed tamen se ipsos eis gratitudo dei
et successoribus abesse potest ad penam domini autem [illegible]do finis eius crescit
ad gloriam quia nec ideo peccatorem pascit ut amplius peccet sed magis
ut gracia dei ~~etc~~ a delicto quiescat. Hec Crisostomus. Cris. autem super Johannem
Dixit si. Item qui manducat meum panem omnia alia inquit di-
mittens hoc unum sufficiens erat enim scilicet Iudam decenter et commit-
tens posuit ipsius qui ante nutritus est qui apud mensam cenavit
hoc autem docuit erudiens eos qui malefaciunt benefacere eciam si man-
serunt insanabiliter habentes. Hec ille. Pondera quod dicit et si manserunt
insanabiliter habentes. Nam illis benefaciendum non obstante malicia doctrine
dominus Ihesus ut autem Cris. Si vero zelum huius correctionis viciorum
[illegible] sunt sciam tenetur dicens quod nisi coram multitudine populi
vicia cleri arguantur et increpentur iudicabit semper populus illa esse licita
Ideo ut eis consulatur utile est omnibus talibus publice coram populo
convenienter dico quod non habet unde racionabiliter conqueratur. Nam iuxta
premissa doctrina salvatoris insequendo sacerdotes delinquentes propter
peccatis personalibus potest fraterna tum re cum honore et mansuetudine
corripere adhibitis quidem debitis circumstanciis quod si illum non audierit
adhibeat unum vel duos testes quod si non audierit dicat ecclesie
i. prelato ecclesie qui est superior sacerdotis delinquentis si ille neglexit
potest ad superiorem recurrere usque ad summum pontificem qui si remissus
desideret in correctione ista indicavit habet pro finali recursu genera-
le concilium quod requisitum et debite de corrigendo informatur

Nullatenus deficiet. Ypali cum quadam pncia preditus spus sanctus
ci adest et xpus qui sponsam suam Ecclesiam katholicam in concilio
gnali repntatam nullatenus errare pmittet
fide in vna et in ministracionibus vsque in sempiternum qui desponsavit sibi in
reformacionem non est ambigendum propter quod et in morem
vnicuique veterum hoc tantum restat Concilium gnale tramite puritatis
liorum gnalium celebracionem toto corde et opere promoveret ut omnis puritatis amator. Circa
donum Ecclesie mandatum de correccione fraterna provenit contra legem
maliciam sacerdotum personalem dixi personalem contra peccata horum contra
doctrina errarent et perverteret populum hoc modo si in fide aut
dormientes malis intererint subverterent aliter esset procedendum ut dixi
est nec peccaret solum iste sed in omnes xpianos sic
celebracio gnalium Conciliorum quod deus avertat. Ubi vero omittetur
predicacio Ubi dei maxime ad clerum facta. Remedium est In illa enim fiat appro
bacio viciorum gnalis ne vnicuique putent insipientes vicia sibi licere
Circa populum vero approbacio viciorum non videtur expediens nisi cum magno
moderamine et diligenti verborum diligencia fiat ne populus clero in
festus insolencior fiat et abiciat omnem reverenciam. Ubi tamen pro
babiliter appareret populum errare credendo vicia cleri iam
non esse vicia esset propter veram doctrinam ei succurrendum sed hoc diebus
nris. propter magna parte populi evenire dns non permisit. Non ergo
arguendi sunt mali sacerdotes malicia persone coram populo propter
hoc ultra premissa hanc vnicam facio racionem. ordo fraterne cor
reccionis ostendit quod ab ea itur in correccionem paternam seu judicia
riam dum illa non sufficit. Nam post correpcionem inter te et illum
vnus vel duo testes adhibentur ut convincatur iam correptus coram
judice postea si negaverit postquam dicit Ecclesie id est prelato vel ubi ecclesie
in negligencia prelatorum si illam non audierit excommunicatur vel excommunicatus
est et sit tibi sicud ethnicus et publicanus. Igitur ubi fraterna
correccio non sufficit currit ad Judicem ut qui volens corrigi
noluit nolens corrigatur non populus ut postea apparebit non
est Judex sacerdotum nec habet excommunicare. Hunc claves ecclesie sed
potius pastores et ecclesia vel eius seu Concilium illam representans. Igitur
corrigendo coram populo malum sacerdotem legem correccionis frater
ne quis transgreditur et non ingreditur ordine Judiciario potestatis
ergo non est hoc faciendum. Beda conclusio soli habentes auctoritatem
a lege aut a divina voluntate per inspiracionem seu revelacionem cognita
aut ab aliquo illorum commissam possunt licite in quocumque statu corrigere
Judicialiter subditorum suorum peccata mortalia publica. Ista conclusio
probatur lege divina praxi Christi apostolorum et Ecclesie primitive decretis
libri Conciliorum ysidori et sanctorum patrum et auctoribus sanctorum
doctorum se fundancium in lege divina. Ex lege divina probatur et
primo ex testimoniis veteris testamenti Exo. ijo. Scriptum est tum
quidam hebreus alteri faterer in iniuria et Moyses inante
corripet aut correptus quis te constituit Judicem super nos

Numquid non vis me interficere sicud interfecisti heri Egypcium Augustinus autem li
contra faustum dicit super interfectione egipcii per moysen Moyses non detestabiliter
immaniter sed emendabili animositate iusticie regulam excessit quia non
dum ad omnino principatum attempcat vt prius allegatum est Secundo sicut
dauid quedam Iuuenem dicunt multi doctores quod fuit decem parvuncus
qui dixit se Saulem occidisse licet mentiretur occidit Nam 2o Regum
primo dixit illo iuueni quare non timuisti mittere manum tuam ut oc
cideres xpm domini Et paulo post dixit Sanguis tuus super ca
put tuum sit insuper cum interfici hoc autem non fecisset si sibi latum fu-
isset Regem Saulem occidisse Non ergo licuit illi quamuis saul esset malus
et repbus aduc ne regnaret in o proverbiorum xxix dicitur propter peccata mul-
ta et (?)ertum non potest sustinere primum est quod simul cum regnare cepit
hoc autem fieret si subditi vellent defectus superiorum per vos ex iusticia
vendicare quamuis vero orbis turbato mala est hoc non licet Quarto psalmi
lxxi. propheta deus Iudicium tuum Regi da et Iusticiam tuam filio Regis Ibi
iudicium iusticie committi propheham pretatur Non enim sed Regi aut filio
Regis vel hiis qui iuste alios puniunt Item proverbiorum xviii Sapiens
aut non detent stultum delicie Nec fruit dominari principibus Ex
illis patet Subditos non debere superiorum peccata in iusticiam corrige
castigare aut punire Item ysaie x dicit Spiritus sanctus
Numquid glorificabitur securis contra eum qui secat in ea aut exaltabitur
serra contra eum a quo trahitur Quo si eleuatur virga contra leuantem
se et exaltetur baculus qui vtique lignum est Licet autem hoc dictum
est contra prevaricatores diuinorum mandatorum quod patet ex premittatione
petite diuinitus comminate racionabiliter tamen potest exponi de insur
gentibus in superiores delicta eorum corripientes sub titulo iusticie
vendicare sacerdotis impio mouebatur in lege Ex quo verbo
hoc morale accipiendum est quod sacerdotibus ecclesiasticis in hiis
que preceperint bene obedire Non ergo licet plus eorum peccata persona
lia ex iusticie potentem corrige sed dicitur quod verum est de Bonis
Nam malos presbiteros puerulus daniel Iudicauit vt patet da
nielis xiii Respondebo quod ita fecit sed hoc fuit accepta a deo
nimio sup hoc speciali auctoritate et potestate que communiter hominibus aut
prouincialia aut contestionum sanctarum scripturarum Hec autem de qua
hic inspiracio diuina exceptiua manifestat Nam dicitur Sus
citauit deus puer iunioris cui nomen daniel propterea eodem
modo videtur dicendum quod subditi possunt peccata principum secularium
publica auctoritate iusticie punire et corripere et hoc esset sediciosum
et subuersio omnis principatus temporalis Cum superiores non habent ab in
ferioribus puniri propter eorum negligencias in iusticia ministranda
aut regimine et spaliter certi a layeis Illorum enim defectus dominus
iudicabit et non plus hec quod patet ysaie iiio Vbi dicitur Stat
ad iudicandum dominus quod ad prelatos aut sacerdotes hoc
dictum sit patet nam paulo post subiungit et dicitur

Vos autem depasti estis vineam meam et rapina pauperis in domo vestra
Hec enim ad hoc propositum allegat Alvarus. Illam autem idem patet
Ezechielis xxxiii° De speculatore cum dicitur nisi insonuerit buccina
cum viderit gladium venientem sanguinem parentis de manu sua requi
ram non amplius tenere sed ego supple dominus. Hec enim sunt verba domini.
Non habet ergo negligencias corrigere amplius operantes de manibus prelatorum
aut presbiterorum. Sed dominus quibus possit de defectibus et negligenciis
in officio criminoso superioribus suorum eciam eorum defectuum porri
gere ac propriis personalibus eos monere fraternaliter modo predicto
in precedenti conclusione. Deinde probatur conclusio testimoniis novi
testamenti Mathei xxvi Dicit salvator Omnis qui gladium acceperit
gladio peribit. Ille vero dicitur gladium accipere qui propria auctoritate iusticie
penas exercet. Unde Augustinus quinto libro contra manicheos Ille gladium
accipit qui nulla superiori aut legittima potestate vel iubente vel
concedente iussu vel suggestione aliena armatur ergo soli tales non qui
gladium accipiunt qui gladio peribunt. Sed quibus gladius a deo
datus est hiis peccata publica auctoritate iusticie vindicare. Secundo Apostolus
ad Romanos xiii dicit Omnis anima potestatibus sublimioribus sub
dita sit. Nam qui potestati resistit dei ordinacioni resistit. Post
pauca subdit Non sine causa princeps gladium portat dei enim
minister est vindex in iram ei qui operatur malum. Ex hiis patet
quod inferiores subdi debent potestatibus sublimioribus et sic non hiis
de illis potestatibus iusticiam facere. Non huic enim gladius datus a deo
non. Sed princeps qui dei minister est contra operantes malum si
de facto faciunt malum accipiunt et gladio peribunt ut dicit
dominus. Tercio Apostolus reprehendit eos qui iudicant non sibi sub
ditos dicit enim ad Romanos xiiii Tu qui es qui alienum servum
iudicas Stat domino suo aut cadit nec potest quod propter peccatum
domini efficiantur subditi domini tamen illud peccatum sit tantum
personale et non sit in fide aut contra rempublicam ad cuius custo
diam et fidei defensionem ordinatus est dominus sicut proba
tum est supra quarto j petri 2° dicit Petrus Apostolus Subditi
estote omni humane creature propter deum specificando dicit
cum subiungit sive Regi quasi precellenti sive ducibus quasi
ab eo missis ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum quia
sic est voluntas dei est. Si dicatur quod bonis parendum est non
malis contra dicit illud j pet ij Servi subditi estote in omni
timore dominis vestris non tantum bonis et modestis sed etiam
discolis. Consequenter comprobari potest apostolorum et primitive ecclesie
sic comprobari potest. Cristus uni tantum non omnibus dixit scilicet pe
tro pasce oves meas Iohannis ultimo dans uni non
pluribus universalem auctoritatem corrigendi peccata subditorum

et in virtutibus corporum mittendi Item comparatione apostolorum petrus solus
tamquam caput aliorum divinam sententiam in Ananiam et Zaphiram pro
mulgavit quia defraudaverunt de precio agri mentiti spiritui sancto ut
habetur Actuum quinto In quo patet quod superior habet proferre Iudicium aut
promulgare Item cum Symon magus offerret pecunias apostolis ut
haberet potestatem dandi spiritum sanctum per impositionem manuum solus petrus
ut aliorum princeps legitur eum corripuisse imperiose dicens pecunia
tua sit tecum in perditionem Actuum octavo Contra cum paulus percussus
iussu ananie summi sacerdotis in decorem dixisset percutiet te paries de
albate et quidam astantium ei apposuisset sic summum pontificem ma
ledicis Respondit nesciebam fratres quod princeps esset sacerdotum per hoc
excusavit se de maledicti pronunciacione ostendens quod superioribus non sunt
maledicta inferenda et multo minus corporales pene per inferiores De
his apostoli verbis habetur Actuum xxiii Nec valet quod paulus restitit
petro in facie Nam habetur Gal. ii° Cum venissent cephas an
thiochiam restiti ei in facie quia reprehensibilis erat quia cum superior
peccat in facto fidei sit inferior in hac parti et subditi non lapsi
sunt superiores ut dicit Thomas in iiii^to dis. xix vel magister glo.
Secundo dico quod in defensione fidei paulus fuit par petro dicit
enim glo. super illo verbo restiti ei in facie ut par Ista dicit ipse thomas
2a 2e q. 33 ar^lo 4^to Et ad istam dicit Richardus de media villa
in iiii^to dis. 19 in una responsione tangit aliam que Thome
in quarto videtur conformari Et quod ubi imminet periculum fidei Inferior
potest superiorem etiam publice arguere ut etiam dicit Thomas 2a
2e immediate supra sicud ante in fine quinti correctarum dictum est Et hoc
maxime dico verum esse quando periculum est in mora nec dilacionem re
currendi ad superiorem periculum patitur Ita dicit de paritate petri
et pauli in defensione fidei Augustinus de Anchona li° de potestate
ecclesiastica q. 19 ar^lo 2° Ad primum ubi ondit quod paulus fuit
minor petro maior et equalis minor potestate prelationis maior
prerogativa electionis propter quod in bulla pape paulus ut dicit ponitur
ad dexteram equalis in officio predicacionis et fidei defensionis
In hac autem reprehensione fides tangebatur quantum ad cessionem
legalium unde ad Gallat. 2° post verba assumpta sequitur de petro
non enim ambulabat ad veritatem ewangelii Illego vult praxim
Aplita praxim ut dicam sic Angelicam Michaelis archangeli
qui cum dyabolo de corpore moysi altercaretur noluit imparare
sed domino imperandum reservavit De hoc enim sic habetur in Epistola
Iude Cum Michael archangelus altercaretur cum dyabolo disputans
de corpore non est ausus iudicium inferre blasphemie sed dixit
Imperet tibi dominus ad primitionem noluit archangelus in dyabolum
sine auctoritate superioris scilicet dei exercere sed domino reservavit cum
homines non sint meliores archangelis nec delinquentes peiores

dyabolo vindictam malorum non decet operire sed superioribus reserua
re. Post hec ex praxi primitive ecclesie satis facile deduci posset per
multa sufficiant autem duo exempla que si non sunt de prima primatia
ecclesie sunt tamen satis de ecclesia primativa. Unum est Constantini magni
de quo in tercio libro hystorie tripartite dicitur quod episcopis inter se dissidenti
bus libellos famosos contra se inuicem Constantino offerentibus ipse
ait dominus constituit vos sacerdotes et potestatem dedit vobis de
nobis iudicandi. Ideo nos a vobis recte iudicamur vos autem non potestis
iudicari ab hominibus propter quod inter vos dei solius expectate iudicium
et vestra iurgia quecunque sunt ad illud diuinum reseruentur examen. Vos
estis nobis dati dii et inconueniens est vt homo iudicet deos sed
ille solus de quo scriptum est ps 81 Deus stetit in synagoga deorum
in medio autem deus diiudicat. Aliud exemplum est de obediencia
theodosii gratia beati Ambrosii. Ex quibus apparet principes seculares
christianissimos iudicibus ecclesiasticis paruisse quamquam alii eorum mali extite
rint. In primo exemplo. Ex hiis autem que in libro Conciliorum ysido
ri habentur probatur. Gelasius in epistola clementis pape ad Jacobum fratrem domini
de morte sancti petri dicit episcopos a solo domino iudicandos aut
remouendos et non ab aliis esse dicebat qui sui sunt et non alterius.
Et quis est qui alterius iudicat famulum Nam si ita non patiuntur homines
nec deus deorum nec dominus dominancium hoc nullatenus patitur. Item
Evaristus papa vt eodem libro Conciliorum ysidorus narrat decreto
suo VI° ait Non est itaque a plebe aut vulgaribus hominibus
arguendus episcopus vel accusandus licet eciam sit inordinatus quia
pro meritis subditorum disponuntur a deo vita rectorum et transsumptive
habetur II q. VII Non est. Item ex decreto Alexandri primi in eodem libro Con
ciliorum ysidori dicitur Relatum insuper est ad hunc sancte et apostolice
sedis apicem cui summarum disposiciones causarum et omnia negocia
ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt quasi ad caput ipso quoque dicente
principi petro Apostolorum Tu es petrus et super hanc petram edi
ficabo ecclesiam meam. Quod quidam emuli christi omnibus que sancte ecclesie
insidiatores sacerdotes domini ad iudices publicos accusare presumunt
cum magis apostolus christianorum causas ad ecclesias deferri et ibidem
terminari precipiat tales preuaricantes preuaricati sunt iudicium suum et
non obaudiunt precepta eius. Amplius in concilio generali parcium
parisiensium et habetur in c. nullus iudicum de foro competenti sic fuit
diffinitum. Nullus iudicum presbiterum aut dyaconum aut clericum ullum
aut iuniores ecclesie sine permissu pontificis presumat destringere aut
condempnare presumat quod si fecerit ab ecclesia dei cui iniuriam
irrogare dinoscitur tam diu sit sequestratus quousque reatum
suum recognoscat et emendet. Sunt tamen casus speciales in quibus
iudex secularis potest esse iudex clerici qui notantur per hostiensem et
alios doctores in dicto ca° Nullus de foro competenti. Rursus
quod dignitas episcopalis sit maior imperiali exceptis temporalibus
que episcopus habet ab eo et recipit declarat Innocencius tercius

Illustri Imperatori Constantino in capitulo Solite de maioritate et obediencia
Item ex decretis sanctorum patrum apparet conclusio primo in decreto dis(tinctione)
x dicit beatus Gregorius Nazarenus Imperatoribus Constantinopolitanis
quod corporum potestas legi Christi subiecta est potestati ecclesiastice Sequitur non debent regu
lariter etiam corporum delicta a principibus secularibus puniri et multo
minus a populo vel ab aliis presidelibus Item ii q vii c Laycos dicitur
laycos non accusasse episcopos hactenus obseruatum est et constitutum quia
non sunt eiusdem conuersationis et oppido quidam eius infesti sunt Item
xxiii q v non frustra dicitur ab Augustino ad Macedonium Non frustra
instituta potestas Ius cognitoris vngule carnificis arma militis
disciplina dominantis Seueritas boni patris habent omnia ista modos suos
causas vtilitates et rationes Hec cum timentur et mali coercentur
et boni quieti inter malos viuunt In hoc patet quod ad solam auctoritatem
publicam pertinet peccata publica et iniusticiam punire Postremo aucto
ritatibus sanctorum doctorum in lege diuina radicatis se fundamentum probatur
conclusio primo per Augustinum primo de Ciuitate dei et recitat Thomas in
glo super Matheum v capitulo Audistis quia dictum est antiquis non occides
qui autem occiderit reus erit iudicio Dicit enim sic nequaquam contra illud
preceptum fecerunt qui auctore deo bella gesserunt aut personam gerentes
publice potestatis Iustissime eorum Imperio sceleratos morte punierunt
runt et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine verum
etiam laudatus est nomine pietatis quod voluit filium obedienter occidere
hii ergo exceperunt quos deus occidi Iubet sine lege data sine ad personam
pro tempore expressa iussione Non autem ipse occidit qui ministerium debet iu
benti hec Augustinus Ex quo patet quod solum ad habentem auctoritatem
sine a lege sine specialiter iussu dei pertinet penam pro iniusticia inferre
Item idem super Matheum eodem capitulo dicit Non prohibetur vindicta
que fit ad correctionem sed hec etiam non conceditur nisi ei cui potestas ex ordine
data est Rursus idem i de Ciuitate dei Qui sine aliqua publica ad
ministratione maleficum interfecerit vt homicida reputabitur Item eadem
super Matheum v capitulo officia vindicte pro bono animo impleri quo
indecp et quo lex precepta Gregorius super Deutero xi capitulo Si intraueris
segetem proximi tui franges spicas et manu conteres falcem autem non
mittes dicit falcem Iudicii mittere non potest quis in eam rem que alteri
videtur esse subiecta Ex istis patet probatur Conclusio quod soli habentes
auctoritatem a lege aut a diuina voluntate per inspirationem seu reuelationem
cognita aut ab aliquo eorum commissi possunt licite in quolibet statu corrige
re iudicialiter suorum subditorum peccata criminalia publica Ex quo patet
quod peccata puniri non possunt nisi assit iurisdictio et quia iudicium hu
num debet precedere ex manifestis oportet quod assit cognitio Oportet
etiam vt in primo puncto deductum fuit vt fiat absque turbatione
boni communis Ideo oportet vt sit pax salua His igitur tribus concurrentibus
ex primo puncto et ex isto declaratis scilicet Iurisdictione cognitione pace
salua peccata publica sunt punienda alias non Nisi vbi maius
scandalum oriretur ex dissimulatione punitionis peccati quam ex

contribucione pacis ecclesie. Aut bona quibus. Sicud eciam dictum est oppo-
posito ¶ Ex hac conclusione infero primo quod peccata publica personalia
prelatorum sacerdotum et aliorum ecclesiasticorum per christi fideles laycos
non sunt punienda Eciam secundum dictamen legis divine prohibitorum
pene exceptis casibus eciam paucis infra dicendis In quibus nec-
cis licet nisi esset ab ecclesia spiritualiter concessum Hoc probatum erit si
fuit ostensum quod non sunt laycis quo ad ea subditi Hoc autem
sic patet primo ante legem scriptam/ 2o in lege/ 3o sub evangelio
Ante legem in Regno egipti Sub pharaone manifestum est sacerdo-
tes ab omni regali exaccione fuisse liberos Cum enim omnes essent
pharaonis imperio subiecti et in servitutem subacti sola terra sacerdotum man-
sit libera Genes 47 In lege vero non reperiuntur sacerdotes populo esse subiec-
ti primo econtra Nam diffinicio causarum ad sacerdotes pendebat arbitri
arbitrium eorum /obediendum lex iubebat sub pena mortis Deuteronomii enim
xvii scriptum est Si difficile et ambiguum apud te Iudicium prospexeris
inter sanguinem et sanguinem causam et causam lepram et non lepram
et iudicum intra portas tuas verba videris variari Surge et ascen-
de ad locum quem elegerit dominus deus tuus Venies que ad sacerdotes levi-
tici generis et ad iudicem qui fuerit pro illo tempore queres que ab eis qui in-
dicabunt iudicii veritatem et facies quecumque dixerint qui presunt
loco quem elegerit dominus sequitur paucis interpositis qui autem superbierit
nolens obedire sacerdotis Imperio qui eo tempore ministrat domino deo
tuo ex decreto iudicis morietur homo ille Sub ewangelio autem sa-
cerdotum liberorum est ab omni potestate seculari generaliter ad corpora personas
maxime probatur per illud Matth xvii ubi christus interrogavit petrum
dicens a quibus reges accipiunt tributum an a filiis an ab alienis
Respondit petrus ab alienis Et Respondit dominus Ergo filii sunt liberi
per hoc intelligens christi discipulos et eorum successores esse liberos
a subieccione temporali Unde quod solvit censum fuit ne scandalizaret
exactores tributorum Ideo dicit Ne scandalizemus eos Vade
ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle
et aperto ore eius invenies staterem illum sumens et da eis pro me
et pro te Ecce patet ecclesiasticas personas liberas esse a tributis et
aliis oneribus principum terrenorum Augustinus autem ut recitat Tho-
mas in glosa super Math xvii super illo verbo Ergo filii sunt liberi
sic autem dicit scilicet christus in omni regno filios esse liberos i. non esse
vectigales Multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno
terreno filii regni illius sub quo sunt omnia terre regna Jeronimus vero
in eadem glosa sic dicit Dominus autem noster secundum carnem et secundum spiritum filius
erat regis vel ex david stirpe generatus vel omnipotentis patris
verbum Ergo tributa quasi Regum filius non debebat Orige-
nes autem ibidem sic ait Vide christi prudenciam qualiter nec remittit

tributum nec sibi iubet dare sed prius ostendit se non esse obnoxium et
tunc dat quorum unum fecit scilicet dare tributum ut illi scilicet exactores non scan
dalizarentur discipuli hec Origenes Ita ego dico etiam eos liberos a subiec
tione seculari et omni laicorum quo ad personas et actus eorum personales preter
quam in certis casibus in respondendo opprimendis ut prius dictum est
ut non scandalizem discipulorum domini successores Si putare aliquos
dicere velle sacerdotes dei qui revera sunt medii inter deum et po
pulum christianum quo fit ut dicantur dei populo exponunt Os populi quia preces
offerunt et sacrificia populo subiectos esse quo ad iudicialia punitione
cuilibet fideli christiano laborare auctes multiplicare Sed quia hoc esse
flagicium iudicandum puto supposito vile nempe et captivum esset sacerdo
cium si in disciplinatis et commissis ad tantum laicis esset subiectum nec
aliud sibi quam dolendum esset supplicium babilonice confusionis Igitur
ex quo subditi non sunt laicis modo dicto non sunt ab eis taliter premedi
¶ Infero secundo quod licet quilibet christifidelis possit iudicare iudicio discre
cionis de peccatis publicis sacerdotum et aliorum etiam eorum omni nullus eorum
potest iudicare iudicio condempnationis aut diffinicionis ut est aucto
ritatis de peccatis publicis personalibus eorundem modo supra expresso
prima pars apponente videtur esse concedenda et est nota satis Nam
tale iudicium non prohibetur de proximo aut de superiori secunda pars patet quia
hoc quod tale iudicium non debet ferri nisi de minoribus ostensum est
aut quod sacerdotes non sunt inferiores christifidelibus laicis Igitur Sed audi
te quid dicat Johannes Crisostomus super Matheum in opere imperfecto in omelia
43 et loquitur secularibus Omne quippe est sermo ad populum vos inquit
qui sedetis in ecclesia quasi sacerdotum iudices et non auditores quasi
aliena discucientes et propria non considerantes iudicate de sacerdotibus
sicud vos omnes audistis et non omnes facitis quod audistis Sic sacer
dotes omnes docent et non faciunt quod docent Nam in omnibus hominibus
dignitas quedam diversa est hec omnino autem natura una est homines
enim ab initio creati sunt propter se Postea autem sacerdotes ordinati
sunt propter vos propterea natura eorum ipsorum est ordinatio autem eorum vestra
Unde si bene vixerint lucrum est eorum Si bene docuerint vestrum
est Accipite ergo quod vestrum est Nolite autem discutere quod alienum Quid
enim sacerdotes etiam infideles docent propter fideles melius iudicatis
enim sacerdotes etiam malos fovere quam propter malos etiam bonos negli
gere sic et vos propter bonos sacerdotes etiam malos honorante
nec propter malos etiam bonos condempnatis Melius est enim iniusta
prestare malis quam bonis iusta subtrahere Propter enim de malo homine
bona doctrina procedit Ecce vilis terra preciosum aurum producit Nunquid
propter vilem terram preciosum aurum contempnunt Non sed sicud aurum col
ligunt et terram relinquunt sic vos suscipite doctrinam et mores relinquen
te hec Crisostomus apparet ex ista auctoritate quod de moribus non habent iudicare
Nam propter peccata personalia sacerdos non redditur par aut inferior
laicis Ceterum idem Crisostomus super Johannem morali seu omelia 86 sic

inquit. Nunc non est dicere in cathedra moysi sederunt scribe et pharisei
et sacerdotes sed in ea que christi. Illius enim sustenemur magisterii doctrina
Sicut et apostolus ait pro christo legatione fungimur. Non videtis in hiis que
foris sunt principibus quamvis eos inveniantes et genere meliores consisten
tes. Multotiens etiam et vita et prudentia hiis qui iudicant eos
sed tamen cum quid dicat. Iudices nichil horum excogitant sed vene
rantur sententiam regis. Et si quibuscumque abiectus fuerit qui accepit prin
cipatum. Deinde si homo ubi introniizavit est tantus timor in intro
nizato obediantiam intronizante domino contempnemus eum qui intro
nizatus est et quomodo iudicabimur et decem milibus obprobriis lamabimur et
fratres nostros prohibiti iudicare adversus sacerdotes linguam concutiemus
Ecce arguit Crisostomus amaciori peplares christianos non debere iudicare
magistros qui prohibiti sunt iudicare fratres suos pares. Et tamen dicit
dominus Mathei vii°. Nolite iudicare ut non iudicabimini de quo autem iu
dicio intelligatur patet ex consequentibus quia subiungit. Nolite condempna
re et non condempnabimini. Unde imperando tale iudicium presumptum vel
usurpatum a populo quod ei non convenit de sacerdotibus dicit idem
Crisostomus super 2ª epistola ad Thimotheum omelia 2ª ait. Si denique comparavare
vitas principatuum ipsi debemus esse intronizatores magistrorum et que sur
sum inferius fient sursum pedes inferiores capud. Et Richardus
idem in 1° dyalogorum. Et quidem in quibus sacerdotes in veteri
testamento habebant potestatem non curandi sed ostendendi tantum eos
quos constabat fuisse mundatos et nostri quantum ibi iminebat labor
At hii sed in novo testamento non corporis lepram sed immundiciam mentium
non comparate probandi sed omnipharia mundandi optinuerunt potestatem
propter quod qui despiciunt magis michi rei quam datham et abyron
videntur dignique maiori supplicio quam illi. Nec valet quod dicit
aliquis dominus maiestatis christus Ihesus concessit populo iudeorum iudicare
de vita et opibus eius dicit enim Iohannis x. Si non facio opera patris
mei nolite michi credere quod ergo non possunt christifideles de suis ma
gistris iudicare quibus de domino hoc licuit. Hoc inquam non valet. Nam
dominus non dixit. Nolite michi credere. Hec opera erant miracula que
sunt testimonia veritatis predicacionis doctrine. Concessit ergo christus in
miracula iudei crederent non ut vitam cum opibus iudicarent propter
bonus Gregorius in pastorali libro in c. v ait. Ad monendi sunt subditi ne
prelatorum suorum vitam temere iudicent si quando quid fortasse eos agere
reprehensibile viderent ne inde recte mala redarguunt inde prelacionis pulsa
in profundiora mergantur. Admonendi sunt ne cum culpas prelatorum considerant
contra eos audaciores fiant. Sed si qua valde sunt prava sic
apud eos diiudicent ut tamen divino timore constricti ferre sub eis
iugum venerare non recusent quod melius ostendimus. Si David
factum ad medium reducamus. Saul quippe persecutor cum ad purgan
dum ventrem speluncam fuisset ingressus. Illuc cum viris suis David
inerat qui iam longo tempore persecucionis eius mala tollerabat
cumque viri sui ad feriendum eum accenderent fregit eos cum rationibus

Dicens quia manum in xpm domini mittere non audet qui tamen occulte
surrexit oram clamidis eius abscidit. Quid per Saul nisi mali recto-
res quid per David nisi boni subditi designantur. Postquam multa dicit postea
hoc David percussit cor suum eo quod abscidisset oram clamidis Saul
facta quippe prepositorum oris gladio ferienda non sunt etiam cum ratione re-
prehendenda iudicantur. Et si quid contra eos vel in minimis lingua labitur
necesse est ut per afflictionem penitentie cor conteratur. Ecce quod et si iudicio discre-
cionis de manifestis iudicare possunt inferiores non tamen iudicio
condempnacionis que est actus iusticie. Et hoc est quod dicit xxxv
moralium super illo Iob qui facit regnare hominem ypocritam
quia inquit racionis habent iudicem sub magna cautela subditorum
est non temere vitam iudicare regencium neque frustra per semetipsum
domus eius nummulariorum subvertit cathedras vendencium columbas
evertit nummorum signans quod prepositos quidem iudicat per subditos plebium
sed per semetipsum secreta condempnat magistrorum. Circa tercio inferendo quod propter
maliciam non nullorum sine ecclesia terrarum non potest licite aliqua nacio ab
unitate totius residui orbis xpianorum separare putans se ecclesiam esse
hec duo dicuntur / primum quod non putandum quod ecclesia catholica sit in
unica regione. secundum quod una nacio se ab aliis dividere non debet propter
multorum peccata publica. Primum patet sicut arguit beatus Augustinus
primo libro contra epistolam parmeniani. Dixit enim dominus Abrahe in semine
tuo benedicentur omnes gentes et iterum ysaac in semine tuo be. o.
gen. terre. pro eo quod audivit Abraham pater tuus vocem meam
Ad Iacob dixit Ego sum deus Abrahe patris tui et deus ysaac
ne timeas. Terram enim super quam dormis tibi dabo et semini tuo
et erit semen tuum sicut arena maris et replebitur et in mare
et in affricam et in aquilonem et in oriente et benedicentur in te
omnes tribus terre et in semine tuo. Et ne de incertis dictum putetur
quid sit semen Abrahe in quo benedicende sunt omnes gentes
Apostolus exponit dicens Abrahe dicte sunt promissiones et semini
eius. Non dicit seminibus tamquam in multis sed tamquam in uno et semini
tuo qui est xpus. In xpo ergo omnes gentes benediccionem futuras tanta
autem promissionem et tanta exhibitionem veritate et non pudebit dicere
ad pugillum orbis hiis diebus illam esse coartatam. Hec Augustinus
Porro sicut arguit dominus in parabola zizaniorum autem quod pater familias
seminavit bonum semen in agro exponens autem illud ait Qui seminat
bonum semen est filius hominis. Ager est mundus bonum semen hii sunt filii
regni zizania vero sunt filii nequam. ergo xpus filius regni posuit
illud in agro id est in mundo non in aliqua particula terre aut in affrica
ut arguit Augustinus in fine primi libri contra epistolam parmeniani sed
in toto orbe ab ortu solis usque ad occasum. hoc dominus veritatis
declarat Mathei xxiiii dicens Siquis vobis dixerit Ecce hic
est xpus id est in ista parte mundi aut illic est fides catholica
nolite credere. Si dixerint vobis Ecce in deserto est hoc est in
dogmate philosophorum nolite exire scilicet a fide. Ecce. Si dixerint

impenetrabilibus est a. in doctrinis cultorum hereticorum nolite credere. Est ergo
fides catholica post eius publicationem sicud fulgur quod patet ab oriente
in occidentem. Hec enim apponit beatus Jeronimus hec verba. Ponit etiam recitat
in glosa super mathei xxiiii capitulo et beatus Augustinus de questionibus evangeliorum
dicit quod orientis et occidentis nomine totum orbem voluit significare
per quem futura erat ecclesia. Ysidorus libro de summo bono capitulo xv dicit
Sancta ecclesia ideo dicitur katholica quod universaliter per omnem mundum
sit diffusa. Hereticorum enim ecclesie in partibus mundi coartantur. Hec
vero in toto orbe diffusa consistit. Idem octavo libro ethimologiarum
Ecclesia grece dicitur convocatio latine. Catholica dicitur universalis. Eandem
sententiam habet honorius super illo Canticorum iiii° Duo ubera tua sicut duo hinnuli
capree gemelli que pascuntur in liliis. Eandem Augustinus de fide ad petrum.
Patet ergo prima pars correlarii. Secunda quod una nacio non se debet dividere
ab aliis a reliqua parte orbis propter peccata publica multorum satis
fuit in primo puncto deducta et hoc propter peccata particularia et
non fidem generalem. Unde quia sine periculo scismatis boni a malis
recedere non possunt corporaliter debent corporali presencia manere, recedere
autem spiritu ne scilicet peccatis malorum consenciant. Sicud enim apostolus dicit
ad philippenses ii. Omnia facite sine murmuracionibus et hesitacionibus
ut sitis sine querela et simplices filii dei sine reprehensione
in medio nacionis prave et perverse inter quos lucetis sicud
luminaria in mundo verbum vite continentes. Augustinus autem super Johannem et
habetur xxiii q. iii dicit Tenendo ergo vos dominus noster ihesus christus
fecit bonum ad monere ecclesiam suam quasi omnino perditum scilicet Judam
inter xii habere voluit nisi ut malos tollerarent ne corpus
christi dividant. Ecce inter sanctos est Judas ecce fur est Judas
et ne contempnas fur est et sacrilegus non qualiscumque fur
sed loculorum dominicorum et sacrorum. Infero ergo quod ecclesia militans
non est communi statu absque mixtura malorum cum bonis,
sed hoc proprium est ecclesie triumphanti quod cum scientie videntur, quia
tam rigide non salvo ordine iuris nec pace preposita omnia
mala publica voluerunt de civitatibus christianorum in quolibet statu
propellere patet. Correctum per Augustinum in libro iii contra epistolam Parmeniani
dicentis inter omnia quibus corpus sacrilegus tumor apparet
nullo se loco magis apponit quam in eo quod ausus est
etiam illud Cipriani prophete ponere unde persuadet hominibus communem
donatistarum non solum etiam veram esse sed etiam talem
qualem post ultimam ventilacionem ecclesia sancta ventura est.
Verum illud Cipriani fuit quid paleis ad triticum dicit sic Augustinus
de parmeniano et complicibus. Considerent si eis in est qualiscumque
sensus humanus. Numquid in agro dici potest quid paleis ad
triticum quia in eadem radice portantur. Numquid in area ubi
pariter triturantur sed utique in horreo quid paleis ad triticum.
Veniet paterfamilias ferens ventilabrum in manu sua

et mundabit aream suam frumenta recondens in horreum paleam vero com-
buret igne inextinguibili. Nam secundum aliam considerationem similitudinis omne triticum
uno nomine et omnes paleas eorum nomine signatur que duorum pecorum
genera sub uno pastore pascuntur. Sed veniet filius hominis et separabit
cum angelis suis et congregabuntur ante eum omnes gentes, eos ab invi-
cem sicut pastor separat oves ab edis. Tunc implebitur prophetia quid
paleis ad triticum quia non potest pastura esse communis edis et ovibus. Ipse
etiam. Idem Augustinus donatistis ita respondet ad propositum in tractatu per unum
66 Suspicamini quod vultis de nobis si boni sumus in ecclesia Christi frumenta
sumus. Si mali sumus in ecclesia Christi palea sumus cum ab area non recedimus.
tu quem vento temptationis foras volasti qui es triticum non tollit
ventus extra aream ergo ubi es agnosce quid es. Et infra quid autem
sumus. Ille venit ad quem gemimus. De malis tamen dictum est illud
Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei que dicunt facite que
faciunt nolite facere. Vides quod in cathedra Moysi cui successit
cathedra Christi sedent et mali et tamen dicendo bona non obsunt
auditoribus. quare tu propter malos istam cathedram dimisisti. Si bona
loquor et bona facio sequere me. Si autem non facio quod dico habes
consilium domini quod dico facite quod autem facio nolite facere. tamen a cathedra
catholica noli discedere. Hec Augustinus. Nam nisi in ecclesia est salus quod
testatur Crisostomus super id Mt. 21 Accesserunt ad eum ceci et
claudi in templo et sanavit eos. dicens quod in templo sanantur significat
quod homines non nisi in ecclesia sanari possunt cum data est potestas ligandi
et solvendi. tamen in ecclesia sunt ceci et claudi. Ubi Origenes in templo
dei id est in ecclesia non sunt omnes videntes neque recte ambulantes qui in-
telligunt quod nullius est opus nisi Christi ut sanentur accedentes ad templum
dei sanantur. Hec ille et habetur in glosa Thome Mt. 21 ubi supra.
Hec dicta sunt ut ostendatur veritas tenenda circa propositum articulum de
punitione peccatorum publicorum et falsitas respuatur ut appareat equivoca-
tio et multiplicitas compositionis et divisionis in illo articulo [illegible] hac-
tenus involutam. Articulus enim sunt iste peccata mortalia publica et quantum ra-
tionabiliter fieri potest privata aliquorum de ordinationes legi dei contrarie
in civitatibus christianorum et quorumlibet statu eorum debite iuxta dictamen
divine legis per christifideles tam spirituales quam seculares possunt cognita
utrisque sunt cohibenda corripienda castiganda et pro posse ab eis
expellenda. Primo enim illud Complexum quantum rationabiliter fieri potest
potest determinare cohibitionem correptionem etc. peccatorum publicorum et privatorum
ut sit sensus peccata publica et privata aliquorum de ordinationes legi
dei contrarie sunt cohibenda castiganda corrigenda etc. quantum rationabiliter
fieri potest. certe iste sensus iudicio meo esset verus. vel potest terminare
cohibitionem vel correptionem castigationem etc. peccatorum privatorum, ut sit
sensus quod peccata publica sunt cohibenda castiganda corrigenda a proposito
et privata sunt etiam cohibenda etc. quantum rationabiliter fieri potest et iste est
falsus quantum ad peccata publica quia ponit omnia esse cohibenda cor-
rigenda etc. simpliciter et sine restrictione. In moralibus enim indiffinite

vlibus eualent simpliciter aut sine restrictioe dicere omnia peccata publica
esse cohibenda corrigenda sicut ostensum est in primo puncto esse falsum de
cohibicione correpcione sicut loquatur que sit ante instanciam Si vero de cohibi
cione et fraterna loquitur venerunt sunt cohibenda sicut privata dum tamen ad noticiam alicuius
oportunit appone restrictioe secundum et publica spalit personalia non
ta magis quam ad publica secundum istam variam determinatoz potest
esse composito aut diuisio ut fecit layci Preterea eciam hoc quod dicitur
inpta dictamine legis diuine inmorandum aliqualiter quare omittitur
inpta mencio legum humanarum que sunt licite et regulant homines
inditem quasi regula homogenia et propter nullus enim qui veritatem
agnoscit ambigit quin lex humana habeat vim obligatiuam a lege
dei Sed quare omittitur primo de lege humana non bene video nisi
quod proponens intendat tam spuales quam seculares omnia per solam legem
diuinam esse recturos et dispositivos contra communem principum vicariorum
et leges humanas contrarium ad hoc non esse iniquas aut inutiles quod satis
est monstratum est et tamen visum est quo puniendi sunt peccata
publica lege diuina in primo puncto Item in articulo hoc complexum
prout congruit necesse licet insufficienter postea videatur est tamen
obscurum per hoc enim nescitur quo aut spuales aut seculares habeant
peccata corrigere arguere cohibere per predicta tamen satis arbitror osten
disse veritatem Demum eciam illud quod dicitur sunt cohibenda corripienda
castiganda et prosse ab eis expellenda latet equiuocacio Nam co
hibicio correpcio castigacio et expulsio possunt dici actus correctionis
fraterne vel iudiciarie Item hic prosse potest determinare omnia ista
quatuor participia cohibenda corripienda et castiganda atque ex
pellenda aut solum vltimum et hoc magis proprie quia in eadem
cathegoria ponitur Si dicant actus correpcionis fraterne sine hoc
quod dicitur prosse determinet omnia quatuor participia sine solum vltimum
videtur sensus quo ad hoc esse verus nisi forte fieret vis de perso
nis fidelitatis aut aliter rempublicam directe turbantibus et penitus
explanand sicud patuit in prima conclusione secundi puncti Si dicant
actus correpcionis iudiciarie et hic prosse concernit omnia quatuor
participia Sic non bene video quo possit articulus habere veritatem
quo ad hoc cum seculares nichil habeant iurisdiccionis in ecclesiasticas
personas Si determinet solum vltimum participium expellenda simpliciter
falsus est articulus quo ad prima participia corripienda castiganda
Nam falsum est vt ostensum est in secunda conclusione secundi puncti secula
res seu laycos habere auctoritatem auctoritatem iudiciariam cohibendi argue
di et castigandi peccata publica sacerdotum spualia personalia Secundum
ista patet conclusio quo vera est et quo falsus est et articulus
propositus Patet eciam circa primum Correccionem eadem ambiguitas
contra ad secundam partem vbi dicitur quod spuales et seculares rectores

et eorum officium modis ipsis congruentibus in civitatibus christianorum et quorumlibet
statu earum sunt cohibenda corrigenda castiganda et pro posse abinde
expellenda pro prima parte est verum ubi dicitur deordinationes et peccata
mortalia ante dicta omnium sunt prohibita sub pena dampnationis eterne propter
nulla lucra mundi sunt defendenda et fovenda absit autem a principibus fide
lium mentibus ut aliqua mortalia foveant aut defendant licet tollerent
aliqua vel permittant prohibitam pene impunita ¶ Secundum correlarium
quia expresse de cohibitione correptione castigatione et expulsione fra
terna que secundum legem caritatis loquitur verum est nisi de peccato infidelitatis
aut alio etiam aut rempublicam turbante fieret correptio et in
casu ubi mora esset facienda quia in tali casu omissa secreta
admonitione esset ad publicam denunciationem procedendum ad vitandum
periculum aut detrimentum ut dictum est in secundo puncto ¶ Est enim correlarium hoc
in forma dictum peccata et deordinationes in civitatibus christianorum et quorumlibet
statu earum non solum per rectores predictos sed per omnes generaliter christifideles
tam spirituales quam seculares debite modis ipsis congruentibus ex zelo
caritatis sunt cohibenda corripienda castiganda et pro posse abinde
expellenda et nullo modo defendenda aut fovenda ¶ Tercium correlarium
est in forma peccantibus rectoribus tam spiritualibus quam secularibus
vel aliis cuiuscumque status superioribus subditi fideles licite propter illos
vel malicia illorum caritative arguere ypocrisim eorum detegere et
eorum manifestis sceleribus etiam coram aliis publice contraire ¶ Istud
quo ad primam partem que loquitur de reprehensione fraterna superiorum est verum
sed quantum ad secundam partem ut ypocrisim eorum possint subditi eorum
detegere et eorum manifestis sceleribus contravenire coram aliis si intelli
gatur coram suis superioribus verum adhuc est sed intelligatur coram non
superioribus sicut magis apparet ex aliquibus sequentibus tunc falsum et contraria
est veritas ¶ In secundo puncto inferior enim non habet potestatem superiorem
denunciare nisi superiori illius ut cum secreta monitio non sufficiat
procedendo denunciationis veniatur de correctione fraterna ad primam
¶ Sed nec habet suum superiorem accusare nisi coram iudice suo ¶ Et ideo
debet facere peccata superioris coram populo ut ille verecundiam habeat et resi
piscat a malo ¶ Nam ipsum infamare est malum et non sunt facienda
mala ut bona eveniant ut dicit Apostolus etiam quia plerumque modo
eius tollatur ab eo verecundia ¶ Ex quo enim est infamatus perdita
esset verecundia que sunt in corporalem est timor ingloriationis de hac ma
teria satis extense dictum est videtur etiam seditionem inducere ¶ Quartum
correlarium in forma quarta mala sunt in civitatibus et rectores domini
temporales ¶ Et rabini iudices sive pastores consequenter et omnes generaliter
christifideles tam spirituales quam seculares talia totis conatibus mediis
ipsorum convenientibus neglexerunt arguere et prohibere propter peccatis delinquentium
communissima reddit rationem ¶ Illud correlarium est valde multiplex quia si
intelligatur de rectoribus et pastoribus quo ad suos subditos refundo
singula singulis credo correlarium esse verum si fiat permutacio

subditorum, ut per hoc intelligatur. Sed tamen et iudices seculares quia non cohibuerunt
correpcione in potestate iudiciaria eciam eos culpa est ut patuit in secundo puncto.
Si intelligatur de cohibicione eciam sua est vera si tamen neglexerunt corrigere
illo modo tempore quo correccio sua obligat quo ad fideles non iudices sed
de iudiciarie potestatis neglectione loquatur. Corrumpunt culpa est si de superna
correctione neglecta intelligatur est verum prout modo ut statim dicto hoc de secundo
puncto quantum ad tercium punctum. Et ut uno ordine respondeam ad raciones
opposicionis pietatis ipsa concedenda est circa aliquibus dictis primus conclusionis
dictum eius et si non in forma tamen in effectu et sua absoluciones
a pena et culpa ficte sunt et per papa sunt venales et indulgencie
non sunt in lege domini fundate. Pauca dicenda sunt de absolucionibus
a pena culpa et ideo quod iste non est quis modus concedendi absoluciones
nes a summo pontifice et si alique bulle sub tali forma dentur surrep
ticie creduntur impetrate. Ideo quia Circa sententiam hunc solum quando
non habet dicunt cum quinque doctores Magister sententiarum xviij dis q
iiij ca wilhering Althissiodorensis in summa doctor sanctus scilicet tho
mas Bonaventura Scotus et Richardus de media villa quod
solus deus culpam remittit principaliter. Sacerdos autem declarando solum
ad hoc agit aut per modum instrumenti animati ad hunc graciam
non attingendo sed ad eam disponendo ut dicunt aliqui aut apponere
to divino ut alii loquuntur. Et Ideo non potest summus pontifex aliquem culpa
pa absolvere vi clavium nisi sicud ceteri sacerdotes subditos suos
hoc est ad hanc remissionem per applicacionem clavium disponere illam
ostendere esse a deo perfectam factam pene temporalis remittere etc. ut hunc
doctores. Sed in dominum summus pontifex concedit coronati campa
plenaria omnium peccatorum indulgencia aut relaxacionem alicuius partis
iniunctarum penitenciarum et ad hunc quantum ad plenaria peccatorum indul
genciarum intelligo. Salvo iudicio meliori in indulgencia pe
narum pro peccatis debitarum ad hunc enim sensum dicitur quod sacerdos
dimittit peccata et eciam eodem modo quo dictum est de venali
tate ante et aliis concessionibus tactis non est opus aliquid
dicere nisi quod tollendi sunt. Tercio ad indulgencias osten
Indulgencie dendo quod sunt fundate in lege dei ad quod deducendum suppo
nendum est quod indulgencia dicitur relaxacionem pene debite
Sed quia oportet ut solvatur divina iusticia et qui peccavit quia
debitor est solvat aut alius satisfaciat per indulgencias
pena peccatoris relaxatur ex eo quod merita alterius sibi applicantur
ergo pro catholico dicere oportet in ecclesia esse thesaurum meri
torum christi et ecclesie et sanctorum christus enim per sua passione non
tantum sufficere pro culpa omnium parcium sed eciam sibi meruit
exaltacionem non nisi sed in hominum fide et devocione et sui
corporis glorificacione et nomen quod est super omne nomen

iuxta verbum apostoli ad philippenses ii° Humiliavit semetipsum factus
obediens usque ad mortem propter quod illum exaltavit illi nomen
quod est super omne nomen ut in nomine Ihesu omne genu flectatur
celestium terrestrium et infernorum Sed in quo doctores declarant in iiii°
[illegible] pulcherrime meruit etiam nobis Janue celestis apertionem
passio enim eius quia a divino supposito fuit exhibita et a voluntate
eius accepta fuit infinite bona Ideo excessit debitum solutum est
remanet in thesauro ecclesie Tercio principalem iudicem thesauri exhabun-
denti merito passionis Christi de quo scriptum est primo Johannis ii° Si quis
peccaverit advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum iustum et ipse
est propiciacio pro peccatis nostris Et non pro nostris autem tantum sed pro totius mundi
fides eciam ecclesie et caritatis eius merito multorum Sanctorum propterea qui
super erogaverunt hiis meritis cumulaverunt et multa et hii omnes in gazo-
philacio spirituali ecclesie reposuerunt ex hiis ergo constat quantus ecclesie
thesaurus Sed in quo scriptum est Ecclesiastici primo Sapientia et disciplina
timor domini et quod beneplacitum est illi fides et mansuetudo adimple-
bit thesauros illius Nam in paucis videtur illud unde fit indulgencia
etiam in lege dei videatur fundatum racione autem cur sic debeat indul-
gencia tradi in civitatibus humanis et politicis thesaurus publicus
propter de quo solet erogari Primum est propter principis gloriam et honorem ut
fecerunt reges temporales et fecit rex Asuerus Hester primo Secundo propter
communitatis necessitatem vel utilitatem Nam quando leditur communitas sti-
pendia et donativa offeruntur militibus ideo ut pugnaturis similiter
modo thesaurum ecclesie ab hiis qui habent eum dispensare duplici causa
debet eum erogari Prima propter dei gloriam et honorem quando multum
velut in festis eius honorant eum sancti in constructione Basilicarum
et in decoratione sustentatio suarum personarum et predicatione sanctam Secunda causa
propter communem utilitatem ecclesie ut est defensio terre sancte defensio fidei
et similia predictis causis in generali thesaurus ecclesie per indulgencias communicatur
verum non a quocumque potest tamen nec pro quacumque causa distribui
potest aut debet sed sub tribus condicionibus que a doctoribus
assignantur Prima quod sit in conferente auctoritas Secunda quod sit in suscipiente
caritas Tercia quod sit in causa pietas Non restat nunc aliud
ostendere quam quod auctoritas conferendi sit in lege dei fundata auctoritas ista
competit principaliter summo pontifici sive bonus sit sive malus
Dum tamen ab ecclesia toleretur Nam non ex virtute meriti confert indul-
gencias Sed ex potestate aliis quibus datum est conceditur specialiter huiusmodi
distribuere indulgencias Tercio igitur quod potestas summo pontifici conveniens
generaliter et inferioribus particulariter fundatur in hoc passu scripture
Mathei xvi° Ubi dominus loquitur Petro Illam glosam Confessionem
faciente cum dixit Tu es Christus filius dei vivi Cui dixit
dominus Tibi dabo claves regni celorum Dum subdit Et quodcumque
ligaveris super terram etc. Si intelligere vellet aliquis solum

de absolucione peccatorum et ligacione pene satisfactorie hoc improbatur a
magistro Emaricus in 4to et ab omnibus doctoribus et eciam ab proponente
hinc ar lum quam auctoritas absoluendi competit prelatis ecclesie
gat proponens licet multos narrauit concessus nec hoc ne
ibi fundatur ut dixerunt magistri et doctores Ostendo tamen quod illud quod specialiter
cuiuscumque ligaueris super terram etc. Non solum ad potestatem clauium in foro
consciencie sunt contencioso sed ad multa alia extendit Primo eciam biblia
per canonica et sancta scriptura acceptauit et talem declarauit quatuor
ewangelia Matheum Marcum Lucam et Johannem autenticauit non aliorum
apostolorum aut discipulorum vt Nicodemi Item biblia innouata
per Esdram scribam apud eciam recepit ab eadem translato Ieronimi
aliis pretermissis acceptata est eadem auctoritate gloza ordinaria super
bibliam liber eciam doctorum Augustini Ieronimi Gregorii Ambrosii autem
superfuit vbi collata fuit et hec auctoritas in canone Non alibi quam
hic Tibi dabo claues regni celorum Et quodcumque ligaueris super terram Petrus
Apostolus formam baptismi a Christo traditam mutauit in istam Ego te
baptizo in nomine domini nostri Jhesu Christi et hoc fecit ut nomen
Christi quod prius fuit satis amabile post noticiam nominis domini nostri Jhesu
in cordibus fidelium Eciam hec forma dimissa redijt ad instituta
et vbi eciam habuit potestatem formam a petro datam mutare
Tercio dominus dedit septimum diem completis sex diebus operibus sancti-
ficauit Genesis 2o post hanc diem sabbati strictissime in lege precepit
Ita vt colligentem ligna in sabbato mandauit lapidari Numeri 15o
et hoc preceptum in tercio cum aliis preceptis decalogi approbauit
Matthei 5 Super hoc apostoli et eciam catholica domini post obseruauit tamen
tamen postea eciam hanc obseruanciam mutauit in obseruanciam diei
dominice scilicet octaue Item dominus precepit celebrare phase 14 die
mensis primi a vespera in vesperam tamquam in legitimum sempi-
ternum Exodi 12 et sic eciam diu obseruauit tamen postea
dies pasche semper die dominica celebranda instituta Rursus
Leuitici 17 et Deuteronomii 12 prohibitum fuit Et apostoli in suo con-
cilio celebrato approbauit vt patet Actuum 15 Comedere immolatum
simulacrorum sanguinem suffocatum atque fornicari post modum
Eciam generalis primo et 2o mutauit 3m et 4m Apparet quod
multa mutauit eciam que a deo Christo et primitiua ecclesia erant
precepta et obseruata Postea sacramentum matrimonij quod teste Apostolo
magnum est racione sue significacionis scilicet coniunctionis Christi
et ecclesie in statu innocencie Institutum et in paradiso deliciarum i
primitiuo admisit vterinos et germanos fuit posse matrimonialiter
copulari masculum scilicet et feminam postea denegatum est de prima
linea consanguinitatis post hoc multiplicato humano genere
eciam mutauit et prohibuit vsque ad quartam lineam consanguinitatis

inclusiue. Item in lege veteri mortuo viro sine liberis frater duce
bat vxorem fratris defuncti vt suscitaret eius semen et hoc obseruatum
est aliquanto diu in lege noua deinde introducta publice honestatis
iusticia prohibitum est virum contrahere cum aliqua consanguinea sue sponse
vsque ad quintum gradum exclusiue. Ac per hoc fecem cum sponsa defunc
ti fratris. Circa sacramentum Eukaristie aliqua etiam mutauit. Primo
enim forma consecrationis sanguinis est alia ab ea quam in ewangelistis
reperimus licet substancia sit eadem. Addidit etiam in consecratione corporis
illam particulam enim. Secundo sicut leo papa ait quod aliquo tempore propter errorem
de obseruacione legalium conficiebatur in fermentato. Sed nunc non licet. Similiter
in ecclesia primitiua erant tantum duo ordines sacri scilicet dyaconatus et
sacerdocium et secundum Ieronimum idem erat episcopus et sacerdos. Sacerdotem
dico ego eodem nomine appellabantur hec nunc sunt mutata. In
dico ego codem nomine ... hec nunc sunt mutata. Similiter
sacro penitencie quod vsque ad finem durat naturale est ab inicio lapsus hominis
in facto est mutato. In lege enim nature sufficiebat confessio mentalis
soli deo. In lege veteri obligabantur homines ad confessionem cerimo
nialem. Ita quod aliquo sacrificio homines onderent peccasse hoc
vel illo peccato sacerdotes vero illi manibus positis super cornua hyr
ci confitebantur peccata filiorum israel et nunc in lege gracie omnia sacerdoti
bus conuenit remittere peccata modo predicto vt peccator sine scandalo
sua peccata confiteatur secrete sacerdoti et sic absoluatur instituit ecclesia.
Similiter circa alia quasi in omnibus fere sacramentis multa mutauit ecclesia. Si
Ecclesia quod potest facere et fecit de omnibus fere ... et nunc esset obseruandum oportet
non potuit nec valuit quod fecit nec nunc esset obseruandum oportet
non potuit nec valuit quod fecit ... potuit vbi in scriptura sacra scilicet
absurdum ab omnibus indicatur sic potuit vbi in scriptura sacra scilicet
absurdum ab omnibus iudicatur. Et non reperitur specialiter ad ista esse concessa
data est lege dei ista potestas et non reperitur specialiter ad ista esse concessa
tamen per illud dictum petro et successoribus eius. Quodcumque ligaueris
super terram erit ligatum et in celis quodcumque etiam solueris absoluendo a pena in iniungendo penitenciam
super terram etc. etiam solueris absoluendo penam in iniungendo ... Nec dixit quecumque
ab eo soluendo. Sed quecumque ligaueris super terram. Nec dixit quecumque
ligaueris erga hominem sed vt vlterius potestatem ei concessam ne
ad salutem humani generis ostenderet dixit solum et sine restriccione
quodcumque ligaueris scilicet clave non errante super terram erit ligatum
et in celis. Ecclesie vbi fundata est potestas indulgencias confendi
vt aut intencionem opponentis omnino euacue ostendo quod isto quod in lege
dei hoc in scriptura veteris et noui testamenti non posset reperiri fun
data auctoritas specialis et expressa ad huiusmodi indulgencias distribuendum
vel confendum sufficeret sola ecclesie auctoritas que reuisa in scriptura ewan
gelica fundatur. Patet Iohannis xiiij vbi dicit dominus paraclitus autem
spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia
et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis. Et ne putetur
hoc dictum solis apostolis vbi dicitur toti ecclesie. Ego rogabo patrem
et alium paraclitum dabit vobis vt maneat vobiscum in eternum
spiritus veritatis quem mundus non potest accipere quia non videt eum
nec scit eum. Vnde ostendo quod ecclesia multa potest facere et fecit
et tamen non habet expressionem super hiis specialem et expressa

auctas Ecclia nuat inter fideles pvulos baptizatos nuat inquam
sub pena heresis vnde Augustinus de baptismo pvulorum ponis pvulos
baptizatos pfecto i nuo credentium no nisi ex consuetudine ecclie
antiqua canonica fundatissima Et infra inter credentes baptiza
tos pvulos nuabis nec iudicare aliter vllo modo audebis si no
vis aptus esse hereticus Ecclia etia instituit vt compatres in baptismo
fidem pvuli pro eo respondeat et sic ecclie auctas ordinauit ut
pvuli per aliorum pedes ad fidem veniant per aliorum corda credat
per aliorum linguas in baptismo respondeat et fidem fateat Item
ecclia in Niceno concilio suum symbolum edidit post symbolum
apostolorum Auctorizauit etia symbolum athanasii Item toto canone
no habetur quod pater in diuinis eius aut filius aut spiritus sanctus
nominet persona sed ab ecclia habetur eciam quod tres sunt qui testimonium
perhibent in celo pater verbum et spiritus sanctus et hii tres vnum
sunt qui testimonium dant in celo etc Cum quererent heretici qui
tres / no huius ecclia qui ex canone responderet in portunitati
hereticorum satisfaciens inuenit hoc nomen persona et dixit tres
persone preterea Et si canon biblie dicat btam virginem esse matre
xpi tamen non reperit in eo quod dicat mater dei Sed hoc
ecclia determinauit ut dicat non solum xpitokon sed etia theoto
kon i. no solum xpi mater sed etia dei mater Neque no habetur ex
canone vt illa signacula que in pficiendis sacramentis nunc fiunt
sunt facienda nichil de benedictione fontis baptismalis aque
benedicte exequiarum defunctorum et aliorum multorum que nc te
dium generet omitto que tamen ecclia sancta obseruanda insti
tuit vides quanta sit ecclie auctas catholice de qua Augustinus
contra faustum hereticum auctoris ecclie impugnatorem dicit et
habetur xi dis. quam vides in hiis tribus quod valet ecclie auctas
que ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum vsque ad hodiernum die
succedencium sibimet episcoporum serie tot populorum confessione firmat
Et Crisostomus dicit vt refert Augustinus contra anthonia in de ptate ecclia
q. 2 c. 9 quod homo mortalis omnium que in celo et in terra sunt ptate gessit
Deus et validiorem celo ecciam esse monstrauit huic nempe
btus Jeronimus omnia dicta sua et fidem submisit vt habetur
24 q. 1 hec est fides papa btissime vnde dato quod in scriptura
sacra no reperiret specialiter et quod possit fundata ptas conferendi in
dulgencias adhuc ecclie que spiritu sancto regitur infallibiliter
in hiis que pertinent ad salutem potuit tam priori tham[?] aperte
demonstrari et de nouo aliquid instituere sicud et illa que prius in eo
rata sunt nisi dicat quod auctas modne ecclie minor quam prime
quod est falsum cum auctas mutandi statuta ecclie et instituendi
no sequat sanctitatem vite sed officium et dignitatem que equa
les sunt nunc et tunc nec alias clauis habz modo quam tunc

Unde Aug. sermone xviii ait Nemo dicat ecclesie primitive tempora pura
lere isti ecclesie quia tunc prophete et apostoli fecerunt miracula et non modo
quia tunc fiebant sanitates corporum non animarum dicit ergo sufficit proutan
tibus indulgencias non esse in lege dei fundatas que deo sunt nec
proponit contra sensum suum dictis et scriptis doctorum theologorum magi
strorum Wilhelmi altissiodorensis Alberti magni Thome et
aliorum quorum tanta est in ecclesia reverencia ut non liceat oppositum
asserere hinc quod omnis quinque consensu determinant. Aliud dictum proponentis
peregrinaciones ab hominibus invente superstitiose sive ydolatrie sapientes
et clericorum avaricia invenientes quod ostendendo non esse omnino suppono
quid nomine peregrinacionis. Est enim peregrinacio de mansione sua longior
recessus ad acciorem devocionem deus adoretur quod ille sunt in lege
dei fundate et non ab hominibus invente ut dicit proponens et aliquibus
auctoribus inicium colloratur probo. Scriptum est Deutero. xvi Tribus tem-
poribus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini tui dei in loco
quem elegerit in sollempnitate ebdomadarum et in sollempnitate taberna-
culorum. Ecce quod ex lege dei tenebantur peregrinari in urbem filii Israel quolibet
anno et quod aliquid debebant offerre in templo patet. Nam dicit ibi
non apparebit ante dominum vacuus sed offeret unusquisque secundum quod habuerit
iuxta benediccionem domini dei sui quam dedit ei. Iuxta hanc regulam le-
gis dei ascendit ihesus cum parentibus suis ad diem festum pasche
ut habetur Luce ii°. Ubi Beda circa diem post nativitatem quadragesimo
cum hostia tulerit ad templum supple eundem illo singulis annis
cum parentibus ducitur et duodennis in templo doctorum choris insi-
det. Item quod non fuit solum cerimonia iudeorum sed pro gentibus patet.
Nam Zacharie ultimo scriptum est et omnes qui reliqui fuerint de universis
gentibus que venerunt contra urbem ascendent ab anno in annum ut
adorent dominum regem exercituum et celebrent festivitatem tabernaculorum.
et erit qui non ascenderint de familiis terre ad urbem et adorent dominum
regem exercituum non erit super eos ymber. Sed quam prophecia gentiles
iudaicam ascenderunt certo post suscitationem lazari ut adorarent in
die festo Iohannis xii. Et vir Ethiops eunuchus Candacis in urbem pro termino
venit Actuum viii cuius iusticia dicit Beda super illo passu pro virtute et inte-
gritate meritis vir appellatur nec in merito qui tam studii in scripturis
habebat ut eos eciam in via legere non cessabat tantumque amoris
in religione gerebat ut aula regia derelicta de finibus mundi
partibus veniret ad templum domini. Unde iuxta merito dominum querit
interpretem lectionis. Preterea pastores venerunt peregre ad salvatorem
ortum. Et tres magi peregre profecti sunt adorare regem Iudeorum
a solis ortu de finibus. Aug. in sua parte sermonum sermone xxx dicit
In hiis tribus ... isti peregrini pervenerunt istum non dum scientia
invenientes adoraverunt. Ubi cives illi Iudei miracula facientem
crucifixerunt. Isti in membris parvis dominum agnoverunt. Illi in factis

magnus nec tamen dominum peperimus hec aug. dictum est de pontifi
in ortu salvatoris quos herodes impio non inculpavit Iam de pre
nus mulieribus xpm in sepulcro visitantibus subscripte auctoritates dicat
eluada vespere sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria ma
gdalena et altera mulieres maria videre sepulcrum ait xpostomus
Super quo sermone in quinctario quod diversa tempora istarum mulierum in e
wangelijs scribuntur non mendacitatis signum sed nimie obitum sed fre
quentis visitacionis officium dum crebro ad eum et recedunt et non
paciunt a sepulcro dominum diu abesse vel longius hec ille ad est
alia auctoritas De Nicodemo qui venit ferens sepulcrum domini ad
mixtura myrre et aloes quasi libras centum de Joseph ab arima
thia nobili viro qui involvit syndone munda corpus domini quod
hij tamen in crucis laudantur Ipse enim dominus non dedignatus est
se per sinus ostendere discipulis euntibus in emaus Item secundum
audit quod sepe maria mater dei visitabat post ascensionem
eius loca passionis et hoc facit in sermone de assumptione beate marie
ad paulam Cristus inquit in omnibus est amandus ex toto corde
ex tota anima atque ex tota virtute querendus maxime tamen
circa ardentius cum et deus erat et filius fortassis ex privato
amore in loco quo sepultus dicitur interdum habitasse eadem domina
quem prius pascebat in tuo amor obtutibus sic mater ihesus medius
est hunc inde constituta est ut adire posset ascensionis eius
vestigia et locum sepulture ac resurrectionis seu omnia in quibus
passus est loca invisere non quod iam viventem quereret cum mortuis
sed ut suis solaretur affectibus hoc quippe habet impaciens amor
ut que desiderat invenire se credat ignorat siquidem iudicium
multociens racione caret modum nescit nec aliud cogitare potest
nisi quod diligit amor non capit de impossibilitate solacium nescit condiscensi
vitate remedium hec ille ex quibus apparet tamen quali devo
cione et magno honore assiduitatibus habita sit sepultura domini
Ut sic impleta sit hec prophecia ysaie xi capitulo de illo loquens cum
ait Et erit sepulcrum eius gloriosum de cruce autem domini
loquitur beatus Aug. libro de visitacione infirmorum capitulo primo ostendens
quod in magna reverencia habeatur a xpianis et dicit sic hinc siquidem
xpianorum ecclesia illius domine crucis quoddam venerabile
monumentum quod decernens ymaginacione crucis cognominat
quod et nos omni veneracione dignissimum fatemur et ad recor
dacionem crucifixi intuentur veneramur Addit super eius causa in cruce
quedam hominis inibi paratur ymago ex qua salutifera ihesu xpi
nobis renovatur passio hanc complectitur humiliter venerare
suppliciter cum hoc ad memoriam et ipsum reducat crucifixum
hec ille post immediate sequitur notabilis processus de confessione
vocali facienda propterea expugnando in magna concordia ad locum

ubi dominus celos ascendit de quo Sulpicius ita loquitur. Illud autem
mirum est quia locus ille in quo postremo institerunt divina vestigia
cum in celum dominus nube sublatus est continuari pavimento cum reliqua
sanctorum parte non potuit siquidem quecumque applicabantur insolens
humana suscipere terra respuerit excussis in ora apponencium marmo-
ribus quin et calcati adeo pulveris adeo documentum perhenne est ut
et vestigia impressa cernantur et cum cottidie confluencium fides ad dominum
calcata diripiat dampnum tamen arena non sentit in eandem adhuc, sui
speciem velut impressis signata vestigiis terra custodit. Rursus de peregrinacione
ad sepulchrum domini habetur xi° libro hystorie tripartite capitulo xv° de qua
dicit Cassiodorus. Theodosius imperator pro beneficiis sibi a deo collatis gratias
referebat pluribus honoribus et sua vota compensans coniugem quoque suam
Eudochiam ad Jerusalem destinavit hec enim et ipsa votum habuerat si filiam
videret imperantem que tam plurimas ecclesias constitutas quam per singulas civitates
positas honoravit et cum pergeret et cum denuo remearet. Hec ille. Item
beatus Jeronimus epistola ad Rusticum ipsum pergere proficiendum ad loca sancta
invitat contra errores Joviniane et Simoniane perfidie contra peregrinacionem
ad loca sancta dicit enim Sic narravit michi socrus quondam tua mater
soror atque consimilis quod mutuo preceptum apostoli ex consensu abstinueritis vos
ab opere nupciarum ut vacaretis oracioni. Et infra Cumque rabies barbarorum
et imminens captivitas separet sub iurisiurandi testificacione pollicitus
ut ad sancta transmigrans loca vel statim vel postea sequereris et servares
animam tuam quam illius fecisti negligentia perdidisse redde ergo quod
presente domino spopondisti incerta est vita mortalium ne ante rapiaris quam
impleas sponsionem imitare eam quam docere debueras proh pudor Tu vagaris
in patria immo non in patria quia patriam perdidisti Illa pro te in locis ve-
nerabilibus resurreccionis et crucis et cunabulorum domini salvatoris in
quibus parvulus vagiit tui nominis recordatur te quoque ad se oracionibus trahit
ut si non tuo merito saltem huius salveris fide. Hec Jeronimus. Deinde Augustinus
libro de diffinicionibus recte fidei capitulo xl° sic inquit Sanctorum corpora
et maxime beatorum martirum reliquias ac si Christi membra sincerissime ho-
noranda et basilicas nomine eorum appellatas velut loca sancta divino
cultui mancipata affectu piissimo et devocione fidelissima adeundas
credimus Si quis contra hanc sentenciam venit non christianus sed Vigilancianus
credatur. Hec ille. In Gangrensi enim concilio statutum legitur in hunc
modum Si quis per superbiam tamquam perfectus se estimans conventus qui per
loca et basilicas martirum fiunt vel accusaverit vel oblaciones que ibi
celebrantur spernendas esse crediderit memorias quoque sanctorum contempne-
das / anathema sit. Rursus Augustinus contra Faustum libro 20° Populus christi-
anus memorias martirum religiosa solempnitate concelebrat et ad excita-
dam imitacionem et ut meritis eorum consocietur atque oracionibus adiuvetur. Et
infra quod offertur offertur deo qui martires coronavit ut apud me-
morias eorum quos coronavit ex ipsorum locorum admonicione maior affectus
exurgat ad acuendam caritatem et in illos quos imitari possimus et in
illum quo adiuvante possimus. Hec ille / dicit Augustinus [illegible]

est visitare martirum memorias et licitum est in locis illis oblaciones facere
peregrinacionum utilitatem testantur staciones Rome quas ferunt beatum
instituisse Gregorium cum plurima corpora sanctorum transferri continuis suffra
cetur probasse peregrinacionis fundamentum hec in divina scriptura et fundamentum
in sanctis doctoribus perfecto nichil divina lege se fundantibus at per
hoc nec esse inventiones hominum nec superstitiosas nec ydolatriam sapi
entes nec propter se cleri avariciam intendentes Nam oblata deo ut Dr
Hugo offeruntur Que ut etiam eadem lege percipiunt non oblatorum clerus est
proprietarius sed possessor usufructuarius minister et dispensator Si vero
cadens avaricia cleri se iungat hoc malum est hoc per eos ad quos spec
tat superiores scilicet cum iusticia puniendum per alios ad quos spectat supe
riores scilicet cum iusticia puniendum per alios caritative arguendum
modis tantum supradictis ¶ Circa multa que in veneratione reliquiarum
contingunt peccata ut narravit proponens et sunt expositio earum venalitas
ficta spoliacio pauperum oblatorum horrenda estimatio avaritia sacerdo
tum et sublata spes ponendi aliquid minus in cistis hec verum dico quod ve
neracio reliquiarum sanctorum et sanctarum non est improbanda est etiam
de se honesta est licita et sancta verum non pluri honore aut maiori sunt
venerande reliquie quam sancti quorum sunt Supponendum est enim ex docto
ribus triplicem esse adoracionem scilicet latrie yperdulie et dulie latrie que
deo yperdulie que tamen sub ratione magne excellencie ut virgini
Marie insuitur quia mater dei Dulie que ceteris tamen ratione excellen
cie exhibetur Et quidem pro nunc non est loquendum de dulia que debetur
superioribus ratione dominii Nam sic etiam debetur non modo bonis sed et
malis Sed de illa que exhibetur sanctis ratione sanctitatis hec debite sanctorum
reliquiis exhibetur non quasi in istis aliquid sanctitatis existat Sed propter
ordinem quem habent ad sanctos quorum sunt reliquie habent enim docto
res in tantum quo cultus seu adoracio debetur alicui persone In quo con
siderandum quod adoratur et ratio cur adoratur Quod adoratur sup
positum est vel persona Cur adoratur ut nunc loquimur est virtus
vel sanctitas debetur autem etiam per accidens ratione habitudinis ad
eum cui per se debetur ut cruci et ymagini eius et sanctorum et sic
non reliquie adorantur nec hoc est ydolatrie quia cultus latrie
nullis sanctorum qui sunt quam pure creature exhibendus est ydo
latria enim dicitur latria exhibita ydolo sive pure creature Quod
autem ratione habitudinis ad aliquem honor sit exhibendus ut vesti
regie propter regem et huiusmodi probatur ex eo quod 1o Regum 24o dicitur Cum precidisset
David oram regis Saul clamidis percussit cor David dicens propicius
sit michi deus ne faciam hoc domino meo christo domini tamen regem non con
tigit sed clamidem propterea inter divinas contumelias christus prophetice com
memorat quod crucifixores eius diviserunt sibi vestimenta sua
et vesti sortem miserunt dicens Diviserunt sibi vestimenta mea et
super vestem meam miserunt sortem quia etiam vestem venerabilem

ipsius adorabilem Johannes in Apocalipsis xix° dicat esse conspersam sanguine
et in eo et in femore ipsius domini scriptum erat Rex regum et dominus
dominancium Propterea beatus Jeronimus ad Rufinum libro tercio scribit se adorasse
presepe et sancta cunabula salvatoris Conscendi inquit Egypti
lustravi monasteria et inter sanctorum choros assiduos latere conspexi
protinus concito gradu Bethleem meam commissus sum ubi adora-
vi presepe et sancta cunabula salvatoris Item de sancta Paula
et eius Epythaphio sic ait pervenit Bethleem sancta Paula et in
dextra parte itineris stetit ad sepulchrum Rachel atque in speluncam salva-
toris ingrediens postquam vidit sacrum virginis diversorium et stabulum in
quo cognovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui per sancta
iurabat se videre fidei oculis infantem pannis involutum vagientem
in presepe, deum magos adorantes et multa alia de sublimibus consolaci-
onibus ponit quas sancta Paula merebatur De adoracione autem cru-
cis aut ymaginum loquitur Damascenus in quarto libro sentenciarum suarum capitulo
nono dicens adorandum signum Christi Ubi utique fuerit signum illic et ipse
erit. Sequitur Omnia ergo que deo adiacent adoramus ipsi veneracionem
assentes Item autem non puto communiter detrahere veneracioni aut adora-
cioni sanctarum reliquiarum sub titudine quam ad sanctos eius sunt
tamen si forte quia sunt ossa vestis aut alia artificialia aut
natura multa dicenda de hac materia preter abusus aut per ante narra-
tos vituperio et reprehensione dignos iudico Literas confraternitatum
et confessionales communiter vituperat et revera non dubium quin multa mala
sub habitu spe pietatis paciuntur puta questus illiciti deordinati favores
audacia peccandi et multa similia Verum non sunt de se illicite co-
fraternitates ipse immo honestatis titulum habent et parum prout fraternitatem
Item sicut qui innititur a fratre quasi civitas firma probrorum communio
licet nempe suffragia ecclesie prosunt omnibus in unitate existentibus ex parte
caritatis que non querit que sunt sua sed facit omnia communia ut dicit Apostolus
tamen ex parte intencionis huius quibus applicantur prosunt magis quam aliis
et per hoc institute concesse vel permisse sunt fraternitates ipse Ostendo quod hec
in scriptura sunt fundate Item ut legitur Exodi viii° capitulo Impius Pharao
vocavit Moysen et Aaron ait Orate deum ut auferat ranas a
me et populo meo et dimittam populum ut sacrificet domino Et in eodem capitulo ait
Ego dimittam vos ut sacrificetis domino orate pro me Etc. Princeps pa-
ganus qui oraciones postulat quomodo ergo precibus se committere negabit
fidelis Iterum apparet de Elyodoro cuius amici rogaverunt Oniam
summum pontificem ut oraret pro illo ut legitur ii° Machabeorum iii°
Rursus probo quod apostoli fecerunt homines participes suorum suffragiorum
primo sic Apostolus Ephesios per litteram suam seu epistolam fecit esse par-
ticipes suarum oracionum Item sic eis scribit in primo capitulo Propterea ego
audiens fidem vestram que est in domino Jhesu et dilectionem in omnes sanctos

non cesso gratias agere pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis
Licet tamen Paulus commemorat orationes sed alia meritoria opera offert
fratribus pro philipensibus Nam in primo ca° dicit Gratias ago deo meo in
omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum
gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in ewangelio a prima
die usque nunc Cum ergo dicit in cunctis orationibus meis ut magister dicit
implicite comprehendit que vigilias missas predicationes ieiunia et similia
concedunt christifidelibus cum faventibus esse communes Item idem
ad Colocenses dicit primo Nunc gaudeo in passionibus pro vobis et adimpleo
ea que desunt passionum christi in carne mea pro corpore eius quod est
ecclesia nulla tamen littera fraternitatis modo talia promittit quanto fecit Apostolus pro
Colocensibus Item Crisostomus super Mattheum in imperfecto Omne primum cum libe-
ter audit deus quod expetimus non solum pro se sed etiam pro aliis orat
Pro se enim orare nature est pro aliis autem gratie Pro se orare necessitas
cogit pro aliis autem caritatis fraternitatis hortatur Dulcior enim oratio
ante deum non quam necessitas transmittit sed quam caritas fra-
ternitatis commendat Ex qua fraternitas commendatur et deo acceptabilis
efficitur Item Augustinus orationes pro se impetrat qui se fratribus ecclesie recommendat
confessatrix in domo Iuliane inserit postulavit libro de sancta vidu-
itate in fine dicens Obsecro vos per illum a quo donum hoc accepistis
et huius doni premia speratis ut me quoque orationibus vestris memineritis
inserite cum tota domestica vestra ecclesia Et in epistola Augustini in principio
que est Paulini ad Augustinum ait Paulinus omnibus in christo sanctis qualibet
tibi coherent non est dubium ambobus saluta commenda nos omnibus sanctis
ut tecum pro nobis orare dignentur Hec ille Et Augustinus epistola ...
que est ad confratres Commendamus sanctis orationibus tuis et dies et
noctes meas ut oretis pro nobis ne diebus intemptant utamur
ut noctes equo animo tolleremus ut etiam si ambulemus in medio
umbre mortis nobiscum sit deus ne timeamus mala Hec Augustinus
Reperiuntur et multa opera beati Gregorii in quibus petit precari pre-
cibus sanctorum Item Ambrosii Anshelmi Yuonis Carnotensis tales
auctores valde multas amore brevitatis omitto Unde non sophis-
mata sunt littere fraternitatum sed sanis utilia subsidia Ubi abusus
vituperio turpes questus phorizo Confessionales etiam litteras gra-
tie ex causa rationabili iustum est Nam et privilegia de confessionibus
audiendis nullus doctorum notabilium reprobat immo approbat Data
enim sunt non in favorem confessorum aut odium curatorum sed in fa-
vorem penitentium ad rationes pro contrarium factas cum aliis res-
pondebo Item de sua excommunicationis dicit quod feruntur ex livore
vindicte aut odio si fuit inquit obviationem et honore in egressu
pronunciatorum sunt irrite et vane Si velit dicere quod sunt late a
iudice ex odio vel invidia aut propter vindictam nullo casu teneat
cuius oppositum dicto cum doctoribus Sanctus Thomas in iiii° dis-
tinccionum sit dicit in forma Excommunicatio inquit per iudicium iniusta dupliciter

vno° ex parte excommunicantis quia ex odio vel ira excommunicat et tunc excommunicatio nichil
habeat effectum suum quamvis ille qui excommunicet peccet quia ille iuste patitur
quamvis ille iniuste ferat. Alio modo ex parte ipsius excommunicatoris vel quia
causa excommunicationis est indebita vel quia fertur sine iuris ordine pre-
misso. Et tunc si sit talis error ex parte sine qua sententiam esse nullam
faciat non habet effectum quia non est excommunicatio. Si autem non annullet habet effectum
suum et debet excommunicatus humiliter obedire et ire ad initium vel absolutionem
petere ab excommunicante vel ad superiorem iudicem recurrere. Si autem contempnit
eo ipso mortaliter peccat. Contingit autem quandoque quod est debita ex parte excommunicatoris
que non est debita ex parte excommunicati. Sicut cum quis pro falso crimine
in iudicio probato excommunicatur et tunc si humiliter sustinet humilitatis
meritum recompensat excommunicationis dampnum. Ex quo sequitur quod excommunicatus
pro falso crimine tamen probato in iudicio licet per falsos testes vel confessato
censetur vere excommunicatus in foro exteriori ecclesie militantis tamen gratia.
Nam dicit quod humiliter meritum recompensat excommunicationis dampnum.
Igitur talis meretur dampnum excommunicationis. Et sic patet quod in casu reputa-
tur excommunicatus qui est in gratia nec iudex peccat si mihi permittat de con-
tingentibus secundum ordinem iuris et maxime dum non constat de innocen-
cia rei. Sed voces aut facias pro uno nobili quam pluribus videtur quod non sit
per legem humanam alicui inferre mortis supplicium. Est primo respon-
dendum. Et primo ad illam de commutationibus quod est Augustini ad Marcel-
linum comitem dicto cum Alex. de Hal. quod quamvis pro aliis sceleratis
Augustinus supplicando spacium vite eis reservari poposcit non legum seve-
ritate qua tales morte plectuntur, non servandam esse docuit. Sed
noto ibi quatuor. Primo quod Augustinus dat intelligere quod secundum severitatem
legum erant homicidia passuri quam poscebat. Et quia poscebat vitam
eis servari. Secundo quod erant vitam iuxta legum sanctiones amissuri
et hoc ibi ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum
severitate esse plectendos ut qualia fecerunt talia paciantur. Et
qui occiderant aliquos presbiteros catholicos. Erant autem isti occidentes
donatiste digni erant morte. Tertio quod supplicat pro misericordia ut scilicet mi-
sericorditer cum eis agatur. Nam ibi dicitur: Ideo hiis litteris obte-
stor fidem tuam quam habes in Christo per ipsius domini nostri misericordiam ut
hoc non facias. Ideo de misericordia hoc petit non de iusticia. Quarto dicit quod dis-
simulare posset quia per suos delata erant ad comitem sed per clericos
ad quos tuende pacis vigilancia pertinebat. Ex quo duo implicite datur
intelligi. Primum quod poterat dissimulare ideo quod faciebat erat opus super ero-
gationis et sic si Comes non acquiescebat sed iusticiam non preciabat secundum
quod ideo id est officiarii huius vigilancia de servanda pace rei publice
et sic obsistere et denunciare per eos iudicia secularia qui presunt facere
iusticiam et hoc patet per illud quod sequitur Ideo quod scelestis hominibus iusti-
ciam prohibeamus auferri ait Augustinus. Ad illud secundum hic notandum est certum

quod ex capitulo elicitur. Et breviter consideranti totum capitulum illud
apparet quod Augustinus flectit ad misericordiam ut severitatem legum. Et hoc dictat
et maxime quia isti circumcelliones erant clerici licet essent donati-
ste. Unde ex hoc habetur quod pro certo ille comes si eos occidisset, sed admonet
ut agat misericorditer. Ad idem hiis quod tangit Augustinus contra Crisostomum super Jeremiam
dico quod duplices sunt modi peccandi. Quidam ex infirmitate aut igno-
rantia, alii ex consuetudine vel malicia. Et quidam cum verecundia
sunt, alii sine verecundia. Cum primis mitius est agendum, cum secun-
dis durius. De istis secundis vero non loquitur Crisostomus sed de primis. Ad illud
Proverbiorum 20 capitulo Rex enim nimis emungit etc. est ad illud Justicia ut ma-
nulto destituitur etc. Ad illa duo unico verbo dico quod in omni actu
virtuoso oportet ut prudencia habeat ducatum. Est enim auriga virtutum
cum omnes morales virtutes in ea connectuntur. 6o ethicorum. Prudencie
enim existenti omnes simul inerunt. Et ita oportet esse directionem
omnium mediorum ad finem ut nichil nimis fiat. Hoc dicit sapiens Proverbiorum 20 capitulo.
Hoc etiam dicit illud decretum allegatum ut una temperet severitatem
iusticie et iusticia erigat remissiorem mentem ad illam. Crisostomus super illo Mathei
primo Estimate utrumque et sic etc. Dico quod si bene verba eius considerentur
sunt pro me. Iram loquitur de occasione hereticorum ex qua sequeretur
scisma aut turbacio ecclesie. Et ego concessi quod in tali casu non est
secundum iudicium vindicare. Dixi enim peccata esse punienda tribus con-
currentibus scilicet iurisdictione, correctione, et pace salva. Et hoc non esset
in proposito sed ubi salva pace fieri possit essent occidendi. Unde oppositum
dicit Crisostomus. Nunc iam accedendum est ad principales raciones ponentes
primo ad illas per quas nisus est probare articulum. Ad primam ubi dicitur
quod deus precipit Deuteronomio 20 ut filii Israel auferant malum de medio
sui. Dico cum deus precipiat hominibus non precipit nisi quod possibile
est homini ut scilicet auferat malum de medio ipsi iurisdicioni correccione
et pace salva concurrentibus ut dictum est. Et dico secundum Augustinum in libro
2o contra epistolam Parmeniani tractante illud verbum apostoli Auferte
malum ex vobis quod ubi mali salva pacis unitate separari possunt
a bonis separandi sunt corporaliter. Ubi hoc fieri non potest est faciendum spiritualiter
scilicet non consenciendo illorum peccatis unde sic malum auferunt ab eis. Et si
non possunt malos separare a congregatione sua ibi enim dicit Augustinus in forma
Videamus ne forte non frustra non dixit apostolus Auferte malos
a congregacione vestra sed auferte malum ex nobis quia cum quisque
impeditur ab ecclesie congregacione malos separare si a se ipso auferat
malum non eis corde miscetur. Et tamen ita spiritualiter non solum non contingit
malis sed separatur a malis. Vel secundum eundem Augustinum in libro de decem cordis
dicendum quod quidam sunt flagiciosi qui non nocent aliis. Quidam fa-
cinorosi qui nocent propter istos secundos leges posite sunt ut satis
in positione dictum est. Quod isti tollendi sunt de medio ipsi proscribendo

intercedendo aut aliter admonitis supplicio saluis tribus predictis iurisdictione gratorum et salua pace et ad hoc concedendum dicit dominus Auferatis malum addit de medio sui et Apostolus cum dixisset Auferte malum subiungit de medio vestri. Ad secundum Leviticus xix dicit ibi de Lyra quod intelligitur: Non oderis fratrem tuum ex rancore et odio dissimulans peccatum suum donec possis eum destruere sed publice argue eum hac voce expressa que illud ait Matth. xviii° Si peccaverit in te frater tuus etc. Non autem dicit publice id est coram omnibus corripe eum correptione fraterna. Sed autem per hoc publice intelligitur correptio facta in publico seu iudicio tunc intelligendum est de peccatis que sunt plana et tunc talis correctio pertinet ad iudicem exequendo ad denunciantem denunciando ad testes probando et sic patet quod non omnia peccata etc. possunt puniri sed solum concurrentibus iam dictis. Ad etiam Deuteronomii 23° de prohibitione meretricii dico quod lege divina et olim et nunc meretricium est prohibitum in illo precepto morali Non mechaberis. Verum quod in lege veteri ultra hoc preceptum decalogi erat datum iudiciale de prohibitione meretricii nunc vero non prohibetur ab homine per iudicium simile legis humane. Sed ut patet convenit lege divina prohibentem hominem executionem demandare. Non cum subest ei potencia humane legi adequata nec est omnipotens ut sciat ex malo elicere bonum ut deus ideo nec dictus contingat tolerat et permittit. Cur autem in lege veteri prohibebatur iudiciali hoc peccatum non nunc lege humana ratio est secundum aliquos doctores quia tunc permittebantur iudeis repudiare uxores et hoc quia proni erant ad odiendum ex duritia cordis sui et occidendum eas ideo si inprohibite fornicari potuissent magnum fomentum odii habuissent. Nunc autem non licet nec permittitur uxorem repudiare nec sunt ita faciliter odiosi in uxores viri. Ad quartam de destructione ydolorum etc. Respondeo primo cum beato Augustino contra Donatistas quod ex sensu mistico non sumitur conveniens argumentum. Verum et magnus Ariopagita Dionisius dicit quod theologia simbolica non est argumentativa. Unde si ad literam de destructione ydolorum eiectione leprosorum exterminatione septem gentium ratio aliqua queritur plana est solucio quia ydola erant iudeis incentivum ydolatrie ad quam erant pronissimi. Secunda lepra est morbus infectivus ideo pelli debebat de cetu sanorum. Septem iste naciones ideo exterminari iubentur quod ydolatriam suasissent conversantibus cum illis. Et licet ex sensu allegorico ratio facta sit. Solvo nomine ydolorum peccata infidelitatis accipio nomine lepre peccatum heresis que ita exponit venerabilis Beda in omelia super illud Luc. xvii° Dum ingrederetur scilicet Jhesus in quoddam castellum occurrerunt ei decem viri leprosi. Leprosi inquit non absurde intelliguntur qui scientiam vere fidei non habentes varios profitentur errores. Non enim vel abscondunt malitiam suam et impietatem sed quantum possunt peccata proferunt in lucem et reliqua ut ibi patet etc. Per lepram intelligitur mala doctrina in moribus. Talia peccata sunt non modo fraterna correctione arguenda et castiganda sed si publica sunt etiam per iusticiam cohibenda et punienda

de talibus possunt inferiores publice superiores arguere quia tam spirituales per peccatum
infidelitatis desinunt esse superiores quo ad hoc. Et ista dicta sunt in propo
sitione. Racio autem huius quia peccata infidelitatis et heresis similiter et male
doctrine nimis contagiosa sunt. Illorum enim utpote infidelium aut hereticorum
sermo ut cancer serpit dicit apostolus primo ad Thimotheum 2o capitulo. In septem gen
tibus quas precepit dominus exterminari septem peccata mortalia intelliguntur
non est ad propositum arguentis sed oppositum et ad propositum meum. Secundo vero
de septima sacra assumpto dicitur Iudicum 1o capitulo filii Beniamin habitaverunt
in Ierusalem nec deleverunt Iebuseos habitatores urbis. Item quod Cananeus inter
habitavit cum tribu Manasse quod tribus Effraym non interfecit Chana
neum qui habitabat in Gazer et plura talia. Et in secundo capitulo dicitur Iratusque
que est furor domini et ait quia irritum fecit gens ista pactum meum
quod pepigeram cum patribus eorum et vocem meam audire nolu
erunt et ego non delebo gentes quas dimisit Iosue et mortuus est ut
in ipsis experiar Israel utrum custodiant viam domini et ambulent in ea
sicut custodierunt patres eorum an non. Apparet quod permisit deus
istas gentes ad exercicium. Ex quo expresse accipitur per quod apparet
quod mali multi sunt permittendi inter bonos ad probacionem bonorum ut exercicium
secundum quod Apostolus 1o ad Corinthios xi. Oportet hereses esse ut qui probati sunt
manifesti fiant vel ut ipsi mali sic permissi probandam pacienciam
expectentur ad penitenciam aut ut penitentes thezaurisent sibi iram domini
in die furoris eius vel alia causa nota divine disposicionis. Unde
racio facta est ad propositum meum et oppositum eius. Probat enim quod boni
tollerant sepius malos quia filii Israel non deleverunt Iebuzeos
per quos secundum proponentem peccata vel peccatores intelliguntur sicut per
filios Israel boni. Item simili modo dicitur quod cum permittuntur in populo
ceci et claudi gibbi aut parvo naso et per que peccata ut exponunt doctores
signantur mali inter bonos sunt permittendi si cum pace salva cui non
possunt. Item eciam porcorum inter homines esse legitur Matthei viiio ubi
per porcos gentes crudeliter viventes intelligit et per homines racionabiles a
quibus demones id est peccata mortalia expelluntur et permittuntur a deo
intrare porcos hoc est vitam porcinam ducentes. ¶ Ad quintam de
contaminantibus dicitur Levitici 28 et Deutronomii 28o concedo eas et per hoc
concluditur quod deus precepit omnia mortalia prohibere sicut et prohibet ipsa
lex domini immaculata et ait propheta Vae sit homo qui interiora iudicat
quia homo videt ea que patent 1 Regum xvio capitulo. Nunc omnia exteriora
rectificat ipse defectum potencie executive. Item non potest ut deus de
lapidibus id est obstinatis suscitare filios Abrahe scilicet facere fideliter
credentes et sancte viventes. ¶ Ad sextum Deutronomii xxio dominus
dedit preceptum. Si genuerit homo etc. dicitur quod illud est verum ad literam
filius contumax nolens patris aut matris obedire precepto lapidabatur
secundum literam non accipit opponens quia non vult leges humanas
mortis supplicium inferre. Licet oppositum probatum sit glosatum non nego ymmo

v

reipio sicut quid dicat Origenes sup(er) leuit(icum) ca(pitulo) p(ri)ncipio 2 g(lossa) ca(pitulo) Comparans
inmittentem sensum sp(irit)uali (con)sulite et q(uod) qui l(itte)ram tenet et sensum l(itte)ralem
(con)inua(lem) Egiptius est (et) matrem huius (con)stitutio quia l(itte)ram sequitur s(ecundu)m p(ri)mum
Egiptium quia sensum carnalem Cum vero l(itte)ram tenet et sensum sp(irit)ualem
ex toto est (con)stituta ex matre ipse l(itte)ram ex patre ipsa ipse sp(irit)ualem sensum
Et quo Egiptius cadit quia l(itte)ra occidit sp(iritu)s viuificat (con)stituta stat hoc
totum dictum est ut pateat q(uod) s(crip)tura no(n) est intelligenda semp(er) s(ecundu)m sensum
sp(irit)ualem (con)inualem s(ed) s(ecundu)m sensum l(itte)ralem que p(ri)mo l(itte)ra intelligit sp(irit)us
stans et s(ecundu)m sensus mysticos placet ergo q(uod) filius (con)tumax puniebatur
quia (con)tumacia illius erat graue p(ec)c(a)t(u)m et ianua om(n)i(u)m maloru(m) ipse abiec
tionem discipline p(ro)pt(er) hoc morale inferendum est magna cura esse deb(et)
erit et hinc Gaudet Cumodi ut Juuenes sub iuga discipline arceant(ur)
ne magistri auctas sit remissa ut torpeat disciplina debet q(uod) p(er) loca tlib(us)
scolare ordo ut appareat auctor dei et timor virtutum honestas et feditas
viciorum p(ri)mum p(er) ea l(itte)ra docentur n(on) nego p(ec)c(a)ta publica esse punienda
si tamen assint p(ro)dicta videlicet ad puniendum iusticie s(ed) s(er)uando (con)uicto(rum) pax
salua cum aliis debitis circumstanciis Quod autem Jeremie 1o Ecce dedi
v(er)ba mea in ore tuo (et)c(etera) Concedo illam et q(uod) p(re)dicator l(ice)t euell(er)e dissipare
disp(er)de(re) et destruere v(er)bo p(re)dicacionis vicia plantare et edificare virtutes
S(ed) quia actus p(re)dicacionis est actus virtutis dig(it)i debet prudentia et debet
habere circumstancias certas ibi quid quis vbi quibus auxiliis cur quo
q(uan)do ne q(ue) ipsum iusticie moliatur scandalizet Quod autem Ysaye cap(itulo)
concedo simi(liter) et eciam autem Ezechielis 3 1o vbi dure (com)minatur pa
storibus qui quod infirmum fuit no(n) (con)solidauerunt (et)c(etera) ibi cum arguitur
negligencia pastoru(m) dum quod potuerunt sanare no(n) sanauerunt et infir
ma no(n) (con)fortauerunt (et)c(etera) Item abusus honore sibi adiusus (con)gressoru(m) sub
diuine maledicionis obtestacione p(ro)hibetur ¶ Quod iacobus de nouo
testamento Ad finam c(apitulo) xviijo scribitur Si peccauit in te fr(ater) tuus (et)c(etera)
(con)stam om(n)i(n)o concedo et est pro me sicut p(er) opponentem loquitur cum de
correctione fr(ater)na de qua confessum (est) in p(ri)ma conclusione sc(ilicet) p(ro)...
q(uod) est exercenda et quo visum est ibi ad illam de Ap(osto)lo (et) t(imoteu)m in(s)t(ruit) illa
concedo Tamen instruit thimotheum Ap(osto)lus in regimine p(re)lati tam in cor
reccione fr(ater)na q(ua)m p(ri)ua ad illam Ap(osto)lo thim(oteum) vo peccantem coram
omnibus (et)c(etera) dico q(uod) illa auctoritas intelligi de correctione p(re)lacia
s(ecundu)m quam p(re)l(atu)s iudex corripere subditum arguere castigare vel punire
publice de p(ec)c(at)o publico Quod tam(en) 1o Cor(inthios) 5o Omnino auditur int(er)
vos talis fornicacio (et)c(etera) dico illam autem esse (con)tra me nam (con)cessum
publica p(ec)c(at)a mortalia esse punienda modo ibi dicto et maxime
(con)tra multo scandalizant eciam et turbant ip(su)m quale erat p(ec)c(atu)m
Chorinthi de quo loquitur ap(osto)l(u)s quia habebat patris sui vxorem
vt textus h(abe)t et de lyra et dicit talis fornicacio nunquam licita fuit
Judicata et int(er) gentes Nam ab inicio mundi ait de lyra fuit h(oc)
exclusum tanquam illicitum ipse cum reuerencia naturalem que debet h(abe)re

ad patrem et matrem iste due persone a matrimonio semper fuerunt excluse tamquam
de dictamine legis naturalis Hunc ergo fornicatorem tam abhominabilem
coram Corinthiis puniuit apostolus quia autem habebat aduo et petrum
erat ita publicum et scandalosissimum nec ex hoc nullus scandalizabatur periculum
scismatis in ecclesia quod dedit corpus eius vexandum Sathane ut spiritus
eius saluus esset ad romanos 1o thessalo ultimo Corripite etc. Concedo eam
sine. loquitur enim apostolus de fraterna correptione ad auctem apostoli Ephesios
vi^o Et vos patres nolite ad iracundiam etc. Ista ratio est de disciplina
patrisfamilias et concedo eam penitus / nec probat conclusionem quod omnia peccata etc.
sunt punienda tam patres solum super liberos et familiam habeant regimen
yconomicum et super extraneos non et aliqua possibilia peccata sue familie suf-
ficienter punire non possunt Ad rationem ad 18^m^ cum scandalizauerit etc.
ibi dicitur quod illud intelligitur de scandalo in fide quod fit peccato infidelitatis
Item non tantum dixit dominus Qui scandalizauerit unum de pusillis istis
sed adiunxit qui in me credunt glosa quod intelligitur de scandalo acti-
uo generali et sic secundum Gregorium in pastorali et Nicolaum de Gorra sed
est cum sub sanctitatis specie verbo et exemplo ceteros destruit melius id est
minus malum esset ut eum sub exteriori habitu ad mortem terrena pena
constringeret quam propter officium in culpa ceteris imitabilem ostenderet quia si solus
caderet tollerabilior eum pena cruciaret Qui enim peccat in habitu reli-
gioso multos ledit malo exemplo et sic illud est de speciali peccato scilicet ypo-
crisis Ex quo non procedit ultra conclusio de compulsione peccatorum Cuius
conformiter innuit quod de speciali peccato hoc intelligatur Item dicit Si ad
correctionem scandalum vocat ne mireris multi enim pusillanimes ex eo
quod despiciuntur scandalizati sunt ad illud luce 19^o^ Et ingressus
in templum etc. Dico quod ista ratio est contra facientem apparet enim
quod dominus peccata sacerdotum per se ipsum punire voluit que erant in permu-
tatione et venditione columbarum hec enim fiebant ad utilitatem
eorum et ipsorum ordinatione propterea dicit Gregorius 6 18^o^ moralium
Veritas scriptura per semetipsum dominus ea nummulariorum fudit et kathedras
vendentium columbas euertit numquid signatis quia per ingressus quidam
indicans plebium vitam sed per semetipsum facta condemnat iniquorum
ut dictum fuit / non ergo per inferiores fideles prelati sunt puniendi per cohi-
bitionem pene nec per eos coram aliis reprehendendi ut dixit oppo-
nens nisi de peccatis infidelitatis scismatis aut male doctrine de
rebus vergentibus in detrimentum aliorum fidelium ad illam luce 17^o^
Dentibus autem non faciet etc. Dico quod illa non probat propositum suum quod a quolibet
fideli omnia peccata sunt corripienda cohibenda castiganda etc. sed quod
a deo quod concedo Ubi enim secundum Albertum in isto passu et etiam
Nicolaum de Gorra ostenditur potentia diuine septime iusticie ad iudicem
iniquum qui ut parabola habet vidue diu iustitiam distulat et adhuc non
amore iusticie sed causa molestie uitande tarde reddiderat non sic vero deus

sed faciet etc. et sic nihil concludit / ad illam i Johannis iii° Scitis quia
ille apparuit etc. dico cum Egidio de Roma in hoc passu quod tollere
peccatum triplex est primo diminuendo facta Joh. i° Ecce agnus
dei qui tollit peccata mundi / 2° adiuvando ne fiant / 3° non ducendo
ad mortem ubi omnino fieri non potest et in omnibus modis iste Christus tollit
peccata ex duobus primis modis apparet magis oppositum proponentis
quam propositum Ex tercio non arguitur ad propositum quia est de ecclesia
triumphante Item dico quod tollit peccata qui precium pro peccato humani generis
soluit in cruce Abstulit peccata quia legem immaculatam omne malum
prohibentem instituit / tamen manifestum est quod peccata aliqua permanserunt ma-
serunt enim peccata Iudeorum / remanserunt gentilium errores putantibus
Iudeis scandalum gentibus stulticiam ut dicit Apostolus i Cor. i°
Similem habet illud intellectum in hoc apparuit filius dei ut dissolvat opera
dyaboli Ad illam de epistola Jude Ecce venit dominus etc. dico quod istud al-
legatum loquitur de adventu domini ad iudicium in omnia mala tunc
punientur et hoc sonat quod adhortative subditur / hic quidem
arguitive illos vero salvate de igne rapientes hoc est eripientes
de igne inferni in quem sunt impenitentes et incorrigibiles iterum hoc
attingitur ex glosa debita in hoc passu Ad illam ii° Corinth. x° In promptu etc.
dico cum Petro de Tarantasia per modum sumarie dico quod illud ul-
cisci omnem inobedientiam facit distributionem pro generibus singulorum
ita ut in omni statu minorum scilicet maiorum aut mediocrium inobedientia
in promptu vindicetur aut in omni modo scilicet cordis oris et operis Sed
non habet opponens quod faciat distributionem pro singulis generum Ad illam ii°
Thimo. iii° Omnis scriptura divinitus etc. dico primo non quod hec racio
arguit de correpcione in verbo predicationis que fit per modum exhor-
tationis declamationis aut exprobrationis que communem modum cor-
reptionis fraterne excedat quia publice tamen ex caritate procedit aut pro-
cedere debet nec per eam puniuntur in speciali peccato nec proprie puniuntur
sed reprobantur et instruuntur auditores ut perfecti sint ad omne opus
bonum Secundo non quod loquitur indistincte de omni utilitate scripture divinitus
inspirate et sic habet glosa ordinaria cum dicit utilis ad docendum
nescientes ad arguendum id est convincendum de malo negligentes
ad corripiendum id est increpandum diuturnitatem in malo persistentes ad
erudiendum penitentes et insipientes discere nunc aliquid arguit hec op-
positio contra dicta Ad illam ad Thitum i° Oportet episcopum sine
crimine esse etc. Sunt enim multi vaniloqui seductores maxime qui
in circumcisione sunt etc. dico quod secundum glosam decreti dis. xxv° Nunc
autem crimen quadrupliciter accipitur primo non large pro omni delicto sive
mortali sive veniali sive ex deliberatione sive non sicut dicitur in

Catholice Nemo sine crimine vivit / Secundo modo stricte pro omni culpa sive mortali
sive veniali ex deliberatione procedente / Tercio modo strictius pro omni culpa
mortali que est criminalis aut civiliter infamia de hoc dicit textus Crimen
est querela id est peccatum accusatione et dampnatione dignum hoc
modo accipitur in textu allegato / Tytum 1° Oportet episcopum sine crimine
esse / quale autem sit declaratur dist. lxxxi c. Apostolus paulus Si quis
ait textus est sine crimine ut est homicidium adulterium et aliqua
inmundicia fornicationis furtum fraus sacrilegium / Quarto modo
sumitur strictissime prout est grave peccatum accusatione et dampnatione
dignissimum. Sumendo igitur 2° modo dico quod omne crimen est peccatum
mortale sed non econverso. sed solum mortale capitale dicitur crimen /
Doctores autem aliqui enumerant xi species talium scilicet peccatum infidelitatis
peccatum contra naturam. homicidium. crimen lese maiestatis. sacrilegium.
incestus Conspiracio adulterium falsum testimonium Symonia usura /
dicuntur autem ista esse capitalia quia secundum doctores ducunt ad decapi
tationem exilium vel aliam penam secundum leges civiles vel excommunicationem
deposicionem vel aliam penam secundum leges canonicas Unde sanctus
Thomas 2a 2e q. 108 ar° tercio recitat secundum Augustinum sequentem
Tullium octo species penales quas infligere solet lex Civilis scilicet
mors verbera Talio servitus vincula exilium dampnum ignominia et
accipiuntur iste octo pene secundum octo que homo maxime diligit in
hoc quod quelibet pena est alicuius horum privativa Illa octo sunt Vita
Iocunditas Integritas libertas expedita operatio patria bona tempora
lia fama / Mors est contra vitam / verbera contra iocunditatem
Talio puta oculum pedem etc. contra integritatem. servitus contra libertatem
vincula contra expeditam operationem. exilium contra patriam. dampnum
contra temporalia bona. ignominia contra famam / Sex vero assignantur
genere pene Iuris Canonici. suspensio. excommunicacio. deposicio. interdictio. car
ceratio verberatio pro hiis que per digressionem dicta sunt / dico igitur ad
propositum quod auctoritas Apostoli vera est Oportet episcopum sine crimine esse su
mendo crimen tercio modo quantum ad illud Sunt enim multi inobe
dientes etc. dico quod textus solum scripturam / crimen enim seductionis et sub
versionis est valde maxime et grave si sit in fide / Unde non est necesse
in talibus secretam monitionem precedere sed si periculum est in mora proceditur
ad denunciationem coram superiori et ubi iminet cito periculum ut dictum
est palam arguendum quo ad talia coram omnibus quia omnes tangit et
maxime in crimine infidelitatis ex quo qui erat superior desinit quo
ad hoc esse superior de iste loquitur Apostolus Verum ad hunc solum
loquitur ibi Tyto episcopo cui ex officio incumbit Sic ergo non de omni
crimine nec omni homine loquitur allegata racio ad Rom. xiii° Si
malum feceris time Non enim principes sine causa gladium portant et 1 petri 2°

Subiecti estote omni humane creature propter deum siue regi quasi precellenti / d q a
c m / Ad Hebreos xii° Quem enim filius quem non corripit pater etc. Concedo
istas omnes duas partes loquuntur de punicione iusticie ab homine ut dei iusticia
Tercia de ipsa diuina iusticia qua nunc ut pater filios castigat Veram iuxta
Ephesios primo xlii° Contra directionis negat regnum tuum Secundo quod non allegat
sacri dicuntur quod per hoc quod dominus eiecit demonia et quod concessit disci-
pulis facere signa etc. hec ergo concedo sed est ad oppositum et non ad propositum
proponentis quia non omnia demonia discipuli eicere nec eicere potuerunt
Sed Mat xvii° et Marci ix° vbi apparet quod discipuli demonia lunatici
non potuerunt eicere Veram et dominus dicit quod hoc genus demoniorum non eicitur
nisi in oracione et ieiunio per quod iuxta multos doctores signatur peccatum
luxurie quod tenere sine oracione et ieiunio uel moderata abstinencia
difficile compescitur Et quia pluris quidem pro magna parte non instat oracioni
et ieiunio et hec vtor homo cognoscat et non punit simplex meretricium
sed tolleat ad maius malum euitandum Ad racionem de praxi sedes
apostoli et puniuit Petrus Ad istam de praxi Christi qui durius clerum et alios
arguit Dico quod Christus clerum arguebat propter crimen infidelitatis quia legem
veritatis intelligere nolebat Vnde prostrauit Paulum et cecauit quia
persecutor erat veritatis Et crimen pro crimine infidelitatis quilibet possit superiorem
qui scilicet sunt superior arguere publice ubi tale periculum imminet quod non
patitur dilacionem non tamen pro peccatis personalibus publice punire per iudicium
iusticie et auctoritatis licet possit sine correpcione secrete arguere superiori si
opus est denunciando Dico ultra quod non omnia opera Christi imitari tenemur
ut declarat Alex. de Hall in 3° Sunt namque tria genera operum Christi quedam
potencie ut miracula quedam sapiencie ut institucio euangelice legis et similia
quedam bonitatis et hec duplicia sunt quedam pietatis quedam bonitatis
punitiue In operibus potencie non vult deus imitari a nobis ymmo angelus
in hoc quod potenciam diuinam imitari voluit peccauit sic in sodomis Item in hoc
Adam peccauit In ceteris vero vult quidem ad opera pietatis Luce 6° Estote
misericordes sicut et pater vester misericors est non autem quo ad opera iusticie
punitiue nisi quibus commissa est auctoritas a lege uel inspiracione probata
per sacram scripturam uel miracula Racio autem dicitur quia nisi huius auctoritatem decet
exercere actus iusticie quia gubernacio est opus dei Secundo illi soli competit
gubernare cui deus commisit Hec autem tamen per legem aut voluntatem per reve-
lacionem conuenit quilibet Summa ergo religionis est imitari quem colimus scilicet
Christum ut dicit Augustinus quo ad opera bonitatis et pietatis quo ad omnes sed iusticie
quo ad habentes auctoritatem In hoc quod allegat apponens Christum puniuisse per
temporalium subtraccionem aliquos nescio ad quem finem hoc facit Si per hoc
inducere vellet quod principes possent temporalia subtrahere ab ecclesiasticis
male illis utentibus hoc omnino est insustinibile quia nullam habent iurisdiccionem

in illos ut supra dictum est et pulchre declarabit Reuerendus doctor de ista materia responsurus. Si quod superior potest subditum suum per subtractionem temporalium bonorum mediatum punire hoc concedo. Concedo quod Christus exprobrauit incredulitatem discipulorum et duriciam cordis. Concedo eciam quod angelus non percussit sed tradidit vinculis eternis etc. Vt dicit Iudas apostolus in canonica sua. Praxim apostolorum in punicione peccatorum concedo ut fuit allegata de petro Actuum v° et paulo actuum xiii° de Elima mago a paulo cecato. peccata autem ista que punierunt aut punienda declarauerunt quod dato tempore punicionis Ananie et Zaphire sicut multos erant grauia et scandalosa ut patet in luce praxim Iohannis baptiste in reprobacione peccatorum per viam predicacionis et exhortacionis. Sed ex hoc non concluditur omnia peccata mortalia publica esse punienda nec omnia punierunt. Nam erant multi pseudo apostoli tempore pauli nec legimus per eum aut per alium apostolum esse punitos. Galathe inscusati non leguntur fuisse puniti per apostolum pena iusticie sed tamen per predicacionem correpti. Ad Galathas iii° Certum fuit murmur grecorum aduersus iudeos quod vidue eorum despiciebantur in cottidiano beneficio et misterio. Actuum vi°. Nec illud legitur punitum et facile multa similia reperiuntur impunita tempore periculi scismatis in ecclesia aut alia occulta nobis cum iusta racione. Quod ad praxim punitiue ecclesie allegat quod communitas corinthiorum cum spiritu apostoli tradidit Corinthium Sathane in interitum carnis. Et hoc arguens quod populus possit peccata publica punire. Dico quod ex serie textus non habetur quod communitas corinthiorum hoc fecit sed apostolus. Nam dicitur sic: Ego quidem absens corpore presens spiritu iudicaui ut presens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Ihesu Christi congregatis vobis in eo spiritu in virtute domini ihesu tradere huiusmodi hominem Sathane. Textus dicit iudicaui et non communicauimus. Et Nicolaus de lyra dicit: Ego quidem habens scilicet auctoritatem a domino super vos. Vbi patet quod ipse qui habebat auctoritatem iudicauit. Postea punicio malorum presbiterorum de qua Daniel xiii° ostensa et sinata est per danielem auctoritate sibi a deo data. Nam ibi dicitur: Suscitauit deus spiritum pueri iunioris cui nomen Daniel. Execucio autem per populum et in veteri lege multas execuciones per populum legimus in specialibus casibus ut in crimine ydolatrie leuitici xx° deuteronomii xiii° et xvii° et in blasphemia dei leuitici xxiiii° Numeri xxv° pro violacione Sabbati in colligente ligna illo die. Numeri xv° pro inobediencia contumacia filiorum ad parentes Deut° xxi° pro violacione virginis desponsate Deut° xxii° hanc execucionem faciebat populus. Sed auctoritate legis et iudicium sinagoge secundum legem Ita dicit de lyra super illo Deut° xiii°. Statim malefactores cum inuenit dampnatus fuit per iudices et iudicatum. Allegat quod populus iudeorum ab alienigenis etc. Concedo hoc. Si non eciam hoc fecerunt super peccato alienigene

Nam in subtractione ista duo considero actionem et intentionem criminantium
Aliquid enim ut dicit Alex. in summa interdum est a deo excitatum sicut criminatio et
intentio criminantis. Aliquid a deo actio excitatum et non intentio. Dicta actio
bona est quia a deo volita sed intentio mala quia odio vel ira aut
alia mala passione excitata. Aliquid siquidem punitur peccatum per scientes
aliquid per nescientes. Exemplum de secundis ut plurimum indecore fuit punitum
per Sennacherib Isaie x° Ve Assur virga furoris mei et per Nabuchodono-
nosor iiii Regum ultimo et alibi per Anthiochum Mach. primo. Exemplum de primis ut
quod peccatum amorreorum fuit punitum per filios Israel. Isti enim sciebant se a deo
punire peccatum harum nacionum. Sed Assirii et rex Babilonie etc. etsi punirent
nesciebant se ex divino precepto punire. Nam filii Israel movebantur a deo
quo ad punitionem et intentionem punitionis quia hoc faciebant ex divino
mandato accepto et ut voluntatem domini implerent. Sed alienigene Assirii
et ceteri utique domino movente subiugebant populum Israel sed non ut implerent domini
voluntatem immo ex odio cupiditate aut alia mala intentione hoc faci-
ebant. Secundo peccabant. Secundo quod plures vel civitates non habent usum iuris
gladii puniendo criminaliter peccarent ita nisi super hoc acciperet a domino
mandatum speciale et hoc probaret facta scriptura aut miraculo ut sibi
esset credendum. ¶ Ad auctoritates sanctorum. Ad primam Augustini super epistolam
Iohannis et xxiii q. v. Non putes. Respondeo cum glossa quod istud intelligitur
de illis qui habent aliquam potestatem super alios vel de canonica denunci-
acione ad quam libet quilibet tenetur per canonicam denunciacionem intelligat
glossa fraternam correptionem. De multis vero modis habendi potestatem habetur super
xxiii q. iiii c. Duo ista ut esset episcopus contra plebem suam pauperi regenti
domum suam diviti regenti familiam suam marito contra coniugem suam
patri contra plebem iudici contra provinciam Regi contra gentem suam. Ad illam
de Augustino Non vos indicetis malivolos de qua v° q. v. Dico cum
glossa quod textus ille de denunciacione loquitur et de secreta correctione
et est argumentum quod quilibet tenetur ad denunciacionem de quo xxiii q.
v. Non putes. Ista sunt verba glose intelligo autem denunciacionem hic
admonitionem fraternam ad quam quilibet tenetur pro loco tempore et aliis circum-
stanciis aut denunciacionem testibus factam aut ecclesie si secreta non sufficit
monitio. Ad illam Augustini in sermone de verbo centurionis dico
quod Augustinus ostendit magnitudinem mali eorum qui impune peccant. Nam
peccatum est pena magna peccantis et quia exemplariter assumunt sibi ausum
peccandi tamen quia de duobus malis minus malum ad vitandum maius
tollatur. Est maius malum est malum totius quam partis permittitur malum
in parte ne sit malum in toto. Secundo ad vitandum scisma in ecclesia aut

turbatione boni communis aliqua manet ab homine impunita Ad illam Augustini
Si ea de quibus vehementer deus offenditur etc xxiii° q. iiiita dico
quod illud capitulum loquitur de punitione potestatis iudicialis et verum est
cum iudex differt iudicare et punire ea unde deus vehementer leditur
Nota quod vehementer designat gravitatem peccati salva iurisdictione et co-
ercione hoc facere possit Si patiam provocat sed non si ipsis salvis puniri
non possit Ad illam Augustini ad Eusegonum dico quod est vera in istis turbu-
lentiam generantibus iurisdictionem communitatem et pacem seu unitatem ecclesie dei
rei publice salva Ad illam secundum ... Regum q v Regum ubi dicitur Regum
christianorum etc Ista auctoritas vera est sed arguit ab insufficienti Assumit enim
auctoritas quod officium Regum christianorum est facere iudicium et iusticiam Sed in
foro suo tantum quod casus ubi invocatur ut liberare vi oppressos de manu ca-
lumpniatorum peregrino pupillo et vidue prebere auxilium Isti sunt casus prius
Concedo quod in istis et in omnibus sue legi subiectis poterunt facere iudicium sed
ex hoc concludit quod omnia peccata debet punire si sint mortalia publica et hoc
insufficienter tamen quia lex humana non prohibet omnia tamen quia homo
legem divinam omnia prohibentem mortalia non sufficiunt per executionem
demandare omnia sed puniendo penaliter ut dictum est Deficit autem
argumentum quia ex hoc quod divina lex omnia mortalia prohibet videtur
concludere quod ergo omnia in hoc seculo penaliter puniat quod non concedo
Sed quia Ecclesiastici non subduntur potestati seculari quo ad personas secundum etc
Ad illam secundum in libro iudicum Tradimur aut peccatores etc Illam
concedo nec video quid est ad propositum Ad illam secundum in prologo
Biblie Sancta rusticitas etc Ista auctoritas intelligitur de resistendo contra
impugnatores fidei maxime Nam hoc modo potissime contra impugnatores
et de resistencia in competente puta orando corripiendo arguendo
publice fidei persuadens si et quid opus est cum aliis circumstantiis re-
quisitis Bonum autem opus fit uno modo malum autem multifarie Quod
vero de talibus intelligatur patet manifeste Ex serie verborum illius capituli
Ad illam auctoritatem Gregorii in Registro Regine Francorum Cum septud
sit constitutio [?] decuat gentem etc hic dico quod in allegatione aperuit op-
ponens mentem suam manifestius quam in articulo suo aut sermone
Correlario Nam per hoc videtur sentire quod principes seculares ha-
beant auctoritatem puniendi peccata publica sacerdotum et quod debeant hoc
facere ne deus extentam ad feriendum exerceat manum Hoc autem
oppositum est esse [?] supra in sermone Correlario etc conclusionis tertio puncto
Dico igitur quod auctoritas Gregorii intelligitur de correctione competente
sue iurisdictioni puta si sacerdotes sint publice mali ut Regina
suis subditis prohibeat ne in peccatis sacerdotum dent auxilium

aut fauorem ut formas cum quibus impudice peccant Sicut alias sonat auctoritas
presbiteri de suis dominis aut alio modo non aut in personas sacerdotum aut
ecclesiasticorum quemcumque actum iurisdictionis extendo aut intelligitur de
correctione fraterna / dum dicit de correctione sceleris studiosissime
cogitare ¶ ad illam Gregorius ad Constanciam reginam Gallie Et quia
similiter etc dico quod hoc quod de iusticia firmanda accipitur allegatur
ad casum particularem puta quod quidam predones villas ecclesie episcopi fu-
riam spoliauerunt et nocturnis incendiis cremauerunt petit igitur Gregorius
papa ut emunitas violata presumptores et sacrilegorum sicut auctoritate
ecclesiastica ita regia dignitate talem finem accipiat ne filii nequam
et membra dyaboli tali decreto presumant attemptare ¶ ad illam Gregorius
in registro Dum septimus etc dico quod illa loquitur de executione
sine ecclesiastice regem monendo ut illam exequatur aut iudicibus
ecclesiasticis assistat dicit enim virum amputari finibus faciat Quod
cetera vicia sacerdotum et symoniacam prauitatem iam scilicet dampnata a
ut septimus per episcopos dampnanda et arguenda illa a viris am-
putari finibus faciat ¶ ad illam Gregorius Brunichyl de regine fran-
corum Si quos igitur etc Concedo illam sed accipiendum ut hoc
iuste fiat verum non sufficit iustam rem facere sed iuste dicente
scriptura deuteronomio xvi° Quod iustum est iuste exequeris puta ut
sit iustus ordo iusta causa iustus animus Si iustus ordo non esset
nisi in subditos et delinquentes conuictos in illos Contrario iustitie
fieret propter scelerum ubi magna populorum strages imminet parcendo
multitudini esset seueritati detrahendum ut dicit Augustinus Bonifacio
et habetur xxiii q iiii ta Ipsa pietas Et hoc est quod dictum est primus
quod crimina punienda sunt que salua pace ecclesie fieri possit ut dicit
beatus Augustinus in 2° et iii° libro contra epistolam parmeniani et contra
ffaustum ut habetur xxiii q iiii ta Quid faciet ubi dicitur Ecce quod
crimina sunt punienda que salua pace ecclesie fieri possunt In quo tamen
discretio est adhibenda Aliquando cum delinquencium multitudo diu
per patientiam est expectanda Aliquando in paucis est punienda ut eorum
exemplo ceteri terreantur Ad auctorem Cristi in opere imperfecto super
illo capitulo vi° Si oculus tuus scandalizat te etc dico quod illa
manifeste loquitur de correctione fraterna / et sic illam concedo /
Ad illam Crisostomi super epistolam mathei omelia xxxv° Cum irascitur fratri suo etc
hoc intelligendum est etc illa non est ad propositum illa enim respicit eum
patientiam seruatorem quam ut nequiter vicia seruat negligentia innutrit

bonos invitat ad malum non tamen dico ego ut per se agens sed ut remonens
prohibens impotes quoniam iram per zelum que causa est correctionis iustitie
extendere remonet. Verum est tamen quod beatus Iohannes in omelia super d.
ex sua thome super art. vo allegatum sit ait Omnis qui irascitur
fratri suo in quibusdam codicibus additur sine causa. Ceterum in vere
diffinita sua est ut ira penitus tollatur scriptura dicente qui ira-
scitur fratri suo reus erit iudicio. Si enim iubemur alii verberanti
alteram prebere maxillam et inimicos nostros amare et orare pro persequentibus
omnis ire occasio tollitur. addendum est sine causa quia ira viri in-
stitiam dei non operatur. Hec ille. possem dicere quod beatus Iohannes non dam-
nat omnem iram cum aliqua sit iusta sicut que est per zelum sicut
scriptum est Ioh. vo Zelus domus tue comedit me sed tamquam consilium
suadet omnem iram de corde expellere. Ad illam in opere imperfecto super
illo art. iiiio Vade retro Sathana etc. Et respondetur etc. dico quod vera
est et intelligitur quod unusquisque non sibi quemcumque iniurias dei et
offensas hoc est peccata mortalia et maxime que sunt in deum directe
corrigat nec patiatur multa ut principes per inflictionem pene ex iudi-
cio superiores subditi per correctionem fraternam et ista vera sunt modo
tacto in positione. Ad illam xxiii. de qua epm q. v. Principes seculi
dicit glo. sic quod hec quatuor capitula ad hoc inducuntur ut principes
ecclesiam defendant et reos non permittant vivere. ut tamen ex isto ca.
aut aliis sequentibus per infra quod principes in personas ecclesiasticas
habeant exercere iudicium nisi in casibus qui in glo. exprimuntur et
adhuc non per illud nisi ex ordinatione ecclesie et concessione speciali in
subsidium ecclesiastice iurisdictionis. Primus cum sint incorrigibiles
de quo xxxii di. Eos qui sibi enim dicitur quod si diaconi post
susceptum ordinem voluerint vacare uxoribus a sacro ordine remo-
veantur. id est removendi iudicantur intelligendo hoc quo ad mi-
nistrationem quia caracther est indelebilis officio atque beneficio care-
re debent. Et si ab episcopo commoniti non se correxerint principibus
indulgemus licentiam ut eorum feminas mancipent servituti. Ex
textu patet quod non datur licentia ut in personam diaconi iurisdictio secularis
exerceatur vel per monitionem episcopi sed in feminam eius. Et adhuc
dicit glo. quod hoc est verum cum episcopus eam corripere non potuit
aut sufficere iram suam dei eas in servitutem redigere si potest. Si si
non sufficit tunc utitur brachium seculare et secundum glo. per principes
talis femine dicitur exercere brachium seculare iudicium in ecclesia quod
ex quo illa est de familia sacerdotis vel diaconi per dictum mgr. glo.

q est de foro eccle sicut et alij qui sunt de familia eius ut 13 89
dis. iudicatum et 13 q ij. Tercium suos vel eos censetur tuus fe-
mina de foro eccle quia ratione delicti fit quis de foro alterius
ut vj q iij placuit. de istis incorrigibilibus dicitur hoc 13 23 q ij de li-
guribus 29 casus propter ambitionem ut 19 d. Si quis pecuniam (loquitur
de intruso in papatu pecunia aut gratia humana ut populari aut
militari tumultu lectum est inquit capitulum humano auxilio a
sede apostolica pelle. Tercius casus est cum fidem moliuntur ecclesiastica
plure ut 11 d. Pec licitum ubi in fine dicitur de obstinatis et con-
tumacibus eos ab eisdem apostolicis sedibus aut alteraliter ad salutem quocumque
modo necesse est aut ne aliorum perditio esse possint secundum canones per
seculares potestates. de hoc dictum est supra. Quartus casus cum
clericus est falsarius ut ex de crimine falsi ad falsarios. Quintus
cum ecclesiastica sacra faciunt et contempnunt excommunicationem
ut hic xxiij q v de lugubribus. Sextus ubi ecclesiastica potestas
deficit ut in puta tales principes. Septimus casum de tributis
fisco ex illos et alios si sunt aliqui a iure determinata in iuris-
dictionibus hic laycus in eleccione hoc est in persona dicta et quod hz in
iste est auctas et in subsidium ecclesiastice iurisdictionis ut dictum est.
Ad illam de ambit. xxxij q i. Cum scandalum. Concedo illam
nec facit ad propositum ostendit quod in iustificatione impij dum culpa
recedit advenit gratia et ceterum in professione. Ad auctoritatem canonum
ad primam pelagij apostolice auctoritate xxiij q iij. Ista est magis
contra opponentem quam pro eo verum si exemplo apostolice auctoritate puta
pauli tradendi sunt Sathane id est excaudi peccantes sequitur
quod non nisi huius audem sicut ille habebat super corinthios nec nisi
pro crimine scandalozante ut erat illud facinus Corinthi qui tenebat
uxorem patris aut aliud genere alterius aut pluribus nocivum deest
ferire iudicium pene et sit non pro quolibet peccato mortali et publico
nec quibus per se iusticiam punire contra eum. Ad illam de leone
papa arbitrio ex. iiijta q iij d. dico quod illud capitulum intelligitur
de tollerancia conversationis quorundam catholicorum cum hereticis
Tollerare cum hic genere peccatum est quia nullum maius infec-
tivum arbitror et contagiosum peccatum quam heretica pravitate
Unde sacerdotes vel episcopi in illo casu tacentes cum tamen inno-
tescat canes muti dicendi sunt nolentes latrare cum
lupi rapaces gregem invadunt. Vnde eis dicitur per illud
tunc ysa. xxijo Quid tu hic aut quasi quis hic ego te faciam

assortari sicut gallus gallinacius ¶ Ad illam Leonis Rustico Narbonensi
episcopo etc. dico quod hoc dicit quia non amore vindicte sed iustitie non odio persone
sed vicii correctio est facienda Et hoc dixi sepius in secundo puncto
et non aliquid concludit quod omnia peccata sunt punienda ¶ Ad illam xxiij q.
iiij° Administratores etc. dico quod loquitur de peccatis aliis nocentibus
ut patet quia dicit de raptoribus nocentibus pupillis et viduis et
quod querimonias audiant earum et punitione illorum Ex hoc arguitur
ab insufficienti ad ergo omnia publica mortalia peccata sunt punienda
quia multa sunt que ducere et propter aliis non est facile totam
multitudinem ab illis abstinere et prohibicio talium cum punitione pe-
nali confusionem faceret in policia aut scisma in ecclesia aut aliud
grande periculum vel peccatum sicut dictum est ¶ Ad auctoritates conciliorum
¶ Ad illam de concilio apostolorum dico quod a quatuor prohibuerunt abstinere
fideles scilicet ab immolatis ydolorum sanguine suffocato et fornicatione
placet ergo michi quod omnia peccata mortalia sunt divina lege prohibita
verum hoc in prima parte conclusionis primi puncti dictum est sed non sequitur
quod ideo sint omnia per homines punienda ¶ Ad illam ex concilio
Turonensi Incestuosi parricide etc. Illud capitulum loquitur de ali-
quibus gravibus peccatis puniendis afflictione pene quia actores
illorum moniti ecclesie noluerunt obedire ex qua particulari nullo modo
potest concludi ulterius omnia peccata publica sunt punienda per cohibitionem
pene ¶ Ad illam autem ij° paralipomenon xxxiiij° qualiter iusto Co-
silio etc. dico quod apparentiam ad plenandum universalem omnia peccata etc.
non habet opponens nisi ex illo textu destruxerunt altaria que erant
in Jerusalem atque universa in quibus ydolis adolebatur incensum
Subiunxit etc. Tamen ille textus solum loquitur de destructione ydo-
latrie et omnium ad eam pertinentium ex qua particulari destructione male
potest concludi omnium peccatorum destructio ¶ Ad illam ij paralipomenon 34° quod
Josias convocatis omnibus etc. dico quod apparentiam accepit opponens
ex illo Abstulit ergo Josias cunctas abhominationes de omnibus re-
gionibus filiorum Israel Ad quam dico quod scriptura non dixit omnia peccata
sed cunctas abhominationes per quas peccata ydolatrie intelliguntur in multis
passibus scripture Et hoc etiam videtur sonare textus sequens cum
subditur Et fecit eos qui residui fuerant in Israel servi[illegible] Regum xxiij°
Tamen si per abhominationes intelliguntur peccata mortalia dicendum videtur
quod sit distributio accommoda puta quod maiora peccata abstulit vel distri-
butio pro generibus singulorum tunc magister sententiarum in prima solutione quod magis
consonat textui et glosa dextera ¶ Ad illa que contra praedictam conclusionem
seu articuli dicuntur apparet quod de correptione fraterna assumuntur
et specialiter auctoritas Augustini libro j° contra [illegible] dico quod loquitur quod
persequenda sunt vitia amore iustitie non libidine vindicte ita ut vitia

quia xpo inimica puniantur non homini et sic arguit de modo puniendi non de pu-
nitione. Unde ex modo infert aliam mutat quale in quid et fit fallacia in
declaratione dictionis. Quod bene notandum. Item proponens deduxit quod
unicuique congruat corripere peccata mortalia publica. Nam dicit quod predicatoribus
predicando, contemplativis orando vel aliter exercendo, secularibus principibus
aut iudicibus secundum potestatem coactivam confugiendo iuxta legem evangelicam
convenit corrigere. Et quod omittens iuxta suum officium peccat in proximo et
quantum in quo hec non sunt vera. consilium est nisi vellet singulis singula
referre. Ita ut cum loquitur de potestate iudiciaria intelligat respectu suorum
subditorum. si de fraterna correctione intelligetur. correctio aliud esset sicut mo-
stratum est. Ad rationes primi corollarii. Concedo rationem que probat quod
peccata mortalia publica etc. non sunt fovenda aut defendenda. Hec fuit prima
pars corollarii. Ad rationes arguentes contra secundam partem quod per rationes spiri-
tuales et seculares ex eorum officio modis ipsis congruentibus in quantitatibus
variorum et quorum statu eorum sunt cohibenda corripienda castiganda et pro
posse ab eis pellenda. Contra primam dominus omnium rex regum deus omnipotens
hoc fecit et hominibus iniungit faciendum ut patet ex discursu veteris et novi te-
stamenti. Ergo et reges id facere debent. Dico quod non omnia peccata mortalia publica dominus
punivit in lege veteri nec omnia in lege nova sicut late deductum fuit in
conclusione primi puncti. sed nec omnia punienda in lege nova mandavit. Immo
dixit Luce vi^o Estote misericordes sicut et pater vester celestis misericors est. Dixit enim
Matthei xviii^o Cum quereret Petrus quotiens fratri in eum peccanti esset par-
cendum etc. Non dico tibi usque septies sed usque septuagesies septies. Et iterum
ibi. Nonne oportet et te misereri conservi tui sicut et ego tui misertus sum.
Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quo adusque redderet universum
debitum. Sic inquit salvator et pater meus faciet vobis si non remiseritis
unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Dixit et apostolus ad Ephesios iiii^to
Estote invicem benigni misericordes donantes invicem sicut et deus in
xpo donavit vobis. Et Petrus i Petri iii^o In fide autem unanimes compa-
cientes fraternitatis amatores misericordes modesti humiles non redden-
tes malum pro malo nec maledictum pro maledicto sed econtrario benedicentes.
Proponens allegat quod dominus punivit superbiam in lucifero et quibusdam
avaritiam in Achor, Giezi, personis etc. etc. que ad longum non recito quod
concedo. sed tamen argumentum suum deficit quia arguit ab insufficienti
vero cum sequitur punivit peccata in istis vel aliis ergo in omnibus. Sequitur iudi-
cia sua sunt abyssus multa et alta profunditas et quis inveniet eam.
Quendam utitur dure corripuit ut non solum homines peccantes sed et irra-
cionabilia propter eos punivit ut patet in Thamar Jericho et alibi Amale-
chitarum in pecunia Symonis magi in possessionibus Egyptiorum.
Et hec sicut apparuit nobis Alexander doctor irrefragabilis triplici de causa

sic racione sacramenti racione detestacionis peccati et racione flagelli racione sacramenti
Achan in Jericho Josue vi° et alia Amalechitarum i° Regum xv° puniuntur
Nam Jericho interpretatur luna et significat mundum cuius anathema dampnatur
cuius Achan in Jericho anathematizantur Amalechite qui interpretantur
lingientes significant carnales desideriorum voluptates que debent
mortificari quod denotatur in interfectione animalium Amalechitarum
racione detestacionis peccati pecunia Symonis magi dampnata est propter
peccatum suum Actuum viii° racione flagelli possessiones Egiptiorum
tradite sunt grandini Exo ix° ut in illis puniantur et flagellentur
in quorum amore super modum delectabantur Quedam ita peperit ut
duxit natos in stuprum dum non contenta fuit sua clemencia cum
filioribus parcere sed oravit pro eis Videtis mirabilem divine dispositionis
sciam et archanam inscrutabilem consonantiam ut non possimus ad eum
unde non dicitur sumi argumentum pro punicione ab homine ex punicione
dei potius est sumendum exemplum compescendi aut corripiendi in
spiritu lenitatis ex benignitate christo dicente Discite a me quia mitis
sum et humilis corde et invenietis requiem animabus vestris Et propheta
Johel peccatores vocante cum dicit Convertimini ad dominum deum vestrum quia be-
nignus et misericors est paciens et multe misericordie et prestabilis super ma-
licia Joel ii° et cognoscite quam amarum est vos dereliquisse deum vestrum
derelinquentes fontem aque vive et fodientes sibi cisternas dissipatas
in nimio rigore scilicet punicionis que non valent continere Jeremie ii°
aquas scilicet misericordie Ad illam de Fabiano papa in c. prima deus ergo
ad hoc preordinavit vos etc. dico quod illud capitulum loquitur de pena
infligenda contra facientes calumpniam sacerdotibus et vim eis infe-
rentibus quod patet primo ex rubrica patet eciam ex continuacione Nam
in fine capituli precedentis dicitur dum crucifigunt qui eum domesticis sacer-
dotibus persequuntur quia crux a cruciatu dicitur magnum autem cruciatum
sustinet qui vim patitur patet 3° ex fine capituli quod opponentes
subticent Nam post hec dicat illum vero qui calumpniam vel obprobrium
facit abscidatis sequitur quod tacitum fuit et dico in suis sacerdotibus opere
fecit hoc autem totum concedo et est contra opponentem qui dicit videtur aperte
pro seculares sacerdotes esse puniendos Ad illam nisi in sexta civitate
Xanctorum etc. dico quod ista racio deficit si tendat ad hoc quod fornicacio
simplex et omnia mortalia non solum sua aut generali correctione predica-
cionis sunt punienda corripienda sed aliter per seculares potestates cohercenda et
omnino punienda aut expellenda de civitatibus Xanctorum Ista autem racio
deficit in duobus primo in hoc quod non distinguit inter prohibicionem
et punicionem et tamen magna est distinctio facienda cum lex dei prohibeat omne

mortale nec tamen in hoc seculo deus punit omne mortale aut publicatur
omnium est. Nam arguit paulum omnes fornicatores prohibuisse et ex hoc
concludit quod omnes sunt puniende. Secundo deficit in hoc quod non distinguit
species peccatorum in uno genere aut ad genera quia exprimendo fornicationis
Corinthi vult arguere fornicationis omnis punitionem quod tamen non debet
quia illa quam punit non fuit simplex fornicatio immo fuit incestus
et aliquo contra naturam id est contra naturalem reverentiam que debetur
patri et ex hoc uxori eius que est cum illo una caro. Si tendat eo
quod fornicatio et alia mortalia sunt correctione fraterna corripienda non
nego immo contrarium expressit ad quod sint fovenda. Sed dico quod est tollendum
sine [illegible] et permittendum iuxta causas ante memoratas. Placet insuper
[illegible] quod omnia mortalia sunt spiritu sancto dictante prohibita. Sed concilium
apostolorum Actuum xv° Non omnia prohibuit sed tamen quatuor scilicet ab ydolatria
suffocato sanguine et fornicatione. Illa vero clausula et ea que nobis
fieri non vultis ne feceritis non est de canone seu textu nec est apparentia
quod esse debeat quia est unum principium legis nature omnibus utentibus
ratione notum. Talia vero non cadunt sub concilio si tamen omnia mortalia
prohibuisset. Non ideo essent hec omnia penaliter punienda sed in tribunali
et in foro adequato divine iustitie puta in extremo iudicio et in foro
conscientie de omnibus mortalibus occurrentibus memorie. Ad rationes
secundi corollarii additas [illegible] que nititur probare quod communitates
habeant punire peccata. Primo ad primam de communitate Chorinthiorum as-
sumit quod puniunt Corinthum dico quod non puniunt [illegible] sed paulus
Et quia ut dictum est dicit iudicavi huiusmodi hominem etc. Vero dicit iudi-
cavi nec iudicastis est verum quod hic fecit [illegible] congregat cum suo
spiritu in vinculo fidei et caritatis et ad sententiam quod si aliquis contende-
ret quod illa iudicavit tunc dicetur quod fuit cum paulo aut auctoritate
eius. Nam dicit Congregatis vobis et meo spiritu. Et allegat Corri-
pite inquietos de Tessalonicensibus intelligitur de institutione ex-
hortatoria prelatorum et non communitatis eorum. Mox enim tamen eos de obe-
dientia et sustentatione prelatorum doceat ut dicit petrus de tharentasia
et specialiter [illegible] curiosorum et girovagorum. Ideo dicit inquietos id est instructio
Corinthios autem quia sufferebant pseudo apostolos quos insipientes dicit
eo quod in tantum gloriabantur reprehendit et hoc est speciale [illegible] petri con-
[illegible] scilicet verorum predicatorum tollerare. Non tamen concluditur quod illi mali
sunt tollendi ex isto. Ad illam ambrosii xxiii° q. v. Remittuntur dicitur
puniuntur peccata per homines etc. dictum supra de hac materia satis. Ad primam
tamen dico quod si puniret communitas deo ad punitionem eius et [illegible] movente

non peccaret sic cum habet auctem Et si puniret deo ad actum punitor moueter
et non ad intencionem peccaret Quia licet huiusmodi punicionis actio esset bona non
tamen intencio punientis Ex quibus patet quod quitas posset aliqua peccata punire
ex auctoritate non tamen proprio posset punire peccata clericorum cum non sint ei subditi
ut palam factum est nisi a deo uel ecclesia super hoc acciperent expressam potestatem
et tunc fieret auctoritate dei uel ecclesie et magis deus uel ecclesia hoc faceret
Ad illam de Anacleto papa xxiiij q iij Tam sacerdotes quam reliqui etc
dico quod illud capitulum intelligitur de correpcione fraterna quo ad omnes et de
iudiciaria potestate quo ad sacerdotes cum dicitur Quod si incorrigibiles appa-
ruerint ab ecclesia separentur Nam glossa sic dicit hic est argumentum
quod illud Si peccauerit spectat ad omnes et super illo verbo separentur dicit quod
sacerdotes habent officium excommunicandi et ita hec racio est pro me Ad illud xiij
dis. 86 Ducunt facientis Procul dubio etc dico quod ista omnia hic allegata
vera sunt de differentibus disciplinam ex negligencia aut aliqua inordi-
nata uel indiscreta affectione quasi aliquid humanum passi non autem
de omittentibus seueritatem iusticie ex causis racionabilibus Et ita vera
sunt de negligencia punicionis peccatorum turbancium bonam consistenciam
policie et eorum a quibus facile est plebeiam multitudinem abstinere
aliorum vero peccatorum punicio omittitur pro salute boni communis ut ad pe-
iora inducium et non negligitur Negleccio enim est omissio eius quod
quis scit et potest facere et ad hoc tenetur Sed nec omnipotens aut humana potestas
non potest omnia mortalia punire nec omnia iure digesta Ex quo fit quod
cauet maiora et punit ex auctoritate minora Et huiusmodi mortalia relinquens
diuino examini aut in foro consciencie uel finali Ad tercium racionem corre-
larij Ad illam cum dicitur patet ex lege correpcionis fraterne etc Concedo
quod superiores possunt ab inferioribus corripi correpcione fraterna Sed non
ut opponens intelligit in deduccione scilicet quod denunciacio post secretam moni-
cionem fiat coram ipso si delinquens fuerit coram suo superiori Et sic si summus
pontifex peccaret peccato personali debet secrete cum humilitate et reuerencia
moneri si noluit acquiescere postea adhibitis uno uel duobus testibus
potest denunciari Concilio generali Si non sit non est alter recursus
nisi est deo committenda et pro eo orandum Ad hoc quod de Christo allegat
dico quod secundum Crisostomum in omelia ut Thomas in exposicione huius passus
recitat non submittit se Christus correccioni ipsorum sed ex racione probat
se peccatorem non esse Unde ait pensate autem mansuetudinem dei
non dedignatur ex racione ostendere se peccatorem non esse qui ex virtute
diuinitatis poterat peccatores iustificare Quod dicit de Moyse dico
quod instructus fuit per sacerdotem Nam dicitur in textu Audi consilium meum
non correptus quia non peccauit De Dauid dicendum quod illa correpcio

quam fecit Natan fuit stricta correctio Nathan in spiritualibus erat maior
dauid ut 4 vij Ros si quis per patrem et maiorem moreum et eorum possit et
exterius debitis circumstanciis. De resistencia pauli contra petrum
quod fuit publica iam dictum est imminebat enim magnum periculum fidei quia
petrus sua simulatione inducebat ad obseruanciam legalium contra veritatem
ewangelii. De Salomone qui deposuit Abyathar sacerdotem dico
primo tamen de lyra quod fecit diuino instinctu seu diuina voluntate quia
conspirauerat contra ipsum salomonem et diuinam ordinacionem atque dauid
patrem eius Et ut impleretur sermo domini quem locutus est super domum
heli sicut alias dixi in textu dicens secundo quod sacerdocium ewangelicum
succedit magis sacerdoti Melchisedech quam leuitico propheta attestante qui
ait Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech Non enim hereditate
possidetur sanctuarium dei non ut in lege sed sola diuina vocatione quis
ad illud assumitur non parentum fauore Precepta etiam melchisedech non
legitur habuisse patrem aut matrem Erat alias leuiticum sacerdocium
satis simile et ad illud per reges assumebantur Ideo non mirum si ab
officio per regem Salomonem Abyatar potuit deponi. Non regibus sa-
cerdocium ewangelicum non est obnoxium Ideo nec reges possunt tale insti-
tuere vel destituere aut iudicare punire et hoc ipsum de successione sacerdocii
ewangelici magis sacerdocio melchisedech probatur ex hoc quod lex nature
perficitur per ewangelium lex vero moysi euacuatur per eam saltem quo
ad ceremonialia et iudicialia moralia vero que manent pertinent ad
legem nature Translatio ergo legis infert translacionem sacerdocii sicut
econtra Apostolus dicit ad Ebreos vii° Translato sacerdocio necesse est ut legis
translacio fiat Ex quo ergo lex nature in qua fuit sacerdocium melchi-
sedech non est translata Et lex Moysi translata est siue euacuata in
qua erat sacerdocium ab eo interitum. Ad illam secunde xiiij dixit textus
prophetis etc Sacerdotes non etc dico quod aliud est deo lacrimosam querimoniam
facere pro peccatis sacerdotum Aliud est huiusmodi peccata coram populo arguere Primum
licitum et fit meritorium maxime dum non habetur ad superiorem homines
recursus tamen non licet pro peccatis personalibus prelatorum Primum faciebat
propheta non secundum. Ad illam Superiores sepius viuunt illicite etc dico
quod inferiores ex hoc quod non impugnant iudicialiter seu ex potestate superiores quod
non possunt nec licet illos penaliter punire superiores non sunt consen-
cientes Vnde hoc propositum dicit glossa sufficiat ibi qui potest dicit et habet
iurisdictionem et conformiter dicit ad hoc nec caret scrupulo societatis
occulte qui manifesto facinori desinit obuiare Si potest dicit glossa
et sic exponitur textus de sua extractione quod textus ad capitulum ergo
allegatum potest videre sicut ad illud consencientes distinctione 86. Ad
illam de ... 2 q. 1 Sicut inquit laudabiliter dico quod illud capitulum loquitur

De correctione criminis Item ibi Gregorius vitiat episcopos in concilio Rizachi congregatos ayt privatim Clementina informatione sacerdotum prima priuant aut iudicent et sic non facit ad propositum proponentis quod inferiores corrigant per inflictionem pene superiores et layci ecclesiasticos sed magis ad propositum meum quod talis correctio fit per superiores Ad illam de leone ii q vii dicente Nos si incompetenter aliquid agimus etc dico cum doctoribus quod hec submissio fuit perfectionis et non debiti Ad decretum allegatum quod hec sit decretum quod incipit Nos si quid incompetenter agimus etc ubi inducitur Balaam propheta reprehensus ab asina per quo per Balaam superior per asinam inferior intelligitur Dico quod hoc non ostendit inferiores posse ex auctoritate reprehendere superiores nec superiores se debere subicere inferioribus In illa correctione patet ex textu ibi sequenti ubi dicitur Verum est quod per asinam subditi et per Balaam prelati intelliguntur non tamen hoc exemplantur prelati accusandi a suis subditis Sed subditis tamen forma datur humiliter reuitendi prelatis si forte eos ad mala cogere voluerint Et propterea parata subditur licet eis in huius vocem conquestionis erumpere et prelatis suis dicere Cur nos verberibus affligitis Cur nobis iniuste irascimini et inquid vos aliquid inobedientes fuimus nisi nunc tamen ad malum cogimur Ad expositionem Bede dico quod per licet prima facie videatur ad hoc venire quod prelati mali a subditis possint reprehendi quod si de fraternali correctione intelligeretur non negarem tamen bene considerantibus loquitur de malis prelatis in fide errantibus aut subditos predicando ad malum trahentibus Unde sic habetur ex textu Tunc etiam scilicet prelati qui in preceptum suos inquirunt auditores quibus non salutaria que corrigant sed que illos delectant erronea predicant de quibus apte subditur scilicet in ii petri epistola ii° capitulo Hii sunt fontes sine aqua et nebule turbinibus exagitate quibus caligo tenebrarum reservatur sal infatuatum a porcis conculcandum Et qui dicit pax vobis plerumque non columba sed coruus reputatur Profecto loquitur ut apparet diligenter consideranti de prelatis male docentibus ut dictum est supra quod talibus possunt subditi resistere ad superiorem recurrendo et si periculum sit eos publice reprehendere Non sic autem pro peccatis personalibus seu pro vita eorum mala Ad illam Augustini super prohemio ii° habetur xxiii q iii ostendit propheta etc Dico quod dictum est ut prohibere comprimere et quod per quamvis prohibere superiorem ne peccet non suo monendo exhortando et sic prohibicio est respectu futuri punicio per pene inflictionem non sit nisi per superiorem et est respectu preteriti Dico ergo quod capitulum loquitur de prohibitione prelati ne peccet et hec fit per inferiorem per modum exhortationis et cum reuerentia Sed hec non est punicio que est actus iustitie non correptionis fraterne Sed et prohibitio a paruulo nec popularis multitudo hec facere potest Ad illud quod infert quod oportet superiorem aliorum a laycis iudicari etc Sicut dixi

a principio et quadruplex judicium assessionis comparationis discretionis et
condempnationis seu diffinitionis que est actus iustitie primis tribus
potest inferior de superiori iudicare et hoc in manifestis aut ubi est vehemens
suspitio et hoc probant hic allegata Saltem de textu non contra nec xpus
et apostoli et alii sancti volunt ut allegatur sic et opera sua subsint judicio
laycorum Jam de xº dixi de apostolis et sanctis dicendum quod si fecerunt hoc
fuit perfectionis et non necessitatis Ad illud Romanorum viij quod spiritualis dicitur Vero
quo regina etc Dico quod illud capitulum loquitur de judicio comparationis
Sic enim dicitur Regina austri iudicabit homines sui temporis et Viri
niniviti qui ad predicationem Jone crediderunt condempnabunt eos qui
maior est Jona salvatorem contempserunt hoc est dicere vita hominum temporis
Regine salomonis comparata vite Regine erit culpabilis et condempnanda
sic et de vita niniuitarum et eorum qui salvatorem contempserunt dicendum
Et tunc illud quod sequitur Sic plures in populis episcopos iudicent est de
eodem judicio comparationis accipiendum Unam dicitur sit eo et simili
modo plures episcopos iudicent subtrahentes se ab ecclesiastico gradu scilicet quo
ad opera et ea que episcopo conveniunt non exercentes iudicent comparatione hoc est
meliores layci comparati ad episcopos malos ostendunt ex comparatione mala
esse vitam episcoporum talium Ad illam in die judicii licebit etc Dico quod
ista ratio arguit assessionis aut comparationis et per consequens transfert per
eandem rationem ad iudicium discretionis ex quo surgit sepius correctio
fraterna De Salomone deponente Abyathar sacerdotem de daniele
iudicante duos iniquos presbyteros et de Nabuchodonosor dictum est quia
preponens dicat quod in hoc Nabuchodonosor non reprobatur Dico quod ex textu
non laudatur in hoc sed in alleg. in textu quo admittendum sed quantum
ad actionem quia cooperabatur deo dicitur servus dei et licet adeo
dicatur servus eius hoc est quia dedit ei dominium et quia domino
cooperatum ad actum licet non admittendum serviit De Tyto et vespa
siano dicendum quod iusto dei iudicio puniverunt sacerdotes et scriptores
et legis peritos quia occiderunt filium dei et vendiderunt iustum pro argento
Amos ijº Et ut impleretur verbum domini Luce xix dicentis Venient
et circumdabunt te vallo et coangustiabunt et ad terram prosternent te eo
quod non cognovisti tempus visitationis Et postea lex moysi impleta erat
et sic figura cessaverat quare et sacerdotium Erat enim iam Synagoga
ducta ad tumulum De Ambrosio dicendum quod erat Archadio
in spiritualibus superior quod Jeronimus refert de damaso Dicendum quod ista
accusatio fuit pia insinuatio super fama potius quam super infamia
de lubrico carnis et nullus negat quin inferiores possint cum reverentia
superiores arguere caritative aut eis infamiam clamorosam insinuare
Sed negandum est quod liceat eos publice coram populo in spirituali reprehendere.

aut detractore infamare. Qualiter non de illis in predicatione agendum sit
dictum est in fine prime conclusionis secundi puncti. ¶ Ad rationes
quarti corollarii. Primo ad rationes de rectoribus spiritualibus. Ad illud
Ezechielis iii et xxxiii capitulis Speculatorem etc. Ista probat comminatio-
nem factam a deo contra negligentiam rectorum spiritualium in officio predicationis.
Si mutationem vite et iustitie non docuerint suis subditis. Et hoc etiam mani-
festat auctoritas Apostoli I ad Thessalonicenses v. Si quis suorum et maxime
domesticorum curam non habet fidem negavit et infideli deterior. Et hoc etiam
facit de punitione per viam iustitie superiorum per inferiores et ecclesiasticorum
per laycos seculares et iudices aut communitates. ¶ Ad illam Origenis
omelia vii super Iosue dicentis Cuius sacerdotes etc. Istam omnino concedo.
Arguit enim negligentiam superiorum in officio et predicationis et punitionis
inferiorum. Sed ut sepe dictum est non est enim negligentie omittere corrigere
quod quis rationabiliter emendare non possit. Unde rector spiritualis publica
gaudio ubi contra iustitie tenetur corrigere prout potest. Que vero per
inflictionem pene non potest castigare verbo dei detestatur. ¶ Ad illam de recto-
ribus secularibus Numeri xxv ubi tangitur periculum eorum si mala in
civitatibus non cohibuerint etc. Et ad originem ibi plus peccat et principes
ostentantur etc. dico quod pro peccato populi principes medium puniuntur quia per
negligentiam correptionis populi multitudo licentior fit ad malum et
pronior. Qui autem curam populi principis suscepit si culpabili omissione
peccata preterit impunita reus erit insolentie eius. Tales autem fuerunt
principes populi qui cum viderent filias Moab missas ex consilio Balaam
ad castra filiorum Israel ut per eas plus peccarent et vincerentur qui ab eorum
maledictione non poterant non cohibuerunt populum ad eas accedere cum unus
Zambri scilicet coram filiis Israel legatur accessisse ad Cozbi Madianitidem
filiam et cum ea peccasse non erubuerit. ¶ Et in generali respondetur unum
pro alio puniri quandoque absque peccato tribus causis ut dixit Alexander.
Prima est commendatio sollicitudinis caritatis ut non tantum quisque se observet
a peccato pro se sed etiam alii diligentiam adhibeant ad custodiam unius
ne ipse pro illo puniantur. ¶ Secunda causa est ostensio unitatis que
debet esse quantum ad vinculum societatis. Nam propter peccatum Achor dictum
est peccavit populus. ¶ Tertia causa est detestatio peccati et ostensio magnitu-
dinis eius ut videatur quantum peccavit multitudo hoc vel illud
faciendo quod unus sic agendo tamen peccavit. Thomas vero 2a 2e q. c. decima-
octava art. iiii ad i ostendit quod tribus modis quis unus pro alio punitur.
Primo modo quia est aliquid alterius ut filius punitur pro peccato patris.
Secundo per ordinationem unius in alium ut quia unus alium imitatur aut
per modum vite ut subditi pro peccato principis ut patet in punitione populi
pro peccato David in matre populum ii Regum penultimo propter quod dicit quidam

Quidquid delirant reges plectuntur achivi / 3o modo ad communicandum omnia te
humane societatis et sic unus etiam pro malis bonis in eadem societate pa-
titur. Iuxta istos modos satis manifestum est non nunquam aliquem sine
culpa sua puniri. Solet tamen dici quod si sine culpa non tamen sine causa
punitur. Exemplum parentes filiorum ipsi non sine culpa eorum estimandum
forte est fuisse punitos pro peccato ipsorum quia corrigere neglexerunt ad posse
ut tangit Origenes Augustinus autem 1 q. vij qui nec marpant in coirrs nec
sin suorum curam habentes. Concedo Rursus quod illam que de vindicta Heli
loquitur et comminacionem angeli ecclesie Sardis propter eorum negligencias in
correccione suorum etc. Concedo illam etiam que de Leonis Aquilegensi episcopo
inferiorum ordinum culpe etc. Auctoritas Isydori libro 3o de summo bono vera
est de omittentibus doctrinam ministrare et sarculo correpcionis fructum vi-
ciorum spinas purgare dum et quibus eorum aliis circumstanciis alligantur
et maxime de illis qui pastoralis dignitatis aut vocacionis officio ad
hec stricius tenentur. Apostolus primo Corinthiorum 5o Corinthios arguit quod
non corripuerint illum notorium fornicatorem correpcione fraterna de qua sepe
est facta mencio. Ponit enim Gerson quatuor causas propter quas corripi-
enda castiganda sunt peccata. Primo quia plures videns peccatores non puniri
vel argui pro etiam et publice credunt ea que committunt non esse vel non
tam gravia sicut in se sunt. 2o quia ipsi alliciuntur ad peccandum simi-
libus peccatis. 3o quia facilius de aliqua graviora ruunt. 4to quia una
communitas coram deo propter publicos peccatores dampnatur ut plures Israel
propter fornicantes cum Madianitis etc. Nullus profecto sane mentis est tam
dicas peccata mortalia publica esse punienda. Dicentes enim oppositum fau-
tores essent criminum ac meo iudicio severiori disciplina arcendi quia
crimina facientes eo quod non fautorum actores essent. Sed omnia que sub
textu illius evidencie doctrine tractantur agentur. Ideo pono quod multa
peccata publica sunt punienda per inflictionem pene ab hiis qui iurisdic-
cionem super illos etc. In hoc Gerson et ego non sumus discordes. Differimus autem
quoniam potius ex articulo correlariis notabilibus et racionibus accipere
in quatuor. Primo quia ponit omnia mortalia publica peccata esse punienda
per iudicium et hoc apparet quia in articulo dicit peccata mortalia publica etc. et
tales indefinite in moralibus regulariter equivalent universalibus et raci-
onibus ad eundem specialiter ex declaracione que incipit Unde quia lex
divina per apparet et ego pono oppositum. 2o quia ponit quod a quolibet
christifideli peccata mortalia publica quorumcumque tam ecclesiasticorum quam secularium
sunt publice coram quibuscumque caritative arguenda patet ex 2o cor-
relario 23o et ex declaracione ante correlaria que incipit Etiam ex
dilectione dei et ego pono oppositum. 3o quia ponit quod peccata publica
mortalia superiorum sunt predicanda etiam coram populo et hoc apparet ex
tercio correlario et racionibus et declaracione que incipit Sunt multa
alia peccata prelatorum. Et ego dico quod peccata clericorum specialia illi statui non

sunt populo intimanda in verbo predicationis moderate ymo cum magna di-
scretione et sobrietate etiam ubi faciendum esset puta si populus
populus crederet ea que sacerdotes committunt non esse peccata aut minora quam
sunt aut caperent ausum peccandi ab eis aut aliquid aliud simile
rationes huiusmodi suo loco tangentur ¶ Ad quartum quia ponit quod peccata
mortalia publica quorumcumque sunt per potestates seculares coactive puni-
enda et hoc ubi correctio fraterna aut generalis reprehensio per predicationem
verbi dei non sufficeret Apparet ex declaratione que incipit Unde quia
lex divina etc. Ego pono oppositum quantum ad non subditos dico enim quod peccata
clericorum non sunt punienda per iudices seculares corrigenda aut coram
eis arguenda nisi esset peccatum in fide aut subversione morum per falsam
doctrinam et in casibus exceptis in iure in una visione speciali et ut ibi
expressatur aut si aliqui alii sunt a iure concessi hec enim et solum possunt
in illos quod eis concedit ius et indulget Et quod hoc modo possunt in
illos est in favore iurisdictionis ecclesiastice Alioquin ecclesia si potestati seculari
subiaceret cum fletu clamare deberet illud Trenorum primo Facta est quasi
vidua domina gentium princeps provinciarum facta est sub tributo plorando
plorans ploravit in nocte et lacrime eius in maxillis eius Ista vero que pono adversus dicta
proponentis per extensum in positione declarata sunt Addit proponens quod
quedam peccata publica mortalia in communitatibus non prohibentur tamdiu
maiores in plebe et cum plebe erunt in periculo dampnationis quod si
non appareat Secundum de peccatis non subditorum et si prohibeant ipsos non subditos
modo si competenti illis scilicet correctione fraterna quia erga illos alius
modus non convenit Et communes peccatores inquit inter alios existentes
suo exemplo alios aliquo attrahant non tamen sunt omnes ut contagi-
osi sicut enim dictum est ante Sunt quidam flagitiosi secundum doctrinam
beati Augustini libro de decem cordis et iii de doctrina christiana et quidam facinorosi
Primi sunt qui non nocent aliis et qui nocent Contagiosa igitur peccata sunt
hereses scismata mala doctrina in moribus defensiones vel excusa-
tiones publice in peccatis incitamenta aliorum ad peccandum et similia
Tales peccantes aliis perdunt non tales sunt illi impii Chore et Abiron
erant namque scismatici alios ad scisma provocantes Unde bene dicitur
per rectorem Recedite a tabernaculis impiorum hominum ne scilicet infecti eorum
peccatis involvamini in eorum penis De illis dicit Origenes super Ieremiam
polluitur ex uno peccatore populus sicut ex una ove morbida universus grex
inficitur Et non allegatur ex dis. ab eodem et ab Origene quod prius
fuit allegatum Et ad hoc responsum est de negligentia sacerdotum aut
pusillanimitate aut timore similia peccata arguendi dissimulancium veritatem
linguis corrigendorum ei quo peccato omissionis aliqua venit ira dei super
populum magis ad oppositum intentionis proponentis quam ad propositum quia per
hoc ostenditur auctoritas sacerdotum super aliis quorum est suis subditis viam

salutis ostendere ex cuius defectu sequitur peccatum Non ergo subiciuntur iudicio diffin-
icionis secularium ista peccata prelatorum et sacerdotum quia causa ruine sunt populi
sacerdotes mali ait Gregorius et exponens allegat et ex hoc concludit quod eorum
peccata sunt maxime arguenda dico quod hec sunt vera sed non intendit non
per secularibus iudicio penali non per predicatores coram populo nisi cum modera-
mine et sobria gravitate verborum nisi error esset in populo credenti quod talia
liceant Tunc enim essent talia peccata severius detestanda in se sed non
refundo ad actores coram eodem populo libere et sine freno ut procedunt
dicta exponentis Ideo per quoslibet caritate ut dixi coram aliis corripien-
do Sunt ergo arguenda peccata prelatorum et sacerdotum primo caritative
et correctione fraterna etiam a quolibet ubi non sufficit procedendum est ultra
iuxta formam salvatoris adhibendus est unus testis vel duo et coram
illis commonendus ut desistat quod si non audit dicendum est ecclesie id
est prelato et si neglexit ab eo per ad superiorem id est ad summum pontificem
Christi quod si dissimulavit et vicem pertransit dicendum est ecclesie id est concilio
generali Quod ut dictum sunt correctionem nullatenus omittere credendum est
Si ecclesiam non audit sit tibi sicut ethnicus et publicanus excecatus
exclususque a cetu fidelium Aliud non sunt et fideles layci in sacerdotes Sunt
etiam arguenda peccata pastorum per predicatores et generaliter reprehendenda
sed potius in sermonibus ad clerum et ibi dulciter unctionem suaviter
est agendum emplastrum ex pietate et iusticia conficiendum pietas exhi-
beatur ut mater iusticia ut pater assistat Symoniacam pravitatem in
clericos et diversis statibus aggravavit et ego pariter illam detestor abra-
denda est ab ecclesia hec pessima pestis Allegat ipse exponens multa dicta
sanctorum hoc mortiferum virus reprobantia que sane intellecta ecclesia
ipse accepto percipiens diversos modos symonie qui veri sunt
Tractando ad rationes quibus probare nititur fictas esse absolutiones
a pena et a culpa et indulgentias non esse in lege fundatas Primo
assumit illud Ysaye iii° Popule meus qui te beatum dicunt ipsi te deci-
piunt 2° assumit illud Iheremie vi° Curabant contricionem filie populi mei
cum ignominia dicentes pax pax et non erat pax 3° illud Ezechielis xiii°
Ve qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus et faciunt cervicalia
sub capite universe etatis ut capiendas animas ut caperent animas populi
mei Vivificabant animas eorum et violabant me ad populum meum
propter pugillum ordei et fragmen panis ut interficerent animas que non moriuntur
et vivificarent animas que non vivunt mencientes populo credenti menda-
ciis Jam dixi quo ad absoluciones a pena et a culpa quod non est quis
modus tradendi isto modo eas sed dantur sub modo remissionis
omnium peccatorum id est omnium penarum pro peccatis debitarum aut aliter per illam
Tunc dico ad has tres rationes quod petunt principium. loquitur enim de

Seducentibus populum per falsam exhortationem aut intuitu gratie captande a curia que eis
et cum applicat ad propositum absolutionem et indulgentiarum supponit quod sunt mendacia
et seductiones et hoc est probandum ymmo probari non potest quod hec sunt mendacia ymmo
veritates sunt et predicationes fructuose ad viam salutis si tamen servetur debitus
ordo et moderatio honesta in eis et quasi videtur arguere a superiori ad in-
ferius affirmative et hic locus non tenet secundum logicos Arguit enim equiva-
lenter pastores in multis ut dicendo pro scelerato quod est bonus dicendo af-
fligende plebi quod est pax et multa eidem pro temporalibus recipiendis fingentibus
seducunt illum ergo seducunt eum in isto proposito de absolutionibus et indul-
dulgentiis ¶ Jam ad rationes contra peregrinationes procedamus ¶ Ad primam
assumunt illud Mt 24° Ecce predixi vobis Si ergo dixerint vobis etc. dico quod ista
auctoritas non allegatur ad propositum Non enim est contra deum aut sanctos
colentes et ecclesias ex devotione visitantes Sed contra eos qui dicunt
ecclesiam catholicam esse in aliquo angulo terre aut fidem catholicam
in aliqua particulari regione sicut per expositiones communes Augustini
supra ostensum est ¶ Ad secundam Jeremie 1° pastores etc. dico quod istud propheta
dicit quod rectores populi provocabant ad querendum deum extra terram suam et locum
quem elegerat Siquidem in lege veteri erat locus determinatus in Judea
ubi oportebat adorare nec extra terram Juda erat verus cultus dei sed
ydolatria tamen secundum prophetam Notus in Judea deus in Israel magnum nomen
eius propterea incitare populum ut adoraret alibi quam in terra Juda erat eum
seducere Nunc quia venit plenitudo temporis colitur deus ab ortu
solis usque ad occasum quasi ubique pro fide eius sanguine martirum
rubricata est terra ideo prohibere visitare loca sanctorum et de speciali de-
votione propter presentiam pignorum suorum id est corporum et cinerum ibi existentium
eos qui querere hoc prohibere videtur impium ¶ Ad tertiam de Aza in Paralipomenon
xvi° fecerat Aza quod bonum est in conspectu etc. dico quod Aza prohibuit
ydolatriam confregit ydola lucos succidit et coronavit ymmo precepit
adorare dominum in istis placitis deo non aut peregrinationem prohibuit in Jerusalem
ter in anno secundum quod erat preceptum in lege dum ipse soluisset legem Et
hoc est quod dicitur in textu allegato Subvertit altaria peregrini cultus
id est ydolatrie et excelsa et confregit statuas lucosque succidit ac
precepit Jude ut quererent dominum deum patrum suorum Et ex illa
clausula precepit Jude ut quererent etc. sequitur quod implicite precepit
peregrinationem populo in Jerusalem ubi enim speciali et excellentiori modo colebatur
nec ex diffidentia peregrinantur populus scilicet propter viii causas Prima ad exa-
tandam sanctorum imitationem 2a propter acuendam devotionem 3a ut sanctorum
meritis fideles ipsi socientur 4a ut eorum orationibus adiuventur
7a ut sint ad orandum deum plus memores 6a ut satisfaciat honori
sanctorum pro eorum laboribus 7a ut ex sanctorum presentia corda eorum erga
curiositatibus splendidius 8a ut ecclesie obediant cum per primam peregri-
nationis eius iniungitur et sic obediendo satisfaciat pro peccatis quo igitur

prohiberi possunt peregrinationes ad quas deus vocat / vocavit deus moysen ad
rubum ardentem et discalciatus accedit / cum saul etiam malus ad cuneum
prophetarum venisset prophetare cepit / Non faciunt religiose sanctorum beata
in requie manentium quod mortalium viatorum quis fecit putas an aliquis
limina sanctorum visitare prohibebitur. et concessum erat adire prophetas / Ro-
modica enim est recreatio mentium devotarum relicta quamvis etiam sua do-
mestica alia loca sancta vel sanctorum dei servorum accessu, id est alia
loca sancta / ipse corporeo et petere et contemplari ad oculum velut
de eo qui mortuum suum in loco sacro elegit sepeliri / Notat Augustinus libro
de cura pro mortuis agenda dicens capitulo iiii^to Cum plurimum inest
ubi ponat corpus mortui sui qui pro spiritu eius deo supplicat / Anime et
precedens affectus locum elegit sanctum et illic corpore posito recorda-
tus factus eum qui precesserat renovat et auget affectum / Hec ille
Pro hoc ad illud sapientis Confide et dico quod loquitur de perseverantia
et quiete cordis ex cuius inquietudine fiunt homines vagi mobi-
les et instabiles ad omne opus bonum / Hec enim mala instabilitas
sed devote peregrinantes confidunt in domino manentes in loco suo scilicet
deo suo in quo iustus semper dimicans scriptura manere prohibetur licet
corpore ambulet sicut quidam dicit Celum non animum mutat qui
trans mare currit / Ad illam quod dominus deus noster ihesus christus peregrinationem
illam solempnem que erat in ierusalem ter in anno revocavit seu
spiritualem intelligentiam tempus dedit cum allegat Iohannis iiii^to Mulier
crede michi venit hora quando nec in monte hoc nec ierosolimis adorabitis patrem etc.
Dico quod dominus de modo colendi cum illam instruit quo non secundum
ceremonias legis ut in monte syon usque tunc fiebat esset colendus
sed in spiritu et veritate doctrine evangelice / Unde Augustinus epistola prima ad
ponticensem etiam ait Ubique quidem deus et nullo continetur
vel clauditur qui condidit omnia et cum a veris adoratoribus
in spiritu et veritate oportet adorari ut in occulto exaudiens in occul-
to etiam iustificet et coronet / Verumptamen ad ista que hominibus
nota sunt quis per eius consilium perscrutatur / quare in aliis locis
hec mirabilia fiant et in aliis non fiant / Multis enim notissima
est sanctitas loci ubi sancti Felicis corpus conditum est quo
volui ut pergerent quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest
quicquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum Nam et nos
novimus mediolani apud memoriam sanctorum ubi mirabiliter
et terribiliter demones confitentur furem quendam qui ad eum locum
venerat ut falsum iurando deciperet compulsum fuisse confiteri furtum
et quod abstulerat reddere / Numquid et non affrica martiribus
plena est et tamen nusquam hic scimus talia fieri / Sicut enim Apostolus dicit
Non omnes sancti habent dona curationum nec omnes habent diiudicationem spirituum

nec in omnibus sanctorum memoriis ista voluit fieri ille qui dividit singula
unicuique prout vult. Hec ille. Ex quo patet quod licet sit ubique deus nec uno solo
templo colatur tamen dignatus est ad honorem aliquorum sanctorum mira-
cula facere uno loco et non in alio et alia hic et alia ibi. Item et
de sancto Fortunato libro 1o dyalogorum capitulo 33o dicit beatus Grego-
rius multa de eius vita dicimus cum nunc usque ad corpus illius ut
utilium documenta teneamus demoniacos quosque absolvere egros
curare quociens ex fide petitur ut vivens consueverat hoc inde-
sinenter facere hec apud mortua ossa indesinenter perseverat. Hec ille.
Itaque peregrinatio in montem syon et civitatem sanctam per doctrinam
salvatoris non est dampnata sed ad intelligenciam spiritualem declarata
ut queratur deus et sanctorum suffragia postulentur ubi devotio
spiritualis et sanctitatis succensus ignis ardebit et hoc est quod dixit
mulieri samaritane Venit hora et nunc est quando veri adoratores
adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nec occasione peregrinationum utique
licitarum si ex caritate fiant putat quis peregrinationes predictas esse condempna-
das sicut nec tempore illo figurali synagoge spernebantur licet tercium
in Remo esset ascensus in Jerusalem. Concedo tamen quod peregrinationes devotioni
caritatis modicum aut nichil conferunt ad meritum vite eterne et hoc est quod
dicit beatus Augustinus de verbis apostoli sermone 47o Non corpore inquit impellitur
quis ad christum venire sed desiderio colligatur etc. Idem dicit Idem beatus
Augustinus super illo Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum
cum ait non ambulando ad christum currimus sed credendo etc. Quod
autem Jeronimus dicit super illo Mathei 24to Nolite exire nolite
credere etc. Stultum est eum in parvo loco vel absondito querere qui
totius mundi lumen est dico quod non est contra peregrinationes sed contra puta-
tes etiam catholicam aut fidem esse in una parva regione ut
ut dictum est. Quod autem Bede super illo Luce 9 Sequere dicentis sequere
me non tam incessu pedum quam executione morum etc. dico quod verum
est. Nam peregrinatio corporalis sine spirituali pinguedine devotionis
parum prodest iuxta dictum apostoli 1 ad Thessalonicenses 4to Thimotheum 4to Exercitatio
corporalis ad modicum utilis est pietas ad omnia valet. Verumtamen
proveniunt multa peccata et abusus circa peregrinationes quos non distruendo
sed puto esse vera et illi ab omni viro bono pro posse tollendi sunt
sed hoc non viciat peregrinationes quin sint bone facte ex caritate et
aliis circumstanciis debitis. Nisi enim essent bone nisi essent approbate
a sanctis patribus. Igitur cum sint per doctores sanctos iustificate patet
quod sunt licite. Hoc etiam probatur. Nam de Cleto papa tercio a beato petro
vel eius coadiutore dicitur in Cronica Martini sic hic scilicet Cletus
pontifex scribens omnibus presbiteris approbat et commendat peregrinaciones
ad sanctos et maxime ad limina sancti petri asserens quod valdior est

ad salutem sancti petri visitacio quorum duorum annorum ieiunium et illos ad ana
themate excitatur qui visitacionem apostolorum impediunt vel dissuadent
Hibi siquidem ipsis virtutibus ut obiecto contingit male uti ut dicunt
doctores Unde dicit apostolus scientia inflat sed non ut in primo ethice arestoteles
Sunt etiam non potuerunt aliqui male uti ut obiecto peregrinacionibus ¶
Post predicta veniendum est ad obiecta circa veneracionem sanctarum reliquiarum
secundum auctorem innocencium extra de reliquiis et veneracione sanctorum Cum ex eo quod quidam et cetera
Concedo illud decretum / prohibetur enim ne antique reliquie extra capsam
extrahantur propter turpem questum aut ut vendantur et ne nove in
vente sine auctoritate sedis apostolice venerentur Per hoc dico ad id quod de no
vitate et cetera Nam si auctoritate sedis predicte hoc approbatum est peregrinacio et conse
quenter veneracio ista laudabilis est si non fit non decet / Quod auctore Crisostomi
in opere imperfecto super matheum xxiii capitulo Ve vobis scribe et pharisei ypocrite et cetera
dico quod Crisostomus improbat fastum edificandi sepulchra preciosa ex
substancia pauperum qui illos emistecant ut celebrent sibi nomine sempi
ternum putantes stulte felicem vitam in memoriis hominum debere recondi non
minori racione arguendi sunt qui basilicas construunt de bonis alienis
velut enim infectores filiorum ante faciem patris computat illos sapiens
Nam dicit ecclesiastici xxxiiii to Qui offert sacrificium de substancia pauperis
quasi qui victimat filium in conspectu patris nec licet iudicio destruere
debere antiquas dei ecclesias ut nove edificentur Sed ob reverenciam dei et sanctorum
de ipso monumenta edificari martiribus et aliis dei servis precipue lauda
bile est Siquidem Beda ornatum sepulchri domini libro ultimo super marcum expo
nit ita dicens De monumento domini ferunt qui in nostra etate de Jerusalem Brita
niam venire quod domus fuit rotunda de subiacente rupe excisa tante
altitudinis ut intra consistens homo vix manu extenta culmine possit
attingere Et finaliter inquit Color autem eiusdem monumenti ac locali rubicundo
et albo dicitur esse permixtus Fuit domus et sepulchrum domini speciosa et
ampla atque honorata a matre domini ab apostolis a christifidelibus qui et
inter fremitus infidelium ipsum sepulchrum adorare venerunt Narrat
hoc fecisse sanctus Ambrosius helenam reginam, sanctus Jeronimus scilicet
paulam ceterique sancti quam plurimos Audite de decore sepulchri beate
virginis marie beatum Jeronimum in sermone de assumpcione eius ad
paulam et Eustachium dicentem Monstratur sepulchrum eius cernentibus
nobis usque ad presens in vallis Josaphath medio que vallis est inter montem
syon et montem oliveti posita quam et tu o paula aspexisti ubi in
eius honore fabricata est ecclesia miro lapideo thabulatu in qua sepulta
fuisse ut scire potestis ab omnibus ibidem predicatur Sed nunc vacuum esse
cernentibus ostenditur Dicitur etiam marci vi o de Johanne baptista quod
discipuli tulerunt corpus eius et posuerunt illud in monumento Refert beda
quod Josephus et Eusebius de hac re scripserunt scilicet de venerabili
sepulchro Johannis de hac sepultura Johannis predicto et veneracione fidelium

et miraculorum crebro continua in Epythaphyo sancte paule qualiter illuc
venit pergit doctor Jeronimus quod brevitatis causa omitto Allegat
peccata prelatorum et sacerdotum in omissione culpabili predicationis ubi dei
et prohibitione volentium predicari et in non communicando laycos nullius mortalis
conscios sub utraque specie scilicet panis et vini in habendo dominia civilia
divitiis et bonis temporalibus adque unde patet non oportet eum quemlibet
horum trium articulorum peritissimos habeat defensores Tetigit etiam de
sententia lata per felicis recordationis Alexandrum papam quintum predicatores
verbi dei prohibentem extra claustra et parochiales ecclesias etc Rursus et
de sententia Constantiensis Concilii lata contra communicantes laycos sub utraque
specie deinde de defensione dominiorum temporalium per papam et ceteros
prelatos quas variis partibus meis memoratas defendendas remitto
Tetigit verbum de citatione cruciate contra Bohemos et invectione
in sacerdotes si sitiant sanguinem eorundem licet non verum quam quere
tibus pacem occasiones sunt amputande in progressum sacius hac vice
de hac re supersedere arbitratus sum docet enim me ille qui dicit Clau
dite rivos pueri sat prata biberunt Cum de bulla Alexandri fecit
mentionem predicationem restringente etc Subiunxit quod emanavit principaliter
et maxime ob magistrum bone laudabilis et sancte memorie ut sperat
Johannem hus sacre pagine baccalarium formatum ecclesie predicatorem
utique evangelicum virum bonum iustum et catholicum a multis annis
in regno nostro vita moribus et fama laudabiliter conversatum debebat
ut salva pace loquar proponens iste subticere qui gestorum in Sacro
Constantiensi Consilio volebat approbatorem audire debebat subticere
ista qui pro hus articulos reprobatos et dampnatos sub modo positos esse
cupiebat qui desiderat concordiam presertim litibus actam non referat dicam
salva veritate motus teste deo quia Concilia generalia in materia fidei errare
non possunt quare quod Constanciense Concilium Joh hus propter suas asser
tiones erroneas condempnavit Nullus enim decreto pro catholico habeat
aut evangelico predicatore mgr Joh Wicleff cuius errores gravissimi
sunt quorum nonnulli plerique errores antiquorum hereticorum pelagii
Manichei Donati Berengarii Massiliani Nestorii et quorundam
aliorum sapiunt si opus fuit ad plenum declarandorum dudum diversa
tempora dampnati fuere Estimo forte quod si proponens articulos
Joh wicleff et Joh hus attendisset et in libris eorum legisset ut pres
qui fuimus in Constantia nobiscum diceret non posse eos fateri catholicos
Quoniam non minime nobis extollat coram expertis loquitur doctoribus
et magistris alme matris nostre universitatis Parisiensis qui ubertate
suam plures agnoverunt clacionem suam non modicam tamen sustinerem
in repetitione pro cum facta in sancto Bernhardo Parisius ad omne
quare et omnibus volente aut dicta ita ne inaniter gloriatur soli
regentes vicisavimus et in parvo tamen se illi obicerunt Illius tunc etiam

verba reprehendens non cum dignum indicabatur gravissimos patres in theologie decretorum
facultatibus professores se tamen levi persone debere opponere Ego autem tunc
conflictum vidi finem expectavi confusionem suam vidi ita ut recessit
hospite insalutato et necesse sibi erat alioquin aliqua innig biddeta tractus
fuisset revocare Ista preter non amaro animo quis suscipiat verum hec iam
dicta sunt ne dicta parte apponente de illorum instancia cordi insidant
Sed veritas que ante dicta est elucescat vere in nomine est istos adhuc
suffecisse credendi aliam pro sua apparenti sanctitate dudum cum similia
prioribus contigerint Unde cavendum est talibus indulgendum dum propter
speciem pietatis ipsi quasi iusti in impietate labuntur Consequenter
mentem suam proponens aperit de modo reprehensionis peccatorum publicorum
prelatorum et sacerdotum per viam predicationis et alibi dicit enim quod omnia talia
sunt in predicatione per sacerdotes et aliis modis per omnes christifideles secundum quod
eorum statum competit data premissa caritative arguenda et detegenda
etiam coram clero et coram populo resolvendo dicta sua tres modos correc-
cionis proprie peccatorum ut habetur ut dicat quibus suos executores primus modus
est correctionis fraterne et hic competit omnibus christifidelibus (2) modus est
correctionis per viam iusticie et hic competit iudicibus (3) modus cor-
rectionis generalis in predicatione et hic competit predicatoribus Istos tres
modos et assignet quis cuius statui competat Quo igitur peccata prelatorum
et sacerdotum sint per omnes corripienda correctione fraterna dictum est et ubi
tactum quod peccata eorum personalia non sunt arguenda coram multitudine
et sufficienter deductum quod hoc est permittere ordinem fraterne correctionis
et quod hoc rationabiliter fieri non debet nisi in casibus ubi dictum De correctione
ex auctoritate potestatis que a principibus dicitur politica etiam dictum est sufficienter quod laici
iudices ecclesiasticos non possunt per iudicium prodelictis aut per potestatem publice punire
cum non sint sue iurisdictionis nisi in certis casibus tactis in prima responsione
et adhuc amplius etiam De correctione vero generali que fit per predicatores quia
latius illam deduxit primam dixi et iterum dico quod coram clero hoc fieri potest
plane iuxta exigentiam transgressionum aliquando durius aliquando suavius aliquando
mixtim ut tempus postulat aut persone coram populo Dico ut prius cum
doctoribus quod non est facienda de peccatis prelatorum personalibus et sacerdotum
nisi cum magno moderamine verborum et competenti decencia etiam cum ratio
indicat hoc esse faciendum Quod forte esset ubi populus occasione accepta
a vita sacerdotum crederet talia peccata iam non esse peccata aut non tanta gravia
ut sunt eo quod impune videt talia committi et hec plaga populo probabiliter
predicatori ignosceret aut ubi populus sine verecundia similia sacerdotibus perpe-
traret Dico secundo quod peccatum infidelitatis prelatorum aut sacerdotum si quod
esset et per malam doctrinam populum inficeret est publice populo predicandum
et instruendus populus ut se a talibus observet Sic dominus et salvator fecit
cum predicabat dicens Mt vii^o Attendite a falsis prophetis qui veniunt

ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Dico tercio quod si peccatum
sollicitacionis ad malum quo populus sacerdotes commoveret ad scandalum
vel in deum aut in proximum in irreverenciam ecclesie aut inobedienciam
superiorum tale esset populo publice denunciandum et coram eo argu-
endum. Sic fecit et dominus cum ait Matthei xvi° Cavete a fermento
phariseorum ~~pharisei cum instantur divisi~~ et saduceorum. Et ibidem habetur
Matthei viii° capitulo et bene phariseorum pharisei cum instantur divisi vel
dividentes vel violenti aut dissipantes sacerdotes aut suadentes
sic ipsis essent a deo per peccatum divisi/ dividerent populum a deo suo et que
inferrent iusticie et veritati violenciam et dissiparent perfecto rempublicam
que non tam viris constat quam moribus/ Dico quarto si sacerdotes
committerent publice casus pro quibus iurisdictioni seculari ex concessione iuris
canonici subiciuntur illos posset predicator coram iudicibus ipsis appe-
tenus cum protestacione de non tendendo ad penam sanguinis sed quia
peccata publica licite possunt denunciari ad iudices competentes.
Nam sicut supra in secundo puncto dictum fuit tenendum ad ibi
non debet solum peccanti sed aliis ne scandalizentur et moveantur hoc
sit cum denunciatur peccatum hiis qui possunt providere/ Dico quinto
quod peccata personalia alia a premissis aut ad illa reducibilibus prelatorum
aut sacerdotum non videntur in predicacione coram populo detegenda specialiter
ca veniendo ad statum ecclesiasticum nisi ut habitum est de primo dicto. Clericus
cum predicatoris ex caritate procedere debet ad emendacionem nec dum peccancium
sed et astancium quibus peccata narrantur. Si enim faciendo peccantes
coram subditis scandalizarentur et sic verecundia esset eis ablata
Subditi vero vilitatem superiorum cognoscentes eos contempnerent putando
ergo sanare unum aut paucos predicator lederet plures superiores scilicet
inferiores. Debet enim non modo predicator esse utilis in verbo sed et discretus
eloquio. Ut non solum prava nullo modo sed nec recta quidem nimie et inor-
dinate proferantur. Quia sepe virtus dictorum perditur cum apud audi-
encium corda loquacitatis incauta oportunitate levigatur. Hinc est
quod in veste sacerdotis erant tintinabula ut sonus predicacionis eius
audiretur. Erant et in illis inserta mala punica in quibus unitas
fidelium designatur per quo significatur ut talis sit predicacio sacer-
dotis et tam discreta ut non scindatur vinculum unitatis. Hec in summa
habentur Gregorii li. xx capitulo pastoralis sui et alibi distinccione. Si rector
Si dicatur ubi consciencia et fama simul esse non possunt preponenda est
fame consciencia. Verum est ceteris paribus sed consciencie succurrendum
postposita fama recurrendo ad superiorem. Et ita dicunt doctores cum
oportet procedere ad denunciacionem non ad inferiores. Item cum creditur
servari unius consciencia sauciatur et illius ipse scandalum et ipsum quia
illum superiorem et superiores corrigere non valet tunc eos contempnunt aliter faciendo

Sed predicta persona publica a premissis etc. in predicatione coram populo facta publice
arguendo et specialiter referendo ad statum ecclesiasticum. Cum in superiori et hoc mo-
deste et sobrie sequuntur ista inconveniencia. Primum sacerdotes infamantur et
fiunt inverecundi amisso suo honore et sic proniores ad mala. Secundum
eorum status qui dignissimus est leditur et cognitur quandoque recedere
ab hominibus ecclesiastici xxx^mo. Si lesceris cum iniuste in fugam convertere.
Tercium boni propter malos infamatos scandalizantur et tunc currit pena
contra scandalizantes de qua Mathei xviii^o. Qui scandalizaverit unum de
pusillis istis qui in me credunt. Statu siquidem sacerdotum leso bonos in
isto statu scandalizari necesse est. Quartum subditi layci contempnunt
suos pastores propter malam eorum vitam palam ipsis predicatam et si eos
contempnunt eos contempnunt dominum sacerdotum Ihesum Christum Luce x^o. Qui vos
spernit me spernit et qui me spernit spernit eum qui misit me. Quintum
sacerdotes fiunt populo odiosi nam ex contemptu mox surgit odium contra eos.
Unde psalmista psalmo cviii^o. Locuti sunt adversum me lingua dolosa et so-
cii me. Sextum populus sequitur propter odium ad inobedienciam ad superiores
et irreverenciam maxime quia valde multi ex illo sunt dicti infesti
prout dicitur vi libro. Clericis laycos oppido infestos tradit antiquitas.
Unde ira domini venit super eos sicut quod scriptum est Danielis ix^o. Peccavimus
iniquitatem fecimus impie egimus et recessimus declinavimus a
mandatis tuis non obedivimus tuis prophetis qui locuti sunt in nomine
tuo regibus nostris principibus nostris patribus nostris omni quod populo terre tibi
domine iusticia nobis autem confusio faciei ut hodie. Sacerdos autem
mali si tamen vere doceant servi dei dicuntur et prophete quia alta et a co-
gnitione populi longe posita indicant. Et quam autem inobediencia ista mala sit
apparet quia dicit dominus de sacerdotibus in mortem scilicet conspirantibus
avaris que dicunt facite. Septimum inconveniens est subtractio de-
cimarum oblacionum et aliorum redditorum debitorum sacerdotibus. Nemo
enim inimico in racione dati vel accepti libenter communicat. Et in hoc
plus mandatum dei prevaricatur quia Malachie 3^o scriptum est. In-
ferte omnem decimam in horreum meum ut sit cibus in domo mea
et apostolus quia i Corinthiorum ix^o dicit. Si nobis spiritualia seminavimus magnum
est si nos carnalia vestra metamus. Quando dicat ubi est Deuteronomii i
xxv^o lex dicit Non alligabis os bovis triturantis. Et per illud per
prelatos et sacerdotes predicantes dictum sit patet quia sequitur Numquid
de bobus cura est deo an propter nos utique hoc dicit. Nam propter nos scrip-
ta sunt ad utilitates quas dicit opponens sequi ex tali publica pre-
dicatione coram populo contra clericos dico quod si paraccidens aliqua uti-
litas accidet per se sequentur plura mala comparata cum illa qualis
nisi moderamine magno et cautella adesset induceret ex se insidiarum
ad superiores contemptum. Ex alia que dicta sunt. Procedo ordinem et modo sobrie

Loquendum est de superiorum defectibus coram inferioribus ut maneat devo
tio eorundem apud illos dicit Nicolaus papa et habetur xxiij dis. Nolite
Nolite nos existimare facta quorumlibet precedentium virorum que sunt digna
reprehensione velle defendere sed quod ita volumus filios circa spiritualem patrem
et discipulos erga magistrum devotos esse ac sobrios ut nulla penitus te
meritate ad eorum vitam non dicamus diiudicandam sed nec saltem
tenuiter reprehendendam prosiliant Preterea nos tenet predicator neglexisse
sibi correptionem competentem ex officio dum tunc clero sufficienter
in predicatione peccata eius annunciavit esto quod coram populo non faciat quia
hoc sibi non precipitur cum propheta predicatori dicit dominus ysaye lviijo
Annuncia populo scelera eorum et domui jacob peccata eorum non dicit dic domui
jacob coram alio populo peccata eorum sed dixit domui jacob peccata eorum
Item speculatori ezechielis iijo dicitur Si annunciaveris impio et ille non fuerit
conversus ab impietate sua et a via sua impia ipse quidem in iniquitate
sua morietur tu autem animam tuam liberasti non dixisti Si annunciaveris
impio coram populo Contra rationes quibus probat quod peccata prelatorum et sacerdo
tum coram populo publice sunt predicanda Ad primam xpistus arguit
coram turbis Joh viijo dum ait Vos ex patre dyabolo estis etc
Dico cum delyra quod xpistus illum clerum arguit quia in fidei con
trariam auctorem fidei dominum nostrum jhesum xpistum volebat occidere et hoc est quod
subditur in textu allegato Quia voltis me interficere nec legem hoc
evangelium est coram populo clerum evangelicum per predicationem corrigere
sed tractare quod xpistus clero signalat et turbis predicabat et iste casus
est exceptus per ante nec nolo dicere quod ubi esset clerus et populus in unum
congregati quin communia vitia utriusque status competencia possint
debite reprobari Sed intentio mea est de vitiis personalibus et specialibus
statui clericali pertinentibus que tunc maxime ad illum rescindo sunt publice
coram populo denunctianda nisi modo premisso Ad etiam apostolus scripsit etc
Dico quod verum est quod apostolus loquitur thimotheo episcopo sed non dicit pre
dica omnium vitia oportune importune Sed argue obsecra increpa etc
Argue obsecra increpa in omni pacientia et sic arguit racio ab insufficienti
Ad etiam prophete sancti predicatores sacerdotes vitia etc Dico quod Daniel
presbiteros occidit nam illi sollicitabant ad malum mulieres dicitur cum daniel
xiijo Sic faciebatis filiabus israel et ille timentes loquebantur vobis
et ille casus fuit exceptus ita de Elya dicendum est Nam prophete
baal male docebant populum Regum xviijo Ad quartum licet tota cause etc
Istam rationem concedo et est casus exceptus sicut quod supra dictum est
Ad quintum licet constitutionem ecclesie factam denunctiare etc Dico quod hoc
est promulgare constitutionem ecclesie sed hoc non est proprie predicare illa enim con
stitutio denunctianda notorios concubinarios est penalis pene autem non
inferuntur per legem nisi contra transgressores et sic non puniuntur boni

Sed in imperio vicorum per predicatorem coram layci et etiam boni scandalizabantur quia per eam non sequuntur a malis et petulantes. Ad sextam licet clericos inobedientes etc. Concedo totum. Valde enim suadeo peccata clericorum publica puniri per suos iudices, quod fit cum propter inobedientiam canonica monitione precedente excommunicantur aut alia pena puniuntur ut suspensionis, interdictionis, incarcerationis, depositionis puniuntur. Ratio autem statim visa est cur liceat publice etiam laycis videntibus punire clericos et non vitia clerici coram illis in predicatione detegere sine magnorum malorum incommodo. Ad septimum stat unum certum clericorum in hesim etc. Concedo istam rationem et est pro vobis. Ad octavum clericus publice et singulariter alii clerico imponit etc. Dico quod clericus imponens alteri manifesta crimina in appellationibus hoc facit coram suo iudice. Ita dico quod clerici aut sacerdotes post primam correctionem secretam si non corriguntur possunt suo superiori denunciari. Et hec est via tenenda in correctione clericorum. Ad nonam licet ut quidam dicunt etc. Dico quod pro aliquibus criminibus clericus potest publice puniri. Immo dicunt quia quod per iudicem secularem sunt etiam puniendi sicut tamen est falsarius et de aliis. Sed non sequitur quod ideo liceat in predicatione coram populo ipsum sic infamari aut denunciari. Ratio quia predicatio est actus caritatis, punitio installationis aut alia publica est actus iustitie et iustitie quod publica crimina non sunt occulta punitione corrigenda. Item in punitione per iustitiam solus infamatur, in predicatione coram populo non solus qui peccat sed boni propter eum, quia non discernitur singulariter in verbo predicationis sicut in iudicio. Ad decimam quam dicit etc. Dico quod non est illicitum scribere quod licitum est proferre. Cum ergo dominus illos scribas et phariseos arguere pro eo quod vite non cognoverunt nec tempus visitationis sue arguit et etiam coram turbis, quid mirum est si hoc scripserunt evangeliste. Ad XI dum sacerdos etc. Item dixi quod contra clericum infidelem predicavit dominus cum esset sacerdotium sufficiens secundum cum translacione legis. Ita contra sacerdotes infideles si qui essent licet predicatorem populum munire, immo etiam quilibet Christifidelis posset illi contradicere maxime ubi imminet fidei periculum. Possunt preponere multa signa peccatorum mortalium in apparatu, in gestu, in colloquiis et aliis que non necessarium ad memoriam reducere puto, quia illa lucide narrante et memorie intellexistis ut estimo. Iam dictis cupiens finem imponere quatuor dicta in materia correctionis et punitionis peccatorum publicorum inter nos existentium per vestram commendationem possum sub epilogo repeto. Prima quia ponit omnia peccata mortalia publica esse punienda per publicationem pene quod dico ad dictam correctionem sunt et ego probavi oppositum habeo enim legem divinam praxim Christi et apostolorum et primitive ecclesie auctoritates sacrorum canonum et dicta sanctorum doctorum Augustini, Jeronimi, Gregorii et in lege divina veritatis fundamentum ut audistis. Beda dicit quod ponit quod a quolibet fideli peccata mortalia publica prelatorum et sacerdotum data eorum pertinacia sunt publice coram laycis arguenda. Et ego pono oppositum

habeo doctores Albertum Thomam Richardum de media villa Hostiensem et non
nullos alios qui dicunt quod resistere coram omnibus in facie superiori
inferiorem non decet et quod hoc ipsum Petro non fecisset nisi aliquo modo
par ei fuisset quantum ad fidei defensionem et ita dicit glossa ad Gal. 2o
sicut quod diffuse monstratum est Tercia dicta quia ponit quod peccata mortalia
publica prelatorum et sacerdotum sunt predicanda etiam coram ipsis et ego
dixi quod peccata personalia dictorum specialia illi statui non sunt ipsis denun-
cianda per predicatorem immoderate sed cum sobrietate et discretione du-
ratis iudicat coram eo hoc esse faciendum dixi personalia addendo
peccatum ipsis directe nocentia ut est infidelitas et mala doctrina in
moribus dixi specialia illi statui quia omnia peccata illius et ipsis potest
predicator arguere coram ipsis prout et ea que sunt directe ipsis infectiva
modo supius expresso sed personalia extra statum ecclesiasticorum inmoderate
aut cum exprobratione vel imperio coram ipsis non sunt predicatores
arguenda predicacio enim non fit pro peccato unius persone sed multitudinis non
multitudo modeste et leniter arguenda est ut dicit b. Augustinus epistola ad
Aurelium prius allegata etiam quia talis finis instituta est multacie
est enim ad correctionem et emendacionem et talis foret ad confusionem magna
Quarta dicta quia ponit quod peccata mortalia publica quorumcumque sunt
per potestates seculares tractive punienda Ubi correctio fraterna generalis
reprehensio per predicacionem ubi dei non sufficit Et in hoc quod ponit de prel
prelatorum sacerdotum et ecclesiasticorum quia dixerat universaliter quorumcumque
Ego posui oppositum et ostendi quod peccata personalia ecclesiasticorum utpote
que neque fidem aut bonos mores ex se inficiunt aut ipsorum subdi-
tum per doctrinam exceptis aliis casibus a iure seculari potestati concessis
non sunt per eam penaliter punienda et habeo scripturam sacram proximum
apostolorum sacros canones et dicta sanctorum doctorum se in lege divina
variatur fundamentum ut in secunda conclusione secundi puncti
diffuse probatum est Sunt alie dicte Quinta quia negat legem
humanam posse licite punire reos mortis suppliciis et ego probavi oppo-
situm Alia dicta est quia negat indulgentias et dicit eas in
lege dei non esse fundatas Ego autem probavi eas fundamentum
in lege dei habere et aliter auctoritate ecclesie fuisse introductas ad magnam
utilitatem fidelium ad honorem dei et ecclesie profectum Alia dicta
quia dicit peregrinationes esse ex inventione hominum ydolatriam sapere
et superstitionem Ego probavi oppositum et ostendi quod in lege veteri fuerunt
institute et precepte et a Christo salvatore observate et a sanctis sollicite
usitate et satis extense sicut audistis Alia dicta quia ponit quod hec
fraternitates non videntur a domino nostro Ihesu Christo introducte neque ab
apostolis concesse aut usitate sed magis videntur detestande cum per
talia sophismata lex dei sufficiens ad ipsum fidelem regendum contemnatur

Et ego dixi et probavi oppositum et quod hec sunt in scriptura fundate. Ad alia
dicta ut nobis est in absolucionibus et excommunicacionibus aut audistis o
excessus aggravavit tuum ignem zeli succendi ut si ita foret ut vult
ecclesiastica ierarchia turbaretur tumultuaret ignobilis cum nobili
puer contra senem apertus esset puteus dissensionum abyssus sca-
dalorum. Curavi igitur ut ignem mitigarem non extinguerem
correctionem peccatorum non tollerem sed ordinarem. Hec modificacio per me
dicta est. Est aqua flamma sub olla de qua ab inicio remittens
ut peccata per disciplinam ardeant sed succendentes primas non con-
sumat corrigantur peccata permaneat ecclesiasticus ordo et debito gradu
cuncta subsistant. Si paululum dilectus meus faber meus succendere
desinat modum ponat in vindicta peccatorum memineritque de indulgen-
cie et aliis predictis semitur velit de sua aquam moderacionis aspergere
fecerim ut alter faber ignem moderate punicionis peccatorum sufflabo ut
in olla ardente usque ad faciem aquilonis peccata ut possibile est urat.
Et si sibi videatur aqua mea amara quia aqua contradictionis d[ul]-
cis tamen sibi fiat ut aqua Syloe que vadit cum silencio prestet
auxilium in hac sacra Synodo si tamen in modo correctionis unani-
mes simus qui que corrigenda sunt vicia concordamus expurgabitur
in olla caritate per succensa peccatorum rubigines et exibit opus eius
de fornace ignis et vas purissimum erit ecclesia in hoc camino ignis ex-
aminata et purgata ut non iam sint columbe scilicet unice sponse eius
id est ecclesie penne deargentate et posteriora dorsa eius in pallore
auri sed de auro mundo vere caritatis ut fulgeant iusti et tamquam
scintille in arundineto discurrant in cuius nomine aggregati sumus
Domini nostri Ihesus Christus qui cum patre et spiritu sancto est imperium
honor et gloria in secula seculorum Amen Amen Amen

Prefacio in responsione facta per magistrum Egidium decanum Camera-censem ad replicas articuli presentati per unum ex oratoribus Bohemorum

Cum excrescit ignis in immensum patres reverendissimi
et viri spectabiles humana solet industria aquam
illi superfundere. Unde cum nuper ollam succensam
vidissem ignemque illi suppositum adeo vehementer
ut nisi aque superfusio temperasset ardorem non modo peccata consumpsisset
sed et ollam aquam moderacionis ut eam pollicitus apposui dictam venerabilis
opponentis ad medium proposse reduxi. Consequens non est ut que sit
hec aqua et cuius virtutis vestris excellentissimis ingeniis mea
parvitas aperiat. Est namque aqua quam bibens non sitiet usque
Illa autem que aut sitim provocat vel non extinguit ostendere aut
venas eius aperire presentis negocium non requirit sed ollam ipsam que

cum flammas trepitantes nimii desiderii ad medium temperamentum reduxerit
sit plane refecit ut aliam deinceps potatus non queat. Hec etenim est illa
de qua mulieri Samaritane querenti aquam in puteo Salvator
ait Joh. iiii^to Qui bibit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum
Sed quo illam aquam quam dominus pollicetur se daturum dare poterimus. que
nam est virtus mea ut aquam illam exprimam quam bibentes non sitient
amplius. Profecto illius dator esse non possum sed dator minister. Sicut
dei adiutores non sumus dei ministri sumus. Christus ipse illam ego dabit
ex auctoritate ut deus et ego eam ut servus lingua et doctrina ministrabo que
admodum et antea ministravi. Jam cupit animus iam aures erigunt
ut que sit hec aqua sermo describat. Aqua ista est aqua sapientie
salvatoris de qua Eccli. xv^o dicitur Potestas de abatione scripta memoria
fecerat aqua sapientie salutaris potavit illum scilicet iustum. Hec de summo
trahit originem que de verbo patris in quo sunt omnes thesauri sapientie
et scientie absconditi. cuius celum sedes est et terra scabellum pedum eius
Jo. iii^o Qui de celo venit super omnes est. Hec sunt aque que super
celos esse per prophetam testantur. Et que in capite Genesis dicuntur esse
super firmamentum hec est que secundum Jacobum apostolum desursum est
sapientia tamquam fons sapientie in excelsis. Hic fons irrigat universum paradisum
voluptatis. dividitur in quatuor capitalia flumina que sunt eterno
visio fruicio et omni tempore perfecta securitas. Postquam hec qui in celis re-
gnat in terris visus est et cum hominibus conversatus est. Qui dum fati-
gatus sedet ad fontem Jacob et aquam dare promisit quam cum in
cruce dormiret sponsionem implevit. Nam cum latus eius miles
lancea perforasset continuo exivit sanguis et aqua. hanc ecclesia vidit
infra paucos dies letabunda commemorabit voce sua dum canet.
Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro et omnes ad
quos pervenit aqua ista salvi facti sunt et dicent alleluia. Hec est
sacra scriptura que a verbo vite processit qui fuit patribus in prophetis
locutus est novissime autem in filio per quem fecit et secula. qui de fine
seculorum factus est ex muliere factus sub lege et pro nobis sub lege ut qui sub lege
erant eciam redimeret. Hic primus humilitate fons crevit in flumen
magnum in quatuor quoque capita ad instar illius qui de monte
dividitur: credenda agenda intelligenda et speranda. Sunt
namque libri legales in scriptura sacra ideo est fluminis agendorum
nam lex impleri debet. Sunt hystoriales ideo fluminis credendorum
Sunt sapientiales ideo fluminis intelligendorum. Sunt prophetales in quibus
celestia premia et archana umbre teguntur ideo fluminis sperandorum
De istis fluminis aut fontibus aquas haurire et vobis inde apponere
effundere statim incipiam et utinam michi dicat ad Samaritanam Da
michi hanc aquam ut non siciam non ultra ardeam super modum in promptu

peccatorum neque veniam huc haurire ad puteum sciarum secularium a nescio
qualium scripturarum per homines non per spiritum sanctum suffossum. Certe cum
sim quod si bibero ex hac aqua quam pollicetur sitiam tamen ubi fuerit facta con
versio non sitiam ultra. Attendat ipse cogitent et singuli qui putei
iste aquarum viventium altus erat puteus. Sed quam Samaritana
speciabat altus et illo non erit iste altior. oportebat ut mulier de quo
hauriret haberet et ad hauriendum se inclinaret et cum ista sit alta
profunditas hiis non indigentibus instrumentis dixit illa domino putans
quod istas aquas quas sciebat querebat petere. puteus altus est et
non habes in quo haurias. quasi diceret aqua sine vase et sine fune
de puteo haberi non potest. Dico et ego querentibus aquas vivas. Nisi vas
ad hauriendum habueris nisi funem vasi alligatum nisi et te inclina
veris aquam divine sapiencie habere non potes. Inclinacio nempe humilitas
ingenii est qua sic se retinet ut imperfectum suum videns se vagari
ne oberret non permittit. Immo captivat se in obsequium quod sic se
certis legibus constringet ut sapiat non plus quam oportet sapere sed
ad sobrietatem. et non bibere ut phisici sed ad eandem regulam coniungat
verum in corde cum ore loquente. Hec est inclinacio necessaria.
Vas in quo aque sanctarum scripturarum continentur sobria meditacio
est non curiosa investigacio. non superflua inquisicio eorum que neque
necessaria neque utilia sunt saluti illorum. Etenim qui superfluis in
sistunt qui prurientes aures habent studia propter curiositatem avulsa
ad fabulas convertuntur. profecto illorum vasa ut cribrum perforata sunt
aut ut cisterne dissipate non valentes continere aquas. Nam tanta
est audiendorum novorum ambicio ut novis supervenientibus vetera
pereant. tales pleni sunt rimarum si aliquid susceperint hac vel
illac effluent ut alter pervaneus omnia audire volens et nichil valens
in secreto retinere. Sobria autem cum humilitate ingenii inquisicio di
vinas scripturas inveniet et inventas retinebit ad salutem. Funis
vasi alligatus est longanimitas in sufferencia laborum. aqua vasi
alligari oportet. Nam nec sobria divinorum eloquiorum meditacio
sapiencie divine aquas de abysso multa sacrorum voluminum pro
trahere valebit. Hec ipsa alto modo vir magne auctoritatis tunc temporibus
cancellarius parisiensis solitus erat dicere. Cohibe volens aliquorum
ingenia prevalencia in scripturis aut divinis aut humanis sic inquires
memento te esse hominem. Abice curiositatem stude quod vis si me
mineris te esse hominem. ingenium declinabis ad scripturas ipsas se
quens non eas ad tuas ymaginaciones pertrahens si curiosus non
fueris sed religiosa inflexione procedas nec eris scrutator maie
statis. funem longanimitatis ad vas sobrie meditacionis ligatum habebis

studete potius quod haurietis ex eorum puteis aquas apportabiles / quia ex quo et
in quo haurire valeas habebis hec premitte clamus apto ut habeam
et aquas duas ubi affamen ad ollam succensam opponentis Non igi-
tur vos tedeat patres dignissimi et viri discretissimi audire duobus diebus
quo pro me dominus loqui dignabitur et videar quale refrigerium aqua
vi opponentis prestabit / quod factum arbitror cum per scriptores et doctores
ac rationes in lege domini fundatas velut aquam super opera sua effudero
quod ille prestare dignetur de cuius fontibus prophetia nos in gaudio hau-
rire precinebat ipsius ihesus christus salvator qui cum patre et spiritu sancto
est benedictus deus in secula

Cum replicas contra positionem de punitione peccatorum publicorum
proximitate factam intueor reverendissimi patres viri opponentem in-
fructuosos labores manibus suis racionum et tela confracta con-
tinuum dum fortissima quam plus quam lx bellatores doctores
fortissimi habentes enses racionum super femur suum ambiunt cingunt
custodiuntque ut iaculaciones de tam longinquis attulisse / set aut
vera clarissima ingenia ventilaverunt suspendam particula puncta
in quibus maiorem vim fecit de medio reliquorum doctorum suorum
extrope oriabo unde fasciculum componens et nichilominus recta
rasione digna suum locum obtinebunt In primis leges humanas
negligit omnia per eas puniri posse concedit peccata mortalia publica
omnia que lex divina prohibet humano iudicio punienda arbi-
tratur pacem hominum quasi rem modicam apud ceteram demergi Ro-
manam multum commendat / Hec in prima audiencia diffuse peregit
Dehinc sacerdotium evangelicum minus debite veneratum ipsum
sternendo pedibus laycorum motum legum supremum implectendo
supplicio mortis abnegat decimas et oblaciones quas dominus tam
stricte iussit dari sacerdotibus indicat per laycos pro illorum sacerdo-
tum peccatis personalibus posse auferri / Hec in 2a audiencia Laude
indulgencias prosequendo iuxta consuetum tradicionis formam Peregri-
naciones implebat sanctorum martirum aliorum quoque dei electorum reliquias
veneratores quoque imagines cum vituperio arguit Hec omnia pius
catholicorum auribus multiplici sermone narravit in 3a audiencia /
Ad que et illius adiuncta que premittit colligere potui in duodenario
comprehenduntur cum fiducia magna responsa sufficiencia dabo /
falsitatem detegam veritatem asseram contra dicta mea ad modicam
suis obiectionibus inclinata relevans / illius dicta enervabo et dissipa-
bo auxiliante deo responsionem Habebit igitur actus iste et puncta
complectenda tres audiencias illius / quorum ad summam quo claudere
festino Sex dicta in quibus dictis meis sermonibus adversatur que
ordine reservabo / Primo ostendam illa non esse vera et racionibus suis solvam /
2o ostendam non sufficienter cum meis racionibus satisfecisse Primum

dictum sed est de lege humana. Dicit enim illam ultra legem divinam et naturalem
non esse necessariam simpliciter ita quod sine illa non sufficienter posset dirigi res
publica vel genus humanum. Pro cuius improbatione suppono quinque
distinctionem necessitatis. Est enim necessitas absoluta et ex suppositione finis.
Prima est secundum quam aliquid non potest non esse. 2a est ex suppositione secundum quam
aliquid finem suum consequi non potest nisi illud quod sit necessarium habere
aut si commode finis suus consequatur oportet illud adesse. Igitur iuxta
illum secundum modum necessitatis dixi in positione mea quod ultra legem eternam
et naturalem est ponenda lex humana. Et nunc confirmatur ad illa
dicta quod hec 2o modo necessitatis est necessaria. Nam si politice homo vivit
vivere valde utile est habere leges humanas. Et hic est 2us modus necessitatis
secundum quem dicitur Genesis xliii Si sic necesse est facite quod vultis etc. Et Thobie xii
Quia acceptus eras deo necesse fuit temptatio probaret te. Et in
capite ysagogarum porphirii ad cathegorias Aristotelis dicit idem Por-
phirius suo discipulo Cum sit necessarium Crisaori ad eam que secundum
Aristotelem est predicamentorum notitiam nosse quid sit genus quid species.
Et hec repugnat uni ex dictis suis scilicet 2e parti prime positionis sue
que talis est. Quamvis lex eterna sit ponenda in summo omnium principe
non tamen ultra hanc eternam legem et naturalem necesse est ponere legem
humanam ita quod sine ea non possit dirigi res publica seu genus humanum.
Credo quod intelligat et velit dicere quod sine lege humana politie per legem
divinam et naturalem sufficienter et convenienter possit dirigi ad finem suum
ultimum. In hoc ei contradico non tamen quod hoc sit ex sufficientia divine
legis sed ex parte mea. Necessitas ergo (?) legis humane patet ex quadruplici
radice. Prima sumitur ex parte cognitionis humane. 2a ex parte affectus
illius. 3a ex parte materie legis nove (?). Materie inquam circa quam scilicet circa
de quibus lex fertur. 4ta ex parte finis legis humane. Due prime
radices in parte deducte fuerunt et ubi dicta sunt repetitis habeantur.
Superest aliqua addere eisdem. Cum omnis multitudo ab uno effluat
reducitur ab uno ad multitudinem ordine quodam. Unde est quod species vere sunt
sic numeri et quod sicut res incipiunt distare a primo incidunt in maiorem com-
positionem et defectum et mutabilitatem sunt que dissimiliores ac di-
minutiores omnesque perfectiones inferiorum continentur eminenter in superioribus.
Unde vegetativum in sensitivo et sensitivum in rationali et rationale in
intellectivo perfectionaliter continentur. Ideo secundum Ysaac libro de diffinitionibus
Ratio oritur in umbra intelligentie, sensitivum in umbra rationis,
vegetativum in umbra sensitivi. Hinc est quod res inferioris ordinis non
possunt sibi adequare perfectionem superiorum mancantibus viribus (?) in sua
specie. Propterea dixi fuit in positione quod ratio humana non potest ad plenum
capere dictamina divine sapientie quippe cum angelica ad cuius plenitudinem
homo per naturam attingere non sufficit. Et cum angelica comparatio ponitur

in intellectu poneretur in intellectu humano non posset humanus comprehendere
omnia que intelligit angelus Si ad ymaginacionem intellectus ponetur
in potentia estimabili non posset ulterius sed tamen percitant per eam cognoscere
sicut ergo per eam non possum Sylogizare ex omnibus continentis in se habet
universalem conceptionem quia sic sit non comprehendet eam Sic vero
humana divinam aut eternam legem non comprehendit Quamvis ergo esto
quod lex sit de se sufficiens ad directionem humanorum affectuum Ita
per eam solam deus omnia gubernat tamen quia eam homo ad ple-
num capere non sufficit oportuit ei universalitatem eius per legem humanam
partiri et dividere sicut habet Dyonisius 4 superiores angeli illuminando
inferiores suam sapientiam inferioribus dividunt Sic facit et magister suo
discipulo cum eum instruit / hoc videlicet ad dividacionem prime racionis
ibi facte / Secunda vero racio sumpta fuit ex parte affectus et ex in-
de actionis quia voluntas movet ad exterior actus / tam addendum
per eius declaratione / quod ex quo proni sunt sensus humani corde ad
malum ab adolescentia Genesis viii non sufficit ut quis moneos
sed requiritur disciplina coactiva que metum inferat Ipse in ea
bestialitas a maximis delectacionibus ut illa que est peccandum
arcetur Unde septimum Exodi xx[o] Ut probaret nos deus venit deus
et ut terror illius esset in vobis et non peccaretis Cui consonat illud Ode-
runt peccare mali formidine pene / licet autem divina lex penas e-
nas comminetur tamen illis non terrentur ad talia inordinate depressi
quorum cogitacio futura non prospicit aut parum puerilis imfirma et
infixa in limo profundi Propterea necessaria fuit lex humana que
penas sensibiles de propinquo minaretur et mox transgressoribus infli-
geret per quos viciosos aut ad vicia pronos a noxiis retraheret et
carum metu assuescerent virtutibus Et hec vero sumitur Ethica vii[o] ubi
dicitur Noli velle fieri iudex nisi virtute valeas erumpere / et ab
Ysydoro v[o] Ethimologiarum habetur distinctione iiii[ta] capitulo dicitur Facte sunt leges ut
earum metu humana coherceatur audacia Nam dictis superaddo tertiam
racionem sumptam ex parte materie circa aliquod obiectum alia que ad aliud
non habet necessariam habitudine permittit aut non principaliter intendit sed
lex evangelica circa graciam principaliter versatur ergo lex evangelica non precipit
aut prohibet ea que ad graciam non habent necessariam habitudinem / maior nota
est intelligenti / minor patet per apostolum Ro iiii[to] dicentem / Ubi est gloriatio
tua exclusa est per quam legem factorum. non sed per legem fidei que
est lex evangelica Nam Romanorum viii[o] eam vocat legem et mortis
et ordinans quod per legem veterem hoc fieri non poterat sed per novam Ubi dicit
Nam quod impossibile erat in qua infirmabatur per carnem deus filium
suum mittens in similitudine carnis peccati et de peccato dampnavit
peccatum in carne ut iustificatio legis impleretur in nobis qui non secundum carnem

sed sm spiritum ambulamus Et hec duo de dilectione dei et proximi loquens
testatur cum ait Mt xxii° In hiis duobus mandatis tota lex pendet
et prophete ex qua racione apparet quod ad duo aliqua possunt pertinere ad
graciam / vno modo sicut inducencia aliqualiter ad graciam ut opera sacramentorum
noue legis aut ad eam disponencia ut fides quantum ad intellectum et
contemptus mundi quantum ad affectum Alio modo quantum ad graciam sub-
sequencia sola talia precipiuntur a lege ewangelica institutum precipiuntur
aut prohibentur eo quod ad graciam non tenentur preceptum et rectitudinem sunt satis
peregrina intus legis ewangelice / Cuius consideracio principalis est inducere
ad graciam Omnis siquidem gracia ad nos confluit per ihesum xpm hominem factum
Jo i° vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre plenum
gracia et veritate Et post pauca de plenitudine eius omnes accepimus
graciam pro gracia quia lex per moysen data est gracia autem et veritas per ihesum xpm
facta est Et hoc intelligendum est de hiis que habent necessariam convenienciam
aut contrarietatem ad ipsam / Vnde si habent necessariam rectitudinem convenientem
precepta sunt in lege noua ut est confessio fidei tempore quo oportet
eam confiteri Si contrarietatem prohibitam ut est negacio eius ex quo
sequitur // Ergo quod illa que ad graciam non habent necessariam rectitudinem
sicut predictum est non sunt precepta aut prohibita ex ipsa prima legis
institucione sed relicta sunt a legislatore vnicuique scilicet quod curam
gerere debet et in talibus sibi cuilibet presidenti circa talia ordinare suis sub-
ditis quid talibus est faciendum aut vitandum / lex enim vetus multa
determinabat et pauca relinquebat libertati hominum determinanda Hec ex
tho° hec 1 2e q. c viii et c viiii in diversis locis eadem causa / q. art°
2° in pe dicit sic Cum ewangelium sit lex gracie illa solum precipere debuit
per que in graciam introducimur et prohibere per que excludimur vel que per-
tinent ad vsum eius gracie ex necessitate / Cum igitur graciam ex nobis
consequi non possumus sed per xpm solum ideo sacramenta per que graciam
consequimur ipse dominus instituit per semetipsum Rectus vero vsus gracie
est per opera caritatis que secundum quod sunt de necessitate virtutis pertinent ad precepta
moralia / sed quia iste determinaciones non sunt de necessitate gracie interioris
in qua lex noua consistit ideo non cadunt sub precepto noue legis / sed
relinquuntur humano arbitrio quantum ad subditos que scilicet pertinent
singulariter ad quemlibet Quedam ad prelatos spirituales vel temporales que scilicet
pertinent ad vtilitatem communem // hinc est quod lex noua nulla alia deter-
minare debuit exteriora opera precipiendo vel prohibendo nisi sacramenta
et moralia precepta que de se pertinent ad racionem virtutis ut est non
occidendum non furandum c. v ex tho. ubi supra Igitur cum multa sint
requisita circa ritum et vsum sacramentorum et impleccionem operum virtutum
que per legem ewangelicam determinata non sunt necesse est esse leges humanas circa ista

aut Similes hoc determinantes dicens quod non oportet quia prudens vir fidelis
omnia talia recte disponet et ordinabit. Videtur quod non et michi in prompto
occurrit quod dicit Aristoteles 2o rethorice et Thomas tractat in 2a 2e questione 95 articulo
1o ad 2m ibi determinat quod melius est omnia ordinari lege quam dimittere
judicum arbitrio propter tria. Primum quia facilius est invenire paucos sa-
pientes qui sufficiunt ad rectas leges condendas quam multos ad iu-
dicandum de singulis recte. Secundum quia hii qui ponunt leges ex multo tempore
considerant quid lege ferendum. Judicia autem ex subitis casibus orta
fiunt facilius autem ex multis consideratis potest homo videre quid rectum sit quam
solum ex uno aliquo. Tercium quia legislatores iudicant in universali et
de futuris. Sed homines iudiciis presidentes iudicant de presentibus que mediis
afficiuntur amore vel odio aut cupiditate et sic eorum iudicium depravat-
ur. Cum igitur iusticia animata iudicis non in multis inveniatur et quod
flexibilis est ideo necessarium fuit de quibuscumque est possibile lege determinare
de quibus iudicandum est et paucissima committere hominum arbitrio. Apparet
igitur necessitas legis humane ecclesiastice aut civilis ultra legem
evangelicam. Item erant in lege veteri ultra sacrificia sacra. Unde
in lege nova esse debent. Tum quia in eis non offertur quicquam nisi pertinens
ad necessitatem eius ut in consecratione templi aut altaris aut buldatore
talis in celebritate solempnitatum et sic de similibus. Igitur talia deus
instituenda fidelibus dereliquit pro suo arbitrio. Rursus quia iudici-
alia considerata quo ad talem vel talem determinationem non sunt de neces-
sitate legis sunt quantum ad communem rationem iusticie. Ideo iudicialia precep-
ta reliquit deus disponenda hiis qui curam illorum habent futuri vel spiritu-
alem vel temporalem. Est tamen verum quod certa precepta iudicialia veteris
legis quedam explicavit propter malum intellectum phariseorum. Hec ex Thoma
1a 2e questione 108 articulo 2o ad 2um et 4tum. Illud autem quod dictum est de iudi-
cialibus preceptis ordinandis ab hiis qui preesse poterunt in futurum est
accipiendum de de iudicialibus preceptis ordinandis ab hiis qui preesse po-
terunt in futurum est accipiendum de iudicialibus tempore gratie non de iudi-
cialibus veteris legis saltem illa ratione qua tunc obligabant. Sicut
patet ex ista radice quod oportet ultra legem evangelicam ponere legem
humanam. Ex quanta que est finis legis humane ostendo necessitatem
huiusmodi legis. Non dicto legis humane huius finis est conservacionem pacis pol-
litice ad quam venitur et ea parta servatur per hoc quod hominum auda-
cia legibus arcetur et nocendi facultas refrenatur. Quia ex hoc tuta
est inter improbos innocencia quod formidatur in improbis supplicio
audacia ipsa et nocendi facultas cohibetur. Hoc patet in decreto dis-
tinctione 4ta facte sunt leges prius allegate. Ipsa autem audacia aut facultas
nocendi et si divina lege prohibeatur tamen quia viri iniqui deum non timent

nec iudicia eius expauescunt nec curant penas eternas illis ipsatas necesse
est humanis constitucionibus penas sensibiles deputare scelleribus
quas timeant quorundam ferore animalis appellantur Et hec facit lex hu-
mana Ideo si quiete et pacifice velint homines viuere in communitate
politica oportet tales leges esse sancitas ppeca in capite decreti dicit
Gracianus humanum genus duobus regitur nali vz iure et moribz
Et declarando quid naturali iure et moribus intelligat accipit verba
Ysydori ii° lib° ethymolog dicentis Omnes leges aut diuine sunt aut
humane diuine nature humane moribus constant negare autem
necessitatem seu utilitatem legum humanarum est negare decretum in
capite est negare doctores sequentes de illis mencionem facientes
et eas valde utiles ostendentes primo Aug' ad macedonium qui ait
Non frustra sunt instituta ptas regis et ius cognitoris vngule carni-
ficis etc et ut alias in posicione allegaui sequitur hec ista omnia modos
suos glo ad quid fiant causas quia ut dicit glo sine causa nemo
puniendus est Racionem glo Nam secundum leges iudicandum est utilitatem
Nam glo teste hoc solum bene agitur ut uita hominum corrigatur dec
2 X q v Non frustra et ca q ad fidem dicit Aug contra petilianum
heticum loquens de legibus humanis sic igitur que aduersus uos
leges constitute sunt Non eis bene facere cogimini sed male facere prohibe-
mini Nam bene facit nemo ꝑt nisi elegit nisi amauit quod est in
libera voluntate cum aliquid aliud aduersus vos leges constituere ad-
moneri vos credite ut cogitetis quare ista paciamini et ambrosius sr
epistolam ad Ro et hetur xxiii q v Sunt quedam ostendit necessitatem
seu utilitatem huiusmodi humanarum legum et loquitur de Ciuilibus legi-
bus ait enim sic Sunt quedam enormia flagicia que potius per mundi
iudices quam per antistites et rectores ecclesiarum iudicantur sicut est cum quis
interficiat pontificem apostolicum Episcopum presbiterum seu dyaconum huiusmodi
reos Reges et principes mundi dampnant ergo non sine causa gladium
portant qui talia scelera vindicant Sunt enim maxime constituti
propter homicidas raptores ut eciam illos dampnent et alios suo timore
compescant Item Aug 3° de Ciuitate et hetur ea causa E q
Non est dicit Non est in nocentis feriendum sine ut in malo grauius
incidat Pertinet ergo ad innocentis officium non solum nemini malum
inferre verum eciam cohibere a peccato uel punire peccatum aut ut ipse qui plus
odio habebatur corrigatur experimento aut alii terreantur exemplo
propterea Idem ad Vincencium Donatistam ait videbis ut opinor non esse
considerandum quod quisque cogitur sed quod quisque bonus esse possit inuitus sed
timendo quod non vult pati uel relinquit impedientem animositatem uel
ignoratam compellitur cognoscere ueritatem ut timens uel respuat
falsum de quo contendebat uel querat verum quod nesciebat et volens

iam teneat quod volebat. Sequitur: Porro civitas mea que cum tota esset
in partes Donati ad unitatem catholicam legum imperialium timore conversa est
quam nunc ita videmus huius animositatis vestre perniciem detestari ut in ea
nunquam fuisse credatur. Porro Pelagius papa 23 q. v c. Non nos ait paulo
post principium: Si ut illi putant nemo est reprehendendus a mala ad bonum
humanas ac divinas leges necesse est evacuari que et malis penam et
bonis premia vel iusticia suadente constituunt. Malum autem esse scisma esse
et per exteras etiam potestates huiusmodi opprimi debere homines et canonice scripture
auctoritas et paternarum nos regularum vitas docet. Ibi inducit constitutionem
Concilii Calcedonensis et quendam Augustinum qui de talibus ait: Multa cum invitis
benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt quorum potius uti-
litati consulendum quam voluntati. Idem Pelagius Narsete patricio c. de li-
guribus dicit de illis qui scisma in ecclesia faciunt quod extrahuntur. Si vero suam
illam contempserint per potestates publicas hoc est seculares opprimantur. De hoc
Pelagius papa ait c. sequenti cauali in quo dicit sic: Hoc enim divine et
humane leges statuunt ut ab ecclesie unitate divisi et eius pacem iniquis-
sime perturbantes a secularibus potestatibus comprimantur. Et ille auctores
adduci possent ut exempla quibus evidenter probarentur facientes scis-
mata in ecclesia sancta. Nam solum exiliis sed etiam proscriptione rerum et dura
custodia per publicas potestates debeant coherceri. Et sic patet legum humanarum
ultra evangelicam necessitas seu utilitas et adhuc hanc unicam rationem
ultra premissas appono. Omnis dominus curam habens de subditis leges
accommodans et statuta imponere debet quibus illi sint obedientes domino et
pacifice inter se conviventes. Non enim potentia aut voluntate regi debet
humanum genus sed arte et rationibus. Igitur aut negare oportet omne
dominium humanum aut concedere leges humanas fore necessarias
seu permultum utiles. Primum negari non potest. Cum homo natura sit animalis
domesticum civile sociale et politicum ergo necesse est concedere necessarias
modo dicto esse leges humanas. Et quod sola lege evangelica non potest
hominum policia regi non ex sufficientia illius sed impotentia humane
rationis que omnia iusticia et sacramenta legis divine comprehendere non valet
et ex infirmitate voluntatis nostre ad malum pronius nec timentes deum
quod timore legum compescitur. Unde hoc modo sumuntur leges divino
in timore. Si bene dicta replicantis considero in illis invenio repugnan-
ciam. Nam 2a parte sue propositionis dicit quod lex humana ultra legem
divinam et naturalem non est necessaria. Immo sine illa potest regi respublica
et genus humanum et tamen consequenter hoc probasse subiungit quod non sunt
respuende leges humane. Et dicto inquit quod non obligant nisi ut dispo-
nunt ad legem divinam. Ex hoc sic arguo: leges humane obligant saltem eo
ut disponunt ad observandum legem divinam et ad hoc ab omni fideli principe

statuente ponuntur / ergo leges humane obligant / et si sic necessitatem / et per que
sine illis respublica regi non potest / Ad 2m sua est 8a nota est omni intelligenti
palam cum est quod leges humane ad hoc posite sunt ut quos dei timor
a malis non revocat flagella legis detrahant et ex hoc amant etc. eciam
ille eciam que sunt de contractibus ideo statute sunt ut secundum iusticia
omnibus aut ad pacem quandam ordinatur que est quoddam medium
obsequendi divinis mandatis / Item quia non est lex dicenda que non imitatur
ut predixi / et ex illa imitacione habet vim obligandi / Igitur omnis
lex subditos obligat post suam promulgacionem et in foro consciencie ea parte
qua aliquid divine et naturalis legis in illa splendet et refulget //

Post hec ad suas replicas respondeo / ad primum ubi arguit quod lex
mosayca erat per se sufficiens ad regimen ecclesie militantis / Dico quod
lex moysi erat lex particularis uni populo data in qua ultra precepta moralia
que pertinebant ad legem naturalem erant precepta iudicialia ordinancia
hominum actus in iudiciis causarum et contractibus aliis · que ad invicem
communicantibus erant et cerimonialia determinancia cultum erga deum et
ita in ea erant sufficiencia precepta pro illo populo / lex vero evangelica suf-
ficienter precepta dedit de sacramentis per que inducitur per modum instrumenta
gracia et de aliis ad primam graciam disponentibus et de recto usu gracie qui
est per opera caritatis et de oppositis dedit prohibiciones / Alia autem que non ad
graciam introducunt vel disponunt de se nec ad rectum usum eius ex necessitate
pertinent quia sunt illi legi peregrina / aliquomodo relicta sunt a christo
legis latore aliis rectoribus disponenda consideranda imperfectione humane
cognicionis / Concederem tamen si quis divinam scripturam comprehenderet
ut legis lator deus quod nichil ultra statuere oporteret / sed quia non sic est /
oportet modo predicto in similibus aliqua fuisse statuta precepta et pro-
hibita per homines quia actus isti non habent habitudinem necessariam ad
usum gracie quia gracia manere posset sic vel aliter fieri / Concedo insuper
quod in ea sit fides ecclesie et exemplar regiminis eius et si sit in se pla-
nissima non tamen nobis tamen propter quam studio elucidemus et elucidanda inventam
veram etiam credimus eam in ea sit omnis utilitas tamen quia eam com-
prehendere non valemus / Nam puteus iste altus est et non habemus in quo
hauriamus / Multo humano ingenio ad eius observanciam subsidia
inventa sunt / Placet michi / quod necessaria ad salutem sufficienter tradidit
lex nova / Ad racionem tamen dicit / Quamvis sit aut legum sufficit etc. concedo
maiorem per ut leges sunt expresse et populo in speciali promulgate / Ad minorem
dico quod illa modo non sunt in lege divina · sed sunt in ea modo excellenciori
sicut sensitivum est in intellectivo modo nobiliori quam in se / Nam unum-
quodque quod est in alio est in eo per modum eius in quo est / Cum illa
autem perfeccione qua omnis veritas et omnis lex est in lege divina non valet ab

inspectione humana lex plene intelligi ut sufficienter regulet actus humanos
sicut scientia illo modo quo est in doctore non illuminat discipulum nisi per
doctorem dividatur et practica eidem tradatur. Ubi quaeso forma iudi-
cii in foro exteriori expresse reperitur in novo testamento. Ubi de civitate tuenda,
ubi de politico regimine, ubi de munitionibus fabricandis, ubi de censibus,
ubi de commutationibus, ubi de possessionibus hereditariis, ubi de testamentis,
ubi de sepulturis et de innumerabilibus talibus que utique tradere per legem
necessarium hoc est utile fuit. Per ista patet intelligenti solutio. Ad
dictum Damiani illud est verum verum que de deo dici possunt aut expresse
aut implicite in divinis eloquiis tradita sunt. Sed leges humane de deo
non traduntur, sed de actibus humanis et convenientibus regimini humano.
Hec autem ad gratiam necessaria non habet Scriptura in particulari quia salva
gratia variari possunt. Ad dictum Gregorii xxiii° moralium illud quando
vero posset intelligi dictum suum de possibilibus evenire pertinentibus ad
salutem ex scriptura necessaria ut sunt facienda virtutes theologice
opera caritatis. Si de aliis intelligatur, adhuc est verum quod deus quecumque
possunt evenire simul in scriptura sacra comprehendit quia uno verbo dicit
se et alia que et scriptura sacra comprehendit. Sed quia homo illa
non sufficit comprehendere non potest sic omne tale distincte intelligere in ea
placuit etiam multiplicia exempla precedentium vitam sequentium informare
[illegible] et maxime de hiis scilicet que pertinent ad salutem. Sed adhuc in civilibus
et aliis restat informanda. Sed si de necessitate absoluta intelligatur repli-
cantis legem humanam non esse necessariam in hoc mecum non contradicit
quia de illa volui loqui in positione mea. Posset enim deus per aliud
medium providere regimini populi de potentia sua absoluta etiam per
prudentiam humanam multa fieri possent etiam. Illud non repeto quod ad
rationes tunc factas pro necessitate de qua nunc loquor dedi aliquod
responsum quia iudicio meo concludunt propositum. Secundum dictum
replicantis contra 2am partem propositionis mee est quod omnia peccata mortalia
publica puniri possunt lege humana et ego dixi oppositum conformiter
cum propositione mea ista. Etiam eius omnia peccata mortalia et maxime publica
sint a quolibet fideli detestanda non tamen omnia possunt puniri lege humana
non est opus dicta mea novis fulcire rationibus quia firma sunt. Duo
solum etiam hic restant facienda. Primum est enervare suas rationes,
aliud ostendere quod non solvunt meas. Et istud secundum fiet etiam sine hoc primo,
primus quia tamen ad primam rationem suam respondeam concordet dicta sua ad
invicem que utique repugnare videntur. In prima suppositione sua
posuit quod lex evangelica excedit mosaicam in extirpatione vitiorum
et punitione eorundem. Et subiungit quod lex humana deficit ab ea quia
ipsa non punit omnia et evangelica omnia punit. Et modo dicit humanam
legem omnia posse punire et rationes concludunt quod aliquae leges [illegible]

omnia puniant et ista non sunt similia. Ad primam contra rationem ad assumptum illud
Danielis iiii° de Nabuchodonozor anne positum decretum hoc: ut quicumque
blasphemaverit contra deum Sidrach Misaak et Abdenago disperreat et
domus eius vastetur. Dico quod illud decretum loquitur solum de puni-
cione peccati blasphemie quod etiam multis legibus humanis puni-
tur, non loquitur de omni peccato, non de peccato comessacionis vel ebrietatis adulterii
simplicis fornicationis fraudis mendacii et multorum talium. Ego dico possi-
bile quod illud decretum videtur quedam explicatio esse legis divine. Nam ex
miraculo liberacionis trium puerorum de fornace motus est prorumpe-
re in huius verba decreti. Et hoc est quod dicitur ubi sic: Signa et mirabilia fecit
apud me deus excelsus. Placuit ergo michi predicare eius signa quia sunt
et mirabilia eius quia fortia, et regnum eius regnum sempiternum et potestas
eius in generacionem et generacionem. Et ista moverunt statuere hoc decretum
quod quicumque blasphemaverit ipsum deum excelsum disperiret et domus
eius vastaretur. Unde ex hoc magis arguitur quod lex divina puniat
quam lex humana. Cum et si sit ab homine hoc est magis quantum intitu-
divine legi quam humane et tamen sive sit purum humanum decretum
sive aliud tamen est de particulari peccato scilicet blasphemie, ex quo quod non
potest concludi universale scilicet quod omne peccatum lex humana puniat. Ad
secundum cum arguit per illud in Esdre viii: Rex Arthaxerses lo-
cutus est ad Esdram: Tu autem Esdras secundum sapientiam dei constitue
iudices etc. Dico quod illud decretum regis est ut lex divina servetur,
et per iudices ab Esdra constitutos transgressores eius puniantur et dicitur
quotiens. Et illud intelligitur aut pena per hominem infligenda et hoc
servatis tribus sepe dictis iurisdictione convictione et pace aut in futuro
per divinum iudicium. Et quod autem sint vera patet ex glossa ordinaria ubi sic dicitur:
Justus dat manum sua legem dei et sapientiam hoc est divinis diebus que
ait et loquitur memorie se divine voluntati [illegible] sequitur [illegible] Constitue
autem dominus ut habet sapientiam in manu sua, presertim est dei vivus et dei sapientia
constituit iudices id est presules animarum qui secundum voluntatem eius iudicent
omnia et indoctos fidem per orbem predicent, et omnes qui decreta legis
illius contempnunt presenti pena vel futura iuxta modum peccati sui puniet.
Ad tercium cum arguit per illud ii° paralipomenon xv° de Asa rege ubi dicitur
sic: Rex intrait ex more ad corroborandum fedus ut quereret dominum
deum patrum suorum in toto corde et in tota anima etc. Dico quod istud
intelligitur non de pena pro omni peccato sed de pena infligenda pro peccato ydolatrie.
Volebat rex iuxta instructionem Obed prophete populum diu sine lege dei
existentem ad divine legis observanciam renovare iuxta preceptum eius
capitulum dicitur: Transibunt autem dies multi in Israel absque deo vero et
absque sacerdote et doctore et absque lege. Et sic ex hoc habetur solum quod

peccatum ydolatrie punire voluit contra rex Ex quo non potest concludi quod omne peccatum
humana lex puniat ¶ Tercium dictum explicante contra 2am partem con
clusionis mei primi principii est Omnia peccata mortalia publica divina lege
expresse vel implicite prohibita sunt ab homine ex dictamine huius legis
data pertinacia et ad hoc habita oportunitate et sufficiencia penaliter
per iudicium ipsi legi conforme punienda stante saltim brachio seculari
et spirituali in suo ordine adeo obfirmato / ego autem dixi oppositum in 2a parte
conclusionis predicte Nam conclusio fuerit hec omnia peccata mortalia sunt
divina lege expresse vel implicite prohibita non tamen omnia peccata mortalia
publica ab homine sunt ex dictamine huius legis penaliter per iudicium puni
enda Hec magister secunda parte conclusionis mee repugnat suo dicto
nisi vellet facere vnam restrictionem in illo termino habita ad hoc oportunitate
et sufficiencia ut vellet dicere quod talia peccata sunt ab homine quantum oppor
tunitatis requirit et quantum sua potentia se extendit punienda et tunc
si vellet dicere quod homo non sufficit ad omnia non contradicet michi Si vellet
dicere quod sufficit / esset contradiccio inter nos / dicti autem sui falsitas patet
ex duplici radice Prima sumitur ex altitudine legis divine et arguitur
sic In omni agente per intellectum necesse est esse formam cognicionis ab
ipso operandorum / alias cum ageret a casu Igitur iudex peccata vindicans
debet in se habere formam legis secundum quam faciat sentenciam et execucionem
dirigat Hec autem regula secundum quam artifex manum conducat ad opus et
instrumenta Si vero potencia executiva non sit adequata forme artis
in mente artificis sed diminucior et apotelesmata seu instrumenta
eciam illam formam intelligibilem non valeant in materia explicare
ad plenum iste artifex concipiet que facere non poterit / Ita si lex que est
rectoris regula sit forma intelligibilis alcior et vniversalior quam po
tencia executiva ipsius rectoris / ymmo nec illam formam legis rector com
prehendere possit in toto ambitu non poterit poterit execucioni demandare
omnia que lex iubet aut prohibet / modo sic est in proposito Lex vero divina
et si sit fideli rectori racio et forma ac regula sui regiminis tamen
tamen nec illam comprehendere valet nec potencia adequata illi legi sub
est rectori ut omnia precepta exequatur Cuius racio est quia lex divina
est regula hominis racionem excedens Sequitur quod non potest humano in
dicio omnia peccata mortalia utique illa lege divina prohibita punire / Secunda
radix sumitur ex parte fori vel tribunalis legis divine Et sic arguitur
nullius legis precepta sufficienter execucioni demandantur nisi in foro
sibi competenti ergo Proprium autem forum divine legis et competens
non est forum causarum contenciosarum in quo tantum solo iudicat homo Igitur
in foro contencioso non potest sufficienter lex divina ab homine
exequi / Verum patet sic Deus suum tribunal in quo secundum suam legem iudicat
et punit habet ut homo habet suum / tribunal vero legis divine in quo ut desecat

cordium et de omnibus peccatis publicis mortalibus iudicatur. Est in foro con
sciencie et in finali iudicio. Nam in primo de omnibus mortalibus confessatis
vindicta imponitur. in finali iudicio de omnibus mortalibus simpliciter
in primo re aut voto non condonatis. Et si in aliquo horum tribunalium
homo ut homo posset sedere et iudicare concederem quod ab homine possunt
omnia peccata mortalia publica puniri. Sed quia non sic est non concedo.
Unde pro veritate huius partis mee et confutatione huius dicti opponentis
sufficiunt michi auctoritates divine scripture praxis quoque primitive ecclesie apo-
stolorum sacrorum canonum et doctorum veracium in lege dei fundatorum
allegate. Restat ut rationes suas solvam. Quando primo assumit quod
in ecclesia sunt due partes dictorum scilicet clerus et ceteri in illa supposita vero
firmum scilicet spirituales rectores habent corrigere spiritualiter hortatiue et secula-
res corporaliter coactiue. Concedo ad primum si intelligit quod spiritualibus
rectoribus non competit alius modus quam hortatiue corrigere eis firmum
stetit peccatum quod erat in principio. Nam assumit quod quilibet illorum ex suo officio
modis ipsis congruentibus iuxta dictamine divine legis possit omnia peccata
mortalia publica penaliter per iudicium punire et hoc est probandum dicat
quod probavit. Ego sibi et apparuit intuenti dicta mea oppositum. Ad secundum
omnia peccata mortalia publica tribus concurrentibus scilicet iurisdictione cognitione
et pace salua sunt penaliter per iudicium punienda. Quia tenet
ab inferiori ad superius affirmative et ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis
quod est inconveniens ut arguitur. Dicunt aliqui hic esse fallaciam a secundum quid
ad simpliciter et hoc potest esse verum si dictum secundum quid extense sumatur pro
dicto determinationem aliquam restrictivam sive sit refugiens sive alienans.
Est enim iuxta logicos multiplex que. quedam substantiva quedam positiva
quedam de modo quedam alienans. Dictum essenciale constituit partem
substantiva. potencialis faciunt partem potestativam. determinatio accidentalis
si non distrahat determinabile a principali significato facit partem in modo
si distrahat facit dictum secundum quid proprie sumptum. Modo hec tria iuris-
dictio cognitio videntur constituere esse potestativum iudicii. Unde si ac-
cipiuntur in ista propositione omnia peccata etc. tribus concurrentibus etc. sunt
punienda restrictive faciunt dictum secundum quid large sumptum et apud logi-
cos dictum potestativum quod vocatur pars in modo. Arguere autem a parte
in modo ad suum totum affirmative bonum tenet sine distributione si tamen
distributione est fallacia consequentis. Nam sanctus Thomas logicus ubi committitur
fallacia ista quando quia non valet et econtra valet ut si arguitur omnis
homo albus currit ergo omnis homo currit non valet quia est fallacia
consequentis quia econtra valet supposita constantia subiecti ut omnis homo currit
et homo albus est ergo omnis homo albus currit. Committit ergo fallaciam
consequentis. Preterea cum ablatiuus absolute positus habeat resolui per dum
vel si vel quia sensus istius concurrentibus tribus concurrentibus omnia peccata etc. puniri

possunt puniri vel dum ista tria concurrunt omnia peccata possunt puniri si ista
tria conveniunt omnia peccata possunt puniri Arguitur ergo sic iste terminus et dictibus
omnia peccata possunt puniri / ergo omnia peccata possunt puniri est arguitur equivalenter
sic si ista tria concurrunt omnia peccata possunt puniri / ergo omnia peccata possunt
puniri et non sequitur. sicut non sequitur Si asinus volat asinus
habet alas / ergo asinus habet alas / aut sic dum ista tria conveniunt omnia
peccata possunt puniri / ergo omnia peccata publica possunt puniri / etiam non sequitur
sicut non sequitur Dum sol lucet dies est / ergo dies est / quia tempore noctis
antecedens est verum et consequens falsum Ista dicitur de sensu tali et vere
quod magis accipio istam propositionem Omnia peccata hiis tribus concurrentibus
possunt puniri ut est kathegorica de temporali vel termino subiecto aut conditionali
ut est hypothetica conditionalis temporalis aut causalis Ideo dixi consequentia
facta per opponentem non valet nec ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis
Ideo dixi quod impossibile est convenire hec tria omnia ad punitionem omnium
peccatorum collective Est etiam aliud vel sunt aliqua in cuius vel
quorum punitione hec tria non possunt observari et loquor non de
impossibili logico Sed de impossibili simpliciter. sic est multiplex impossibile sicut
multiplex possibile Est possibile logicum quod non claudit contradictionem
est possibile physicum quod nature non repugnat / est possibile mechanicum
cuius essentia non est repugnantia formarum / est possibile simpliciter quod habere
fieri potest De illo loquendo Dico quod aliqua sunt peccata que non possunt
puniri lege humana istis tribus servatis ut medium peccatum multitudinis
ut peccatum principis vel alicuius huius multitudinis sociatum Sicut ex quorum
prohibitione turbaretur civitas ut etiam peccatum quod sufficienter
non potest probari et cetera Illa puerilia ego iam senecte etatis coram consenis
simus patribus sinavierim / [illegible] esse alienus ab illo ma
ledicto quo dicitur Maledictus puer centum annorum et elementarius
vel abecedarius senex Et ysaye lxv scriptum est Puer centum annorum
morietur et peccator centum annorum maledictus erit quia non propo
motum sed ab opponente meo de materia theologica ad sophismata
pulsus hec dixi Contra secundam arguitur sic que peccata lex divina
iudicat penaliter punienda et cetera Si intelligatur sic Omnia que lex divina
sententiat punienda penaliter Ista potest homo iudex spiritualis penaliter punire
in dictamine et cetera Sicut in moralibus prima facie accipitur ubi non
sumitur ad plenum equivalenter vel tribus nego maiorem / probat illam per dictum
licitum Romanorum probando quod lex humana potest aliqua crimina punire mortis
supplicio ex illo ad Romanos primo Qui talia agunt digni sunt morte et
Romanos xiii quod iudex dei minister est Contra ergo quos deus iudicat ad mor
tem potest iudex licite interficere illos maxime quos divina iudicat occi
dendos Dico quod istud dictum si refertur ad prudentiam est verum nec est

vite nec equivalet vti Nam statim ante dictum est quod aliqua divina lex
humana punire potest licite mortis supplicio aliqua non omnia Si vincis
longam audiui non est apparentia inferre vtrumque ex predictis hec adeo de-
mens sum quod dicere vellem omnia peccata publica lege humana esse
punienda mortis supplicio Debuit etiam opponens accipere istud alia tamen
quos deus iudicat ad mortem / potest iudex licite interficere cum modifica-
cione paulo ante posita scilicet iurisdictione quantitate et pace salua
Est enim mos in doctrina positiua quevis esse penibus et verum per aliud
intelligi Quare non non posset homo punire omnia que lex diuina
prohibet aut punienda docet dictum est ante / scilicet propter excellenciam diuine
legis et impotenciam humane potencie et quod diuine legis homo non
est sufficiens executor sed deus / et homo ut deus .i. ut eius vicarius
in foro conscientie Contra quartam Si non omnia peccata etc. essent penaliter
punienda lex humana haberet fideliores executores etc. nego quia
homines cum non sunt ipsi executores legis diuine sed deus aut eius
vicarius / sed sunt in parte executores sicut lex humana et reges
puniunt alia in timore et sicut homo omnes transgressiones legis humane
plectit Sic deus in suo foro omnes criminales exigit in foro conscientie
et exiget in extremo iudicio Similiter autem cum hoc seculo facit cum
fidelis homo exequitur legem dei quia quicquid potest punire punit
dum tamen hec tria supra dicta assunt Fidelis autem puniendo propter legem
dei non exequendum sed transgreditur et occasio maioris contemptus eius
transgressionis si pacem violaret aut non quietum dampnaret Alias
vero quas adduxit in sua posicione credo sufficienter soluisse prout au-
diuistis patres optimi Sicut enim conclusio sua ostensa est non esse
vera Ita et corrolarium quod ex ea trahitur dico non esse verum Ita et
corrolarium tamen dicat lex tollerans et permittens impunitam simplicem
fornicacionem et similiter meretricium est iniqua et non diuine legis rationem
imitatur et iusticiam Nam in hoc quod lex humana tolleraret simplex
meretricium non ideo approbat illud ymmo a lege diuina et naturali scit quod est
iniquum Nempe vaga libido bona prolis aduersa est Quod cum educacionem
et instructionem oportet virum et feminam diu commorari Que illa racionem
eius dum arguitur sic Istud est iniquum quod expresse legi diuine
obuiat tam veteri quam noue sed tollerancia huiusmodi peccati expresse ob-
uiat legi diuine igitur etc. Respondeo negando maiorem Nam secundum senten-
ciam peripateticorum et methaphisicorum in methaphisica Contrarietas opposicio
secundum formam / Vnde ad hoc quod lex humana sit contraria legi diuine oportet
forma legis humane et forma diuine legis repugnarent Forma
autem legis est duplex Vna intrinseca alia foris Forma intrinseca est ordo

et compositio mandati. Forma vero forte et extrinseca est finis legis que
cadit primo sub intencione legislatoris. Unde ad primum dico quod iste
forme non repugnant. Nam non reperitur quod lex humana dicat me-
tricium simplex esse bonum quod lex divina dicat illicitum. Unde ad
secundum qui est finis legis non est repugnancia sed finis legis
humane est sub fine legis divine bonum namque et unitas policie
ordinatur in bonum glorie eterne. Turbato autem boni communis est illius
impeditivum nec contradicionem ut lex divina dicat esse tollerandum
Est bene verum quod lex divina non tollerat in sua policia spirituali secundum
quam per caritatem quis ad deum aut proximum ordinatur aliquod
peccatum mortale. Sed lex humana in sua policia corporali que in iusticia
amicicia et virtutibus moralibus fundatur tolleat. Unde hec
non contradicunt. Si vero quis de illis contradictoria crederet puta ut lex
divina in tribunali secundum ultimi fori punit omne mortale et lex
humana in eodem tribunali hoc non facit hoc non arguit contradictionem
legum ex quo in illarum preceptis consiliis aut prohibicionibus non invenitur
repugnancia sed levius probat quod una est imperfecta scilicet lex humana
respectu divine. De homine vero dicitur quod intelligit de asino quod non
intelligit. Tamen homo et asinus nullam habent oppositionem ad invicem
nec tollerancia huius peccati per legem humanam arguit deum legem
suam non instituisse sapienter. Hanc enim quam nemo bene doctus
facere debuit. Nam omnis legislator intendens aliquem finem
omnia que sunt ad finem ordinare debet secundum exigenciam illius
finis. Finis vero divine legis est eterna beatitudo cui omne mortale
repugnat sive publicum sive secretum. Ideo illa omne mortale prohibet
non solum manum sed animum. Audistis inquit dominus Mt v° quia dictum
est antiquis non mechaberis. Ego autem dico vobis qui viderit mulierem
ad q. e. i. m. e. i. c. s. Finis autem legis humane est pax communitatis
ad quam virtutes morales deserviunt. Ideo illa prohibet que huic
adversantur. Illa autem tolleat quorum prohibicio et punicio illam tur-
barent quia igitur punicio simplicis meretricii daret occasionem immo magis
ex illa occasio acciperetur ab imperfectis adulterandi. Unde turbacio
non modica surgeret aut alia genera occulta committendi. Unde
deus magis quam ex illis offenderetur ex quibus omnibus consistencia
policie non posset in pace diu manere. Hinc est quod non approbat nec
laudat sed tolleat. Nam non omnia potest rectificare ut deus sed ad
modum regule plumbee dirigere suos actus ut dictum est in racione
Et si quis querat cur in lege in veteri fornicacio simplex fuit pro-
hibita non solum morali precepto illo non mechaberis sed et iudici-
ali Deut° xxiii° Non erit meretrix de filiabus Israel nec scortator de filiis

Sed et modo lege humana non prohibetur que iudicialia multa instituit
Respondi in racione quia tunc permittebatur repudium uxoris propter pmi^te
illorum durissimorum et rebellium cordium ad occidendum uxores / Unde si
tunc sicut nunc meretricium fuisset permissum fuisset adhuc fomentum acceptum
maioris odii et causa repudiandi propter amorem aliene mulieris / modo
non est talis duricia saltem non licet repudiare uxorem legittimam
Illa vero que dixi de locis non privatis sed publicis non honestis sed
sterquiliniis de non procedendo publice libere per plateas civitatis
non sunt concessiones licite sed restricciones et tollerancie vel illicite
Opponens petit ubi in lege divina docetur hoc peccatum tollerandum
Iam dixi quod lex divina hoc prohibet et punit in suo foro et sic in illo non
tollerat tamen lex humana tollerat petit ergo ubi hoc lege divina docetur /
Peto sibi ubi lege divina docetur quod tollerantur commessaciones rixe
et odia absque correpcione que tamen lege humana tollerantur hoc est non
puniuntur non credo quod in regno suo rixa quotidiana non sic particulari
humana lege puniatur dicat michi / ubi hoc docet lex divina que
potius dicit Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio Mathei v° non potest
docere ideo ultra tales questiones non faciat Et si vero dicit deum suffi-
cienter providisse ad vitandum tale facinus quia dedit legem matrimonii
Dico quod licet matrimonium sacramentum sit remedium quemvis tamen humanus
iudex sciens quod non omnes obediunt ewangelio et legi dei sciens infir-
mitatem hominum penas instituit et premia et aliqua mala licet minus
mala tollerat et ne deteriora contingant Et narratum dictum eius de-
cum ait Ultima Curia Romana ubi sunt tot fornicatores ad
alias ecclesias deinde per exemplum non sit illa nimis fornicatoria
de qua Apocalipsis xvii° Istud dictum videtur michi magne irreverencie
et ex modica estimacione sancte ecclesie prelatorum propinquus dictis
Wicleff qui tractatu suo secundo de symonia dicit in morte capitulo
xxxii° non reputat Romanum pontificem caput omnium episcoporum et tractatum
xxxvi° vocat eum abhominacionem desolacionis in abstracto ad
denotandum pravitatem sue malicie et hoc super illo loco Mathei xxiiii°
Cum videritis abhominacionem desolacionis stantem in loco sancto
Et consonare videtur illud epistole Arrianorum ad Iulio pape ut con-
sentiret eis super condempnacione Athanasii Alexandrini Pauli Con-
stantinopolitani Marcelli Asclepii et Luciani episcoporum et sic pacem
cum eo et communionem sponderet si vellet eis consentire minabantur
ab eius obediencia recessuros et deinceps nullum cum eo se participium
habituros Non longe abesse illud videtur errori Waldensium putancium quod

tota ptas ecclesie collata a xpo est omnino euacuata ppt maliciam platorum
et ipsa eccla Romana est meretrix babilon apostatans a fide post hunc
errorem secutus fuit petrus johannis quidam hereticus ponens
quod eccla Romana est carnalis Synagoga sathane Hunc errorem
tenuerat ante eum abbas Joachym et nunc insecutus est Johannes
Wicleff vocans eam abhominacionem desolacionis et quantum distat
ab illis dicens quod est meretrix illa que dat libere sectatoribus eius de
vino prostitucionis sue qui vero timet id est dubitat ne sit illa iam
de sua auctoritate et pertinencia uti certas ecclias fidem non licet Romana fi-
des est hiemis fluuius et fluxior scilicet ex parte adhesionis et si non ex
parte euidencie ut dicit Thomas et sequaces eius contra hos capite
carencium tam velut despicientes loquitur beatus Aug. libro de questio-
nibus veteris et noui testamenti dicens ordine ab apostolo petro ceptum
et usque ad hoc tempus per traducem succedencium episcoporum seruatum pertur-
bant ordinem sibi sine origine vendicantes hoc est corpus sine
capite profitentes Unde congruit etiam eorum sedem cathedram
pestilencie appellare. Nec enim ideo impune erit quia sub dei nomine
agunt non enim zelo dei hoc agunt sed sibi tantum volentes deferendum
scimus enim Chore et ductores quinquaginta viros per presumpcionem deo
offendentes hiatu terre absorbtos esse et Oziam regem cum deo illi-
cite obtulisset lepra fuisse percussum Hec ille Cirillus vero exponens
illud petri dictum Math. xvi° et porte inferi non preualebunt aduersus eam
dicit secundum hanc diuinam promissionem eccla apostolica petri ab omni seduccione
et heretica circumuencione immaculata manet super omnes prepositos et episcopos
et super omnes primates ecclesiarum et populorum in suis pontificibus in fide
plenissima et auctoritate petri et cum aliquae ecclie quorundam errore sint
verecundate stabilita inquassabiliter ipsa sola regnat silencium imponens
et omnium obturans ora hereticorum et nos necessitate salutis non decepti
superbia neque vino superbie debriati typum veritatis et sancte apostolice tradi-
cionis vna cum ipsa confitemur et predicamus Hec Cirillus Ex quo patet
quod ex domini institucione status summi pontificis est super omnes alios
prepositos orbis terre et omnium hereticorum ora decreti sui fulminibus fulgore
contundit Hoc autem non est dictum de ulla eccla sed de sede apostolica Non
nego tamen eum qui dignitate papali profulget posse labi in heresim
et alia enormia tamen non propterea status et preeminencia apostolice auctoritatis re-
probatur sicut propter vicia quorundam religiosorum aut canonicorum
non est status iste vel ille dampnandus Hanc insuper preeminenciam
beatus gregorius testatur registri sui libro viij° epistola xxxvi ad eulogium
Syracusanum episcopum ita dicens Quis nesciat sanctam ecclesiam in apostolorum

principis soliditate esse firmatam qui firmitatem [mentis] traxit ex nomine ut petrus
a petra vocaretur cui veritatis voce dicitur Tibi dabo claves regni celorum
Cui rursum dicitur Tu aliquando conversus confirma fratres tuos Et iterum Si-
mon Johannis amas me pasce oves meas Itaque cum sint multi
apostoli pro ipsorum principatu sola apostolorum principis sedes in auctoritate convaluit.
hec ille de huiusmodi preeminentia apostolice sedis supra alias ecclesias particulares
habetur dis. xxij a greg. ca. preceptis Item videtur ab Innocentio quis
nesciat Item dis. xix ab agathone papa sic omnis sancta ecclesia et di. c. enimvero
a Stephano papa v et c. sequenti nulli Idem dicit greg. et penam
transgressoribus suorum statutorum apponit Item Nicolaus papa dicit
illos arguendos aut corripiendos qui decreta Romanorum pontificum non
observent et habetur dis. xix Si decreta rursus Anacletus successor
Clementis suo decreto in. ait Anacletus sanctus quod in sede apostolica
a domino constitutus a sancto petro apostolorum principe presbiter ordinatus
omnibus episcopis et reliquis sacerdotibus quod Salutem etc. in. subdit
hec inquit sancta Romana et apostolica ecclesia non ab apostolis sed ab ipso
domino salvatore nostro primatum obtinuit sicut beato petro apostolo dixit
Tu es petrus et super hanc petram etc. in. et reliqua que ibidem sequuntur
et habetur dis. 22 Ex qua serie verborum atque quod non capitur ecclesia Romana
pro universali ecclesia sed pro illa particulari que tenet arcem omnium aliarum ecclesiarum
Idem habetur ab eodem xxj dis. in novo testamento et sequenti capitulo
quamvis Idem ponit pelagius papa Item idem Nicolaus papa Medi-
olanensibus ca. omnes Item Greg. v° l° registri epistola ad Augustam
Constantinam que incipit omnipotens deus serenissime Item omnipotente domino rogo
ne pietatis vestre tempora perversitate unius hominis elatione maculari. nequaquam
tam perverso vocabulo ullum quo prebeatis assensum atque in hac causa
pietas vestra me despiciat quia et si peccata greg. tanta sunt ut pati
talia debeat petri apostoli peccata nulla sunt ut vestris temporibus ista pati
mereatur. patet quod sedes apostolica est honoranda esto quod papa sit peccator
licet greg. esset vir dei tamen se tanquam peccatorem computabat et nichilominus
sedem petri honorari ab imperatrice postulabat De hac re codices
sanctorum et volumina decretorum plurima sunt que vulgus dici solet et veritatem
non patitur. perfecto sedem apostolicam Romanam ecclesiam omnis catholica fa-
tentur. Suam in omnibus causis eam quoque devote venerantur quoniam
ab ipsa ad regiones orbis fides diffusa est Consulo ergo ut decreto
opponens meus non ponat os in celum iudicium summi pontificis deo
aut universali ecclesie seu concilio generali resistere Nam patet c. xiij d.
apostolorum celum celi domino et in posterum apparuit per beatum greg. quod dominus

volunt per semetipsum examinare sacra ingrediens cum non exploratores aut discipulos
sed per semetipsum eos in templo fudit et mensas nummulariorum evertit me-
minerit quod bestia tangens montem lapidabatur Exodi xix° Meminerit
David percussisse cor suum quod preciderat oram clamidis Saul 1° Regum xxiiii
quod Oza archam inclinatam manu contingens percussus est a domino
2° Regum vi° ante oculos ponat quid acciderit Cham qui verenda patris
detecta tectis fratribus ostendit quid Absolon persequenti patrem evenit et
quo tribus lanceis inobedientie magnitudinis et infidelitatis confossus
fuit de quo 2° Regum xviii Non sit de generatione maledicte patris
pape et similiter ecclesie ne moriatur morte sempiterna Non sit contumax
impio patri suo spirituali summo pontifici ne lapidibus scilicet demo-
niorum obruatur Deuteronomii xxi° Non murmuret contra Moysen si du-
xit Ethiopissam hoc est contra papam si demum offenderit per peccatum
cum se coniunxit ne lepra mortalis peccati fundatur Numeri xii c. q. vii
de hys c. xxxiii q. 2 Hoc ipsum Non erigatur contra Moysen
ut Chore Dathan et Abiron de quo Numeri xvi° ne absorbeat eum
terra viventem non separetur ab arca usque ad ultimum ventilabrum
non exeat de sagena petri donec veniat ad littus consummationis et
fine seculi aut saltim usque ad finem vite non separetur ab ovili
non exeat de archa sed sit ut columba que si peccando exierit
ut illa penitendo revertatur noverit quod non calefit pullus impius sub alis
galline non communicet Grecie quia archescola est non Armenie
seu scismatice non orientalibus quia occidit eis sol sed sacram
petri sedem veneretur vestitam bissino candido et splendenti ut
Christi tridinum tabernaculum sanctificationis altissimi ut Rachael decoram
Liam fecundam Abigail prudentissimam ut petri naviculam ut retis
sagenam ut ovile eius ut arcam Nam extra ecclesiam universalem
non est salus nec ab ecclesia romana aut sede petri se subducens
salvabitur nisi peniteat et convertatur Nullus igitur decreto sit
ei molestus Etiam si prelatus in ea presidens sit peccator quia Christi
stigmata dei portat Sancta sedes apostolica et qui hanc regulam servant
pax super illos et misericordia qui de ea aliter sapuerit Iam de arca extus
sub tradetur ut palea igni inextinguibili Non enim meretrix vel adultera
appellatur sed sponsa Christi castissima et cum licet in ecclesia videantur multi
sunt peccatores et mali mixti bonis dum adhuc militat tamen ipsa
propter sanctos in ea existentes propter ordinem ierarchicum qui et sacri princi-
patus dicitur et propter inseparabilem assistentiam spiritus sancti ipsam ut dicit
fidei articulus unificantis sancta dicitur immaculata castissima sponsa
et virgo de qua illud apostoli potest merito intelligi 2° Corinthiorum xi Dum autem
Emulor vos dei emulatione despondi enim vos uni viro virginem

castitatem exhibere xpo quod alii qui autem in ecclesia Romana cum sumendo pro
congregacione pape et Cardinalium vlis ecclesia tamquam in arce reputatur
ipsa dicitur sancta etc. Etiam si papa sit peccator et plures Cardinales
licet sit capta posset deficere Sed si per ecclesiam Romanam universalis ecclesia
que congregacio omnium fidelium vel concilium generale vice et nomine con-
gregacionis intelligatur utique illa in fide errare non potest de qua credo
esse intelligenda decreta si que sunt dicencia quod ecclesia Romana nulla
heresis labe maculata est umquam nec potuit inquinari

Quintum dictum replicantis fuit de pace etc. illud quod dixi omnia
publica esse punienda si fieri posset salva pace quod dum quidam
solutiones suas datas rationibus meis non esse sufficientes impugnabo
Unde tusco ad sextum ubi dicit quod leges non debent inferre faci-
norosis et peccatoribus supplicium mortis Quibus adduxerim auctoritates sacri
Canonis et sanctorum quibus ut dicebo non sufficienter respondet et rationes
Alexandri quarum solutiones nec audivi nec legi in suis dictis
ut non putet quis partem meam debilem esse fundatam ultra premissa
dicta sanctorum non nulla de medium proferam Primo occurrit illud Greg
de quo xxiii q v Reos sanguinis ubi post multa subdit prohibetur
illo precepto quisque sua auctoritate in necem alicuius armari non legis
impio reos morti tradere qui enim publica potestate functus ipsius
legis imperio malos punit nec illius precepti scilicet non occides transgres-
sor nec a celesti patria alienus habetur Item Aug ad publicolam
ait de occidendis hominibus nec ab eis quisque occidatur non michi
placet consilium nisi forte miles sit aut publica functione teneatur
ut non pro se hoc faciat sed pro aliis vel pro Civitate ubi ipse est accepta
legitima potestate Ecce quod Greg dicit imperio legis esse tradendos morti
reos et Aug quod fungens publica potestate licite occidere potest etc. hec habentur
eadem q c de occidendis Amplius Aug primo de Civitate ait miles cum
obediens potestati sub qua legittime constitutus est hominem occidit nulla
Civitatis sua lege reus homicidii est immo nisi fecerit reus imperii
deserti atque contempti est Paulo post infert ~~habetur xxiii q v
Regum est deliberatione~~ Itaque unde punietur si fecerit iniussus inde
punietur si non fecerit iussus Ex quo apparet quod habens potestatem concedi
legem peccat nisi reum morte occidat Item Jeronimus super Jeremiam et
habetur xxiii q v Regum est deliberatione vi oppressorum peregrinorum
pupillorum et viduarum ne paciantur quidem ut vestra commercia evemat
eos ab aliis contristari et sanguinem innocentem ne effundatis in loco
isto homicidas enim et sacrilegos etc. illud non pacimus vivere Ibi dicit glo
Justiniani Si inquit hec feceritis o Reges quidam tenebitis extrema potestate

Rursus Ieronimus super Ysayam ait et habetur eadem q. c. non est Non est crudelis
qui crudeles iugulat sed crudelis ideo vocatur quia crudelis pacien-
tibus esse videtur Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicem
putat et sequenti ait Idem Qui malos percutit in eo quod mali sunt
et habet vasa interfeccionis id est potestatem ut occidat pessimos minister est domini
Iterum idem ait super Jeremiam Homicidas et sacrilegos et veneficos punire
non est effusio sanguinis sed legum ministerium Porro Ciprianus martir
et habetur eadem q. c. Si audieris ait Si audieris in una de civitatibus
tuis quas dominus deus dabit tuus tibi inhabitare illic dicentes eamus
et serviamus diis alienis quos non nosti interficiens percuties omnes qui sunt
in civitate cede gladii et incendes civitatem ipsam et erit sine habitaculo
in eternum hec sunt verba sacre scripture deuteronomii xiii° post que paucis
interpositis ait Ciprianus Quod si ante adventum Christi circa dei culturam
et ydola spernenda hec precepta servata sunt quanto magis post
adventum Christi circa deum colendum servanda sunt quod ille veniens
non solum verbis nos hortatus sit sed eciam factis Rursus eadem in
genere abusionis et habetur primo q. v. Rex ait Rex debet furta co-
hibere adulteria punire impios de terra perdere periuros et patricidas non
sinere vivere filios suos non sinere impie agere Et circa hoc quod dicit perdere periuros
dicit glosa Intelligas de periuris in causa criminali qui scilicet ferunt
in ea falsum testimonium tales enim merentur mortem Item Augustinus
eadem questione et originaliter de libero arbitrio libro primo dicit
Si homicidium est hominem occidere potest tamen aliquis aliquando occidere
aliquem sine peccato Nam et miles hostem et iudex vel minister eius
nocentem et cui forte invito atque imprudenti telum de manu
fugerit non michi videntur peccare cum hominem occidunt sed nec
eciam isti homicide appellari solent Et hoc consonat huic quod
in posicione allegatum fuit ab Augustino in questionibus leviticis
et hic subsequenter ponitur Cum homo iuste occiditur lex eum
occidit non tu Amplius Urbanus papa et habetur eadem q. c. excommunicatorum
dicit excommunicatorum glosa Insinuat hereticorum qui excommunicati sunt extra
devictis excommunicatis interfectoribus prout in ordine Romane ecclesie
didicisti secundum intencionem modum congrue satisfactionis iniunge Non
enim eos homicidas arbitramur quos quos adversus excommunicatos glosa
Insinuat hereticos Zelo catholice matris ecclesie ardentes aliquos
eos trucidasse contigerit ne tamen eiusdem matris disciplina deseratur
sui tenore quem diximus penitenciam eis indicito congruentem qua di-
vine simplicitatis oculos adversum se complacare valeant Si forte
quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerint Videtur
quod liceat hereticos pena mortis punire et si solo zelo domus dei hoc fiat

nullum esse peccatum et hoc simpliciter dico absque qui publica funguntur potestate tamen
quia plerumque humana fragilitas in hoc aliquam passionem inor-
dinatam admittit mandat talibus aliquam penitentiam iniungi non pro-
pter hoc sed propter inordinationem voluntatis propter secte admixta aut odii aut
ire aut alterius alicuius certe affectionis. Decretum Nicolai ad Bonifacium
23 q. 5 Item etiam dicit post intractationem quod dominus David pacem habere
non potuit nisi extincto Absolon. Si ergo viri sancti et publice potestatis
bella gerentes non fuerunt transgressores illius mandati non occides quamvis
quosque flagiciosos digna morte punirent. Si miles potestati sue obediens
non est reus homicidii si impio cuius quemlibet flagiciosum interficit
si homicidas et veneficos punire non defusio sanguinis sed legum
ministerium si pax ecclesie mestitia consolatur perditorum. Si illi zelo ca-
tholice matris ecclesie accensi excitatos interfecerint homicide non iudicantur
patet quia malos non solum flagellare sed etiam interficere licet. Patet ex quo
manifestum est quod non licet solum malos flagellare sed in casibus etiam
interficere. Si iudicem secularium rerum occidere non licet Cur signa ulti-
mi supplicii cruces patibula furcas et similia in patibulo relinquunt
aut ergo licet aut si non licet deposite milites et iudices propter te deposite
mortis torcularia auferte hinc de terra benedictum lignum in quo fit
iusticia quod si homo facere iniquum est consequens est ibi reos licite
posse ad mortem torqueri indubitanter affirmo quod ipsorum tormentorum
a simili interitum prebet propter maximum delinquendi. Nam verumtamen arguo
sicut leges humane sic debent provide constituere reipublice ut tuta
posset inter improbos innocentia conservari sed multi sunt adeo constricti per-
tinacitate ut nullam penam timeant. Ergo tales de quibus non speratur
ut resipiscant a malis ultimo sunt suppliciis feriendi ut aliqui propter
nimiam aliam penam illatam a continuatione iniustorum conquiescant
Sic ergo tamquam membrum putridum de corpore politico debent re-
secari. Si dicas providebitur per exilium aut perpetuum carcerem. Respondeo
non per exilium quia et si hic non tamen alibi nocebunt. Carcer autem
perpetuus est pena mortis et si non in principio tamen de necessaria sequela si animi
iudicis non flectantur tamen quia experimento compertum est plures ex talibus
precio aut prece liberari dominorum non est securum et sufficiens remedium
contra latrones malos incorrigibiles estimatione mala humana. Amplius
plus sic arguo. lex talionis et si non quia iudiciale vel le locum non
habeant tamen tenet quo ad hoc quod pena equari debet culpe non propter
homicida igitur auferens alterius iniuste vitam propter hoc propter homicida debet
iuste perdere vitam. Nam si aliqua preter mori pena puniretur non fieret
ad equationem culpe et pene et sic non servaretur iusticia distributiva
nec sic dicendo nimium sentiendo ollam de qua in positionibus superioribus
nec locutus sum quia omnis virtus in medio est quo ad nos licet aliquid

medium rei excedere videatur ut est in actu fortitudinis in quo fortis
post electionem in executione debet assumere furorem sicut de Hec-
tore narrat Aristoteles quod sanguinis exibat pre nimia ex furenti ani-
mositate et licet talis ad excessum videatur tamen non sic est sed est
in medio ut oportet quando oportet ad quibus oportet. Et sic de aliis
circumstantiis sic opera magnanimitatis et magnificentie apparent exce-
dere medium sed non excedunt cum fiant ut recta ratio iudicat. Ita
in proposito occidere hominem reum iuxta formam legis servato or-
dine iuris et iuste salva boni communis est virtuosum et medium
cuius extrema sunt per excessum occidere quando non oportet vel quem
non oportet et sic de aliis. Et per defectum non occidere quando quem et qualiter
oportet. Non ergo desisto in hoc sumendo aquam moderationis in puni-
tione peccatorum. Ad rationes contra dicta ista et pro suo factas. Ad
illam contra distinctionem Augustini de flagitiosis et facinorosis dico quod
hanc distinctionem facit Augustinus. Verum est quod aliquid unum pro utroque
accipit utique in capitulo cuius etiam mentio allegato in quo flagitiosos
dicit digna morte puniendos et in libro de decem cordis vocat
illos facinorosos. Hoc tamen semper est verum quod aliis nocentes lege pu-
niuntur. Cum allegat Scotum xv dis. iiii sententiarum ubi dicit quod adulterium
est maius peccatum quam furtum et sic magis debet puniri. Dico quod
Scotus contradicit Augustino non recipiens cum per regulam a magistro Iohanne
de Segusio positam et a magistro Io. de Rochfana adversus illud alle-
gatum cum doctores doctoribus contrarii recipiendi sunt antiqui-
ores et maioris auctoritatis in maioribus et minoribus. Sed dico quod non sequitur.
Nam non arguit quod furtum quod utique nocet non puniatur sed arguit
quod non debet in lege nova puniri pena mortis data in veteri lege si qua
tenet contra furtum simpliciter pro minima existimatione quam pene contra
adulterium quod dicit Redemptor ibi Mulier nemo te condempnavit. Nec ego te
c. v. a. n. p. Idem tamen doctor tenet contra meum propositum oppo-
nentem quod iudex humanus potest iuste occidere quos aut lex data
iubet generaliter aut deus specialiter ad personam expressa iussione.
Dico tamen de foro quod pro eo lex humana potest iuste penam mortis
infligere pro quantitate et qualitate criminis et aliis debitis circumstan-
tiis cum sit rei publice turbativum et inferioris potestatis valde offensivum.
Henricus de Gandavo xi quodlibet questione que cum ait Ricardus lege
nova licet occidere quemcumque pro solo furto dicit in sbd quod causa occidendi
unum licet ex parte facti sequitur in preiudicium dei aut proximi. Alterum ex
parte occidendi quia incorrigibilis apparet. Ultra ait quod furtum
dat causam occidendi ex parte facti quia est contra legem nature

et partium humane societatis sicut dicit Tullius in libro de officiis
Ex parte occidendi furtum dat causam aut ex magnitudine rei
furate aut ex assiduitate rei furandi dicat ultra quod lex nova ullam
huiusmodi penam mortis infligit Sed in hoc legi nature infligendam re-
linquit ut crudelitas non ei imputetur sed legi nature et in hoc lex nova
est maioris iusticie quam lex Moysi Nam lege veteri dictante penam
tallionis lex nature dictavit adulterum lapidari hec ex illo et in hoc fundatur
legem humanam pro furto penam mortis indicere quod lex nature in qua
illa radicatur hoc dictat Racio autem cur furto maior pena taxetur
quam adulterio est Nam pena est pena et medicina pena culpe preterite
et medicina respectu future ne fiat Et sicut Thomas dicit 2a 2e q.
108 in corpore articuli quarti quamvis licet in eo quod pena debeat adequari pro posse
culpe non tamen semper in eo quod medicina aliquando enim propter pronitatem
ad unum vicium maior pena ut est medicina infligitur licet ille
minus peccaverit quam alter ubi est maior pronitas et qui magis peccat
tamen ut adolescente et sene eadem peccata tamen in specie committentibus
licet gravius senex peccat quam iuvenis teste Seneca qui iuvenis lu-
xuriosus peccat senex insanit tamen iuveni maior pena infligitur
imponitur eo quod magis pronus et ideo indiget maiori retinaculo
Sic in proposito proniores videntur homines ad rapiendum aliena
quod fit in furto quam ad adulterium ideo licet furtum sit minus
peccatum quam adulterium pro eo pena determinata est Cupiditas enim omnium
corda etiam senum occupat et lactat Jeremie 6o omnes avaricie stu-
dent a minimo usque ad maximum Et a propheta usque ad sacerdotem cuncti
faciunt dolum

Ostendo quod dicta replicantis in quibus tamen eo non consencio non sunt
vera quod fuit primum principale huius puncti Restat ostendere quod raciones
mee non probant Ad primam auctoritatem Augustini libro de ordine rerum dicit
quod non est verisimile quod Augustinus tale et tam zelus fuit vellet quod scit a
domino esse prohibitum Et in hoc verum dicit opponens mecum si loquatur
de tollerancia in hoc non est sustinendus quia nec hoc fundat in scriptura
sacra et manifeste precepto divino contradicit Istud non videtur esse verum
est mirandum sic Augustinum palam negare et dictum suum non fundetur in sacra
scriptura nimis precepto domini contradicat ut unquam in morali materia au-
divi sic negare beatum Augustinum nisi forte ubi suum dictum ipse retractat
legatur liber retractacionum illud de tollerancia meretricum non reperitur
retractatum quomodo enim precepto dei in levio hoc contradicat libenter audirem
dominus precepit zizania cum tritico relinqui usque ad messem iudicii nec
sufficit dicere quod hoc est dum mali sunt occulti bene enim credo si sit occulti

non sunt per penam iudiciariam puniendi Et hoc dicit etiam beatus Jeronimus
que hic et per meum opponentem allegatur sed etiam ubi iam sunt noti
si timuerit in eorum extirpatione periculum eradicationis bonorum
tunc mali sunt sinendi et hoc est ex textu apparet Nam discipuli dixerunt
patrifamilias Nonne bonum seminasti in agro tuo unde habet zizania etc
ergo discredebant zizania ibi esse Est ergo equale quod mali sunt tolerandi
cum bonis ex illo precepto domini Sinite / quia in eorum punitione timetur
periculum evulsionis bonorum non in favore zizanie sed tritici Idem
de similitudine de sagena de x virginibus quinque prudentibus et quinque fatuis
de nuptiis ad quas deus iubet compellere intrare quoscumque inventos
per fidei sacramentum bonos et malos Replicat opponens alibi allegat
ipse Scotum d xv dis iiii^ta ubi dicit Scotus preceptum in lege veteri de
punitione adulterii revocatum in nova Nemo te condempnavit nec ego te
c·v·a·n·p· etc si adulterium in lege nova ubi a domino relaxatum est
quo ad penam hoc est non est punitum quo vult opponens simplex me-
tricium licet non esse puniendum per hominem Concordet hec duo dicta et
ostendat ubi dominus hoc simplex meretricium precepit puniri per hominem aut
apostolica doctrina sepe habemus quod fornicatores regnum dei non possidebunt
Et hoc arguit quod est prohibita ista fornicatio quod est peccatum mortale
quod excludentur tales a regno celorum non ab ecclesia militante quod adeo
puniretur in finali iudicio non probat quod ab homine aut quod hic deus
omnes tales puniat Magna enim est differentia inter punitionem et
prohibitionem Item attende in punitione considerandum est an dicat scriptura
quod punitio fiet an hic an tamen in finali iudicio dominus tamen ventilabro
separabit granum a palea triticum a zizania Nec ex tollerantia hominum peccati
arguitur quod ecclesia iniuste maleficos convictos excitat Excommunicat
enim ecclesia militans non pro isto peccato sed pro illis que aut turbant ecclesiam
aut bonum commune aut pro moribus ecclesia a quibus facile est multitudinem
abstinere ut de punitione etiam laica propositionem primi puncti dictum fuit //
Ad illud de tollerantia Judeorum dixit quod ad litteram intelligitur de iniuriis
dampnum non de iudeis et contra primum Scotum quod non sunt permittendi libere
male agere licet Dico quod bene est verum quod si nocent christianis sollicitando
eos ad infidelitatem vel hereses aut malos mores non sunt permittendi
Sed dico quod alias sunt permittendi vivere et ad hoc beati Thome auctoritatem
allegavit Allegavi etiam tunc auctoritatem Paschasii pape allego modo
decretum Concilii Toletani de quo habetur dis xlv de Judeis
ubi sic dicitur De Judeis precepit sancta synodus nemini deinceps
ad credendum vim inferre cui enim vult deus miseretur et quem vult indurat
Non enim tales inviti salvandi sunt sed volentes ut integra sit forma

iustitie nec ideo resuscitantur solum propter iudicium qui ex eorum confusione
venturus est etiam sed propter causas dictas de porcione quod scilicet testimonium
fidei habemus ab hostibus et quod in figura repetitur nobis quod cru-
cifiximus / [illegible] adde [illegible] quod ex eis divine passionis veteris memoria
vigoratur / Dicit etiam Nicolaus de Lyra quod iste textus intelligatur de
iudeis et in fine dicit quod allegorice exponitur de Christo per David
figurato et de iudeis qui illum fecerunt in sepulchro custodiri qui
propterea fuerunt per Romanos captivati et per orbem dispersi et tamen ad [illegible]
huius mundi convertentur ad Christum / glo ordi dicit credo quod accepit ab
Augustino hic psalmus de iudeis pl accipi [illegible] ne unde funditus
perirent dispersi quidem sunt ut ad conversionem pervenirent vel ut essent
[illegible] testimonium v. le. heane / Ideo pro eis orat dicens Ne oc-
cidas eos qui me occiderunt sed maneat genus iudeorum cum signo
circumcisionis sabbati et phase ut Caym signum habuit ut eum nemo occideret
et sic ita gens illa habens signum suum non est occisa quia necessaria est
credentibus et in ipsis [illegible] [illegible] que sit [illegible] / Ideo
ne occidas ne quando ipsi et si non modo obliviscantur mei si non sint te-
stes legis et mortis quod ne occidas sed disperge per omnes gentes illos scilicet
iudeos qui portant [illegible] codices hoc ex glo ordi / Ex qua apparet
quod textus allegatus intelligatur secundum allegoriam de iudeis et quod sunt tol-
lerandi / Ad aliud de usura quia de repudio [illegible] dicit quod hic fuit
quia [illegible] [illegible] [illegible] etc. / Arguo sic / Si propter duritiam ipsorum
aliqua mala [illegible] in lege [illegible] permisit [illegible] et hoc ad vitandum
maius malum cum hoc ratio dictat [illegible] modo idem homo non faciat
cum hoc dictamen sit morale [illegible] legem novam esse perfectionem
lege veteri multis modis et quod [illegible] publica [illegible] prohibet et iudi-
cat [illegible] [illegible] [illegible] et auctoritate iudicii / Sed hic [illegible] [illegible]
et per suum executorem [illegible] qui divine legis est [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] iudicium / Executor divine legis deus est aut angeli aut homo
ut deus vel dei vicarius etiam per [illegible] [illegible] angelus [illegible]
aliquo modo iudicium divine legis exigitur dum ubi requiruntur
accusator testes iudex et tortor [illegible] ubi non est iudicium [illegible]
[illegible] ad [illegible] non est iustitia [illegible] [illegible] iuxta doctrinam Aristotelis
v ethicorum et moralium / Ad illam de moyse percuciente egiptium etc.
dicit etiam de Lyra quod moyses non peccavit etc. [illegible] Augustinus dicit quod iusti-
tie regula excessit ex serie textus [illegible] apparet quod nondum acceperat
[illegible] ipsum [illegible] de occasione egiptii agitur 2o capitulo et de assump-
tione principatus in populo in [illegible] et nec credidit quod hoc [illegible] [illegible]
sit dicitur etiam [illegible] secundo capitulo / [illegible] [illegible] egiptii et fugam moysi

in terram Madian post multum vero tempore mortuus est rex Egipti et
ingemiscentes filii Israel vociferati sunt ascendit clamor eorum ad
deum et reliqua ut ibi et in principio tercii capituli quo moyses ascendit
ad rubum quem vidit ardere sed non comburi ibi deus de illo lo-
cutus est dicit ducatum sibi alii ait Veni mittam te ad pharaonem etc.
Allexander de hallis in 4° dicit ad Augustinum loquente de petro et moyse
contra faustum quod sicut ille percussit malchum et iste egipcium uterque
ad regimen assumptus est Uterque etiam tunc non detestabili immanitate
sed emendabili animositate iusticie regulam excessit Uterque odio
improbitatis aliene iste fraterno ille divino Ad racionem de septem quod
peccavit et non legitur esse punitus ad illam et multas alias auctoritates
dicit quod et si deus aliqua peccata non legatur punivisse hoc quadam
dispensatione fecit / non sic autem homo per quem necesse est sequi legem
non mutari cui sit ei subditus / miror de ista responsione dicat
Opponens quod deus dispensat dum non punit Si dispensatio esset
indulgentia non esset difficultas quin puniendo dispensaret id est
indulgeret seu remitteret / et quod homo aliquid non punit est non quia
ipse indulgeat sed quia vult maius malum vitare Ideo minimum
tolleret aut quia legem iuxta quam fert iudicium scilicet humanam non
habet quod pro tali delicto puniat ideo tolleret Sed quia extenso nomine
de dispensatione locutus // si proprie loquimur dispensatio est vel
iuris declaratio vel iuris relaxatio ut dicunt multi doctores theolo-
gorum ut ait Gotfridus de fontibus quolibet quinto Accipitur ex hoc
quod quedam sunt mala quia prohibita et istis dispensatio non est nisi
amotio prohibitionis ut sic res sue nature relinquatur et sic
dispensatio est iuris relaxatio Alia sunt prohibita quia mala et
quia que sunt hoc modo mala regulariter et aliquo casu sunt bona
in illis non est solum amotio prohibitionis quia adhuc essent / regulariter
casu / res mala illa amota / sed est determinatio casus in quo id quod
regulariter est malum non est in casu malum / non pro ipse illum facta fuit prohibitio
et hoc dispensatio est iuris declaratio. Nullo horum modorum deus dispen-
sat cum aliquod peccatum mortale non punit non finio. Nam non tollit pro-
hibitionem sicut eum solvit legem et non implet Contra scriptum dicente Non
veni solvere legem sed adimplere Matthei 5° / Ro. 2° non Omnia enim
cum punietur iste actus qui est culpa mortalis et hoc non est verum /
Nam nullus dicet quod mulier in adulterio deprehensa non peccavit
mortaliter quam tamen non punivit Preterea si non puniat deus ex dispen-
satione tunc nos minus instruat Luce 6° Estote misericordes sicut
pater vester celestis misericors est Ergo dispensandum nos docet tunc sic nullus

peccat faciens iuxta xpi doctrinam ipse autem nos docet ut indulgeamus
et misereamur aliorum peccatis ergo hoc faciendo non peccamus docet enim apostolus
ad ephesios iiii^to benignitatem et misericordiam dum ait Estote invicem benigni
misericordes donantes invicem sicut et deus in xpo donavit nobis et
nullus dicitur implendo doctrinam apostolicam peccatum committere. preterea
decimum oppositum dicti opponentis dicit Alleg(atur) de hatt. Nam ipse
opponens vult quod imitemur deum in puniendo peccata et non inrelapsado
et doctor preclarus oppositum determinat. Nam ut ait deus non vult imitari
a nobis quo ad opera potentie. Nam in hoc lucifer peccavit. ut quo ad
opera sapientie quia sic Adam peccavit. Sed quo ad opera bonitatis non
autem quo ad opera iustitie punitive nisi ab hiis qui funguntur publica
potestate. Sed vult quo ad opera pietatis Allegat illud estote misericordes
prius allegatum De Jepte vero si sacrificavit filiam corporaliter aut non
et si peccavit dicit quod secundum delira sunt de hoc opiniones et est vere
quod delyra circa hoc multa dicit tangens opinionem suam et hebreorum
non dicit quod filia sua sit sacrificata Jepte filie sue sicut vovit eam mac-
tando et offerendo in holocaustum secundum quod dicunt Expositores katholici
Unde dicit ieronimus quod fuit indiscretus in vovendo et impius in adimple-
do secundum ista ergo non solvitur ratio quia peccatum eius fuit mortale publicum
et tamen non legitur punitum dicit ultra quod Hebrei dicunt quod eam non immo-
lavit et multa ibi ponit sic inquirens sine iudicio et affectione per modum
collationis pro dicta quod filia Jepte non fuit sacrificata deo per mortem cor-
poralem sed potius similem sive spiritualem eo modo quo religiosi dicuntur
mundo mortui et diffuse prosequitur Itaque si eam occidit ratio inca-
currit si non non Contra rationes et nono testamento contra illa de zizza-
niis dicit quod per hoc non vult deus quod peccata publica non puniantur data per-
tinacia et habita opportunitate sed quod dubia incerta ut occulta allegat
Jeronimum pro hoc dico quod si de dubiis prohibeamur iudicare secundum verba beati
Jeronimi pro me et cetera allegata tamen contra de manifestis verbum salvatoris
Sinite et cetera intelligitur dum puniendo mala iminet periculum verisimile
punitionis bonorum tunc enim locum habet ratio cur tollerandus sunt zizza-
nia ne forte colligendo illa simul eradicetur et triticum. Cum enim
finis imponat ordinem et rationem mediis que sunt ad finem ex ratione
finis sumenda est ratio eorum que sunt ad ipsum. Unde cum deus prohibuit
colligere zizzania propter hunc finem ne eradicaretur triticum ubi illud
periculum de eradicatione tritici reperitur tunc cessandum est ab evulsione
zizzaniorum Consequaciam tritici est finis intentus a patrefamilias
Si igitur sunt publica mala sed non possunt puniri nisi iusti puniantur cum eis
aut quia isti ab illis separari aut discerni non possunt aut quia adherent
aliquo illis secundum Gregorium/ melius est tollerare malos quam punire bonos et cetera.

insontem et iustum non occides ut dicitur Exo xxiii° Ab hoc excipitur si tollerando malos ut parceretur bonis sequeretur magis scandalum et maius malum quam puniendo bonos quia in tali casu non esset parcendum tritico Allegat auctoritatem Origenis omel xxi sup Josue ca° xv° ubi dicitur Jebuseum autem habitatores Jerusalem non potuerunt delere etc Ista auctoritas est pro me et contra allegantem quantum ad manifesta peccata Nam dicit Esto ergo quod non possimus eicere istos omnes qui nos conculcant saltem quos possumus quorum peccata manifesta sunt eiciamus / Ubi dat intelligere quod aliqua sunt peccata occulta que non possumus eicere et sic illa tollanda quia dixit Etiam non possumus eicere omnes istos quia nos conculcant Subdit saltem quos possumus etc Dicit autem quod omnia manifesta que possumus punire puniamus / Et hoc placet michi et est pro dictis meis de occultis concordat mecum / quod multa mala sunt mixta bonis in ecclesia militanti / Dicit quoque quod per omnes parabolas allegatas solum arguitur quod sunt mixti mali cum bonis et cum malicia est occulta tolleratur quod non videtur omnino concordare cum prima parabola Nam dicitur quod servi dixerunt patrifamilias Domine bonum seminasti in agro et unde habet zizania et sic illi distinxerunt inter zizania et triticum Nec ignotum erat illis esse ibi zizania cum illis volentibus ea eradicare dictum est Sinite ea crescere usque ad messem / Preterea de nupciis ubi congregati sunt boni et mali ast xxii° erat ibi non habens veste nupcialem quem boni discernebant et denunciare poterant non habere caritatem virtute sicut distinguuntur manifeste habens vestem nupcialem a non habente / tamen mansit in nupciis usque dum venit Rex quod erit in finali iudicio aut in morte cuiuslibet Apparet ergo quod hoc quod aliqui mali etiam publice tollerabuntur cum bonis / Verum hoc fit aut quia non habet ibi suum iudicem aut quia non per convinci de malicia sua aut quia non esset pax salva puniretur // Ad illam de ficu dicit quod sit sunt aliqua peccata specialiter certa ypocrisi possunt ad tempus tollerari sed postea cum in ypocrisi esse quod posset eici et puniri Hec responsio non solvit Nam constabat tribus annis ficum non habere fructum et non tollerabatur ergo ibi constaret aliquem non habere fructum boni operis tribus annis natura legis scripte et aliqua parte legis gratie ad hoc aliqua racionali causa expectatur et permittitur si saltem illo tercio anno seu in tempore gratie fructificet ¶ Contra solucionem de peccato Samaritanorum dicit quod domina ideo prohibuit discipulos punire quia hoc faciebant zelo vindicte Si Samaritani puniendi erant debebant discipulos instruere discipulos quod non corrigerent non zelo vindicte sed amore iusticie / Et hoc non fecit et mansit peccatum eorum inultum / Et et hoc propter duo bona / Primo propter mitem discipulorum qui habuerunt paciam / 2° propter fructum conversionis Samaritanorum cum hoc testatur Ambrosius in posicione allegata dum ait Non semper in eos qui peccaverunt est vindicandum quia non numquam plus prodest clemencia et ad paciam lapso ad correctionem // Demum

Samaritanum tenuis credideram a quibus hoc loco ignis arcetur eciam secundum
Augustinum tamen non possum prosequi singula. Ad principalia puncta
decreto consideracionem meam committam. Venio igitur ad responsionem
opponentis quam fecit de pace salua. Primo posuit duplicem pacem scilicet
dei et mundi. Secundam triplicem subdiuisit scilicet hominis ad deum, ad se et ad proximum.
Deduxit quod ista sine virtutibus non stabilitur. Tercio habita pace ad deum
subsequitur pax hominis ad se et ad proximum. De secunda pace scilicet mundi
dixit quod sepe illa est frustrata et fallax etc. Pro hoc ad auctores canonum et
doctorum statim ad unum pro dictum se expedit. Certa ista comparacio dicendum est
opponenti quod pacem insufficienter diuisit in pacem dei et mundi, pacem mundi
vocando eam que in bonorum temporalium possessione consistit. Tamen secundum Augustinum
xix de Ciuitate dei pax hominum est ordinata concordia. Et secundum Dionisium
xi capitulo de diuinis nominibus pax est omnium vnitiua et consensus operatiua. Ideo
quot modi sunt concordie aut vnionis hominum tot sunt modi pacis.
Vniuntur enim homines deo per caritatem i Corinthiorum vi^o qui adheret deo
vnus spiritus efficitur cum illo et in hoc est pax dei. Vniuntur et homines
adinuicem per amiciciam. Et quia illa est triplex scilicet propter honestum propter
vtile propter delectabile. Illa pax que super amicicia propter bonum honestum
fundatur est pax virtuosa. Alie due que super amicicia propter bonum vtile
et delectabile fundantur non sunt vere paces sed ficte frustrate et mundane
dicuntur pax mundi. Et sic videtur tetigisse opponens quia pacem
non laudant morales quia tamen durat quamdiu amicicia in qua fundatur
et illa tamen quamdiu bona vtilia aut delectabilia stant aut illis deficientibus
turbatur. Ideo Gregorius dicit Tranquillo mari eciam imperitus nauem dirigit
turbato autem tempestatis fluctibus eciam nauta peritus se confundit.
Omisit ergo opponens mediam pacem virtuosam que amicicia propter virtutem
fundata et propter bonum honestum de qua morales philosophi locuti sunt
quam leges humane positive sibi proposuerunt per quam manet inter homines
tranquilla conuersacio ex hoc quod illi ad virtutes inclinantur. Vnde audacia
per vim legum reprimitur et nocendi facultas cohibetur ut tandem qui
metu a malo abstinuit per consuetudinem voluntarie abstineant.
Hec pax quoddam bonum diuinum est sicut et bonum communis vel gentis
ut ait philosophus. Differt enim a pace dei tamen inter gentiles moraliter viuen-
tes reperiri potest ubi non est fides inter quos tamen non reperitur pax dei que
in caritate fundatur formatur quia ibi non est fides. Ergo nec caritas. Fides
enim est substancia sperandarum rerum Hebr. xi^o. Ista pax politica et moralis
ad pacem dei disponit quia angelus pacis constitutiua cordium nobilitat.
Nam in pace factus est locus eius aut habitacio. Hinc est quod de ista pace
boni communis multum solliciti fuerunt omnes iusti rectores propter quam leges
statute sunt per quas seruanda aliqua mala tollenda a ceteris iudicantur

ut allegavi in positione Nota secundo quod ista sit postponenda paci addendo
sed ideo quia per illam venitur ad pacem dei et illa turbata fit maior
offensa dei Si civitas confinantium inducit sectantur homicidia rapine
sacrilegia exactiones oppressiones et alia omnia peccata Secundo et quid di-
cat Seneca in declamationibus Multitudo ait mota non servat mo-
dum Igitur sancti et iustissimi rectores politiarum ut pax civitatum
servetur tolleraverunt aliqua mala non quia illa placent sed ne dum
vindicare satagerent tumultus fieret contra ipsos et inde maiora peccata surge-
rent et maior dei offensa Itaque minora tollerantur ut maior dei
offensa vitetur Hec est causa cur tam de pace servanda loquitur
Augustinus in pluribus passibus librorum suorum contra epistolam Parmeniani
et apostolus 2o Corinthiorum xii multitudinem peccantium non minatur corrigere
sed potius suam per illa humiliationem et luctum doctoris quam concordie unitatis
agendum cum multitudine consueverat Quantum enim persona privata non
autem propter pacem illam que est in bonorum fortune pacifica possessi-
one aut delectatione pariter tamen tranquillo usu quia illa fallax est et non
durativa magis ea in medium vero paci eius deo nociva Quantum ad illam
permotiva Putavit forte meus opponens eodem modo esse regendum
hominem solitarium et politicum quod fieri non potest Cum enim solitariam
vitam ducentes non subiciuntur legibus principum sed sunt liberi ab
illis 2o Corinthiorum iiio Ubi spiritus domini ibi libertas Unde illis non sunt
necessarie virtutes politice sed sufficiunt theologice infuse Cum vero politice
viventes ad bene vivendum virtutibus politicis et legibus necessario
indigent Primis sufficit pax dei secundis necessaria est pax politica
Cum autem naturale est homini in societate vivere quod loquela que sibi data
est homini declarat per quam unus alteri suos cogitatus exprimit beato
Augustino dicente in Enchiridion Etenim propterea verba instituta sunt ut
eis quisque in alterius noticiam cogitationes suas proferat Oportuit
fundari politias provincias et regna in quibus humane indigentie
subveniatur quod in solitudine fieri non poterat Quod sapiens Ecclesiastici
iiiito Melius est esse duos quam unum habent enim emolumentum mu-
tue societatis Quemadmodum autem de rebus naturalibus sunt duplices partes
quedam sequentes materiam quedam formam Et ille que materiam sequuntur
sunt imperfectionis que vero formam perfectionis sicut de homine mortale sequitur
materiam scilicet quia compositus est ex contrariis rationale autem ex
in artificialibus in cultello quod possit contrahere rubiginem sequitur
materiam eius scilicet ferrum quod vero possit scindere quod perfectionis est forma artis
Sic etiam politia in canonicis et magna parte imperfecta sunt materia
sed ordo eorum ad suum principium et ad invicem est forma Exemplo pullulat

pullulant multa mala ex secundo bona Nam ea parte bonum quod est
quid optimum et divinum Gen. primo Cum dictum esset de quolibet
quod esset bonum de omnibus dictum est quod erant valde bona Velle igitur
politicas esse sine peccatis est velle esse politicam ex alio quam ex hominibus
sicut velle habere cultellum qui non possit rubiginari est velle habere
cultellum non de ferro Velle autem omnes homines esse solitarios est velle
contra eorum naturam et tollere de rebus maius bonum Unde putando
illo modo vitare mortalia publica inciditur in maius malum quam est id
quod vitatur quia natura humana de natura sua ideo necesse est ut
si bene vivat sit melior homine et si male peior bestia Et quia ar-
bitrium hominis est valde volubile et fragile non est bonum imperfectos so-
litariam ducere vitam quia dum impugnabuntur a carne aut a dyabolo
non habentes hominem auxiliantem ideo periculosissime cadunt Et contra in
quantitate venientes habent adiutorium hominis ideo firmius stant Proverbiorum xviii
Frater qui iuvatur a fratre quasi civitas firma Ideo ergo multi sancti et doc-
tores loquuntur de pace boni communis et eius tanta cura ut sonant
eorum auctoritates Unde si opponens voluit ad illas venire ad unum
pro dum debuit dicere Amen hoc est quod sunt vere et concludere nec erat
dicendum quod tanti doctores dixissent magis pacem politicam temporalem
quam spiritualem intelligendo per pacem politicam temporalem illam que in
fornicatione aut magis [illegible] usu temporalium bonorum fundatur quia ipse
dicat esse incertam nec veram pacem cum hostibus securitatem allaturam
sed magis fraudulentam illusivam et saepe criminibus involutam Absit enim
quod illi sancti pro tali pace dixissent esse tollerandam aliqua mala publica
mortalia Sed hoc dixerunt pro illa pace politica que fundatur in virtute et
amicitia propter honestum bonum Etiam loquendo moraliter non tamen plus
ad illam quam ad pacem dei in caritate fundatam aspexerunt immo minus
ad istam oculum verterunt ut veniatur ad illam veram pacem que est dei
quia per illius turbationem turbatur et illa pax dei Et hec de toto primo puncto

Quantum ad secundum punctum in quo ordine propone principali
falsitatem sex dictorum sex dictorum opponentis quod dicuntur in eius primum
dictum eius est et prima suppositio in primordio fidei sane vixerunt sacerdo-
tes ac clericorum omne collegium sub principum secularium coactiva iurisdictione
usque ad tempora Constantini primi Romanorum imperatoris Si intelligere
vellet quod hec subiectio clericorum sub potestate seculari non erat de iure et ius-
ticia sed de facto et iniuriosa violencia temporis primitive ecclesie in
quo sancti martirizabantur et opprimebantur nec poterat ecclesia tunc resistere
tirannidi illorum principum hoc concedimus sed modicum proficeret opponenti et
esset super hoc sic intellecta male fundata dicta sequencia Si si intelligat
quod tunc subiectio clericorum erat iusta sicut videtur sentire ex discursu suo
dico hoc non posse esse verum quod apparet primo sic Quatuor fuerunt

principales orbis monarchie ut habetur Augustino in de Civitate dei et Cronice
auctoritate attestantur Prima fuit apud Assirios inchoata per Nimum filium
Beli per quem publice ydola sunt inventa nomine patris sui ut
ingr dicit in hystoriis licet aliqui de Nemroth faciant difficultatem et
duravit regnum Assiriorum mille ducentis quinquaginta annis secundum
eundem Augustinum libro xviii de Civitate dei Secunda monarchia transiit ad
Medos et ad Persas respectu Darii et Cyri et aliorum regum utz in
Daniele / Tertia fuit apud Grecos et Egiptios que tempore Allexandri
in Macedonia floruit utz primo Machabeorum primo Quarta fuit apud Romanos
Quatuor ista regna vel imperia designata sunt de visione Nabuchodonosor
regis dum vidit statuam auream utz per exposicionem Danielis ii c. Consequenter
ibi dicitur post ista quatuor regna suscitabit deus regnum
celi quod non dissipabitur et regnum eius populo alteri non tradetur.
Comminuet autem et consumet omnia regna hoc et ipsum stabit in eternum
Illud autem regnum est regnum Christi designati per lapidem abscisum de monte
sine manibus quia conceptum ex virgine sine opere viri qui comminuit
testam ferrum et es argentum et aurum quia omnes monarchias regnum
Christi subiecit Hoc autem regnum Christus petro suo vicario dimisit et
successoribus eius Nam dixit Tu es petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam etc. Et iterum Quodcumque ligaveris super terram etc.
Hac consideracione motus Constantinus post baptismum a Christo inspiratus
quem viderat in baptismate suo ut ipse testificatur concessit
Silvestro vicario Christi imperium in Occidente Ex hac racione apparet
clerum et specialiter summum pontificem non esse subiectum dominis temporalibus Preterea
papa a deo et non ab homine habet iurisdictionem ergo de iure nulli principi
seculari subiciatur nec ab aliquo particulari homine iudicari potest sed
a deo solo exceptis casibus a quibus a Concilio generali potest iudicari
quod etiam a Christo immediate habet potestatem Item Imperator inferior est papa
et non econtra Probacio quod est inferior papa in spiritualibus ergo in spiritualibus
papa autem eius clerus imperatori non subiciatur Item Imperator est filius
ecclesie et non pater xcvi di Si imperator / Filius autem non corrigit patrem
ymmo omnis lex erubescit filios esse patrum correctores Item papa non
est de foro imperatoris nec racione papatus quia illam habet a deo immediate
Christo ultimo dixit dominus pasce oves meas / nec racione domini temporalis
Nam licet imperator dotavit ecclesiam tamen per eam donacionem liberam fecit nec
fecit papam feudotarium aut emphiteothecarium aut vasallum lxiii dis.
Ego Lodovicus et xvi q. i ff. Nonnulli clerici etiam non sunt inferiores laicis
ymmo eis et aliqui sunt eis infesti ut ar. ii. q. vii laici ergo non sunt
de iure subiecti ipsis laicis Preterea idem probatur sic Cum precellentioribus
non debet etiam ordine nature subesse ei qui precellit vilioribus
papa et pontifices precellunt melioribus quia in spiritualibus hunc regimen

amarum et dominum temporales regiminis corporum et rerum, ergo rursus spiritualia for-
tiora sunt temporalibus. Nam temporalia transeunt. Sapie 2o. Quid nobis
profuit superbia aut quid divitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt
omnia ista sicut umbra. Spiritualia vero non transeunt. Luce xxi o. Celum
et terra transibunt etc. Amplius certo quod papa et imperator ac ceteri domini spiritua-
les et temporales habent a domino potestatem, cum spiritualior sit papa, ut
xxi dist. c. 1o. Item qualis est ordo finium talis et potestatum. Sed finis potestatis
temporalis ordinatur ad finem potestatis spiritualis. Finis enim proprius potestatis
temporalis est homines facere bonos bonitate scilicet politica et pax politie et
ex iustitia servata, secundum quod scriptum est Isaie xxxii o. Et erit opus
iustitie pax et cultus iustitie silentium, et ista ordinatur ad eternam beatitudinem
que est finis regiminis spiritualis. Igitur ex obiecto utrarumque potestatum idem patet
argumentum. Licet enim sit idem obiectum materiale utriusque, tamen formale est alterum
utriusque. Siquidem homo subiectus est et obiectum eius est, sed secundum aliam rationem.
Nam ratione qua homo obiectum est temporalis potestatis. Sed ratione qua
susceptivus gratie qua et filius dei per adoptionem et membrum Christi efficitur
per est obiectum potestatis spiritualis, et est consideratio formalis longe est
altior prima. Et hoc idem ex dictis opponentis in sua positione apparet.
Nam in uno notabili aut potius corollario iuxta principium dicit quod ecclesia
habet duas partes, scilicet laicos et clericos, tamquam corpus et animam, et infra
dicit sic: Corpus non debet facere ad opus animale nisi proportionabiliter
ut habet influxum et motionem a spiritu. Sic pars laicalis ecclesie non
debet in aliqua corrigendo firmam procedere a sacerdotibus inconsultis. Ex quo
arguitur propositum: laici non debent procedere ad executionem sue potestatis absque con-
silio sacerdotum; ergo sacerdotes secularibus potestatibus non sunt subiecti. Immo
planius loquitur ad propositum meum. Nam ibi dicit post verba allegata:
ab illis enim scilicet clericis oportet ut procedat sub auctoritate omnis secularis
correptio. Quod si ita est, quomodo ergo erunt sacerdotes illis subiecti, quod ab
inferiori accipit formam et modum correptionis superior? Auctoritatibus veteris
testamenti idem apparet. Ieremias fuit sacerdos de vitulo Anatoch tribus
miliaribus distante a Ierusalem. Fuit autem superior regibus et principibus secula-
ribus, patet Ieremie 1o. Ecce constitui te hodie super gentes et regna. Ergo sa-
cerdotes in eo quod sacerdotes non fuerunt regibus subiecti. Item Samuel inter invoca-
tores nominis domini iuxta prophetam. Et Samuel inter eos qui invocant nomen
eius typum gerebat papalis sue dignitatis. Ipse enim iudicavit populum
Israel cunctis diebus vite sue, ut 1o Regum vii o. Item Melchisedech fuit
rex Salem, fuit sacerdos dei altissimi, qui tenuit typum Christi, ut psalmo cix:
Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Certum est illum nulli
regi esse subiectum, immo et maiorem Abraham, quia illum benedixit,
et planum est quod maior est qui benedicit quam qui benedicitur, quia
sine ulla contradictione quod minus est a meliore benedicitur, ad Hebreos vii o.

Item moyses fuit sacerdos ps. xcviii° Moyses et aaron in sacerdotibus eius qui omnibus diebus vite sue iudicavit populum israel nobiles et non nobiles ut patet in decursu exodi et deut° et in multis passibus levitici et numeri. Quantum autem fuit superior temporalibus dominis puta pharaone rege qui tenebat populum dei captivum patet quia septimo capitulo exodi vii° dicitur constitui te deum pharaonis deum scilicet participatione non natura Sic dicitur de spiritualibus viris Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes Et dicitur quod fuit deus pharaonis propter peccatum infidelitatis cuius non impediebat propositum pharao enim licet esset infidelis tamen erat rex et sic illi regi moyses dominabatur dominabatur eciam fidelibus ut ante probatum est Sunt eciam exempla que recitat magister in hystoriis quod allexander macedo monarcha huius de Jado summo pontifice sacerdotum Judeorum visionem ut ipsi tanquam superiori honorem deferret Unde cum venisset in iudeam allexander cum proposito destruendi et humiliandi iudeos per dictam visionem in itinere habitam ipso appropinquante ierusalem Jadus pontifex a deo in visione instructus cum reliquis sacerdotibus suis in pontificalibus allexandro extra civitatem occurrit Cum allexander ut ipsum vidit pontificalibus ornatum et cidarim ubi erat scriptum nomen dei Tetragramaton super legem in fronte pontificis statim de equo descendit dignissime quod antistitem veneratus est nomen quod adoravit domini Cum autem principes eius admirarentur quod imperator sic fecerat Respondit eis quod non ipsum adorasset sed deum cuius principatu fungebatur et vices gerebat et in sompnis per dies dixit se deum in tali habitu conspexisse Tunc cum Jado veniens ierusalem templum honoravit maximis donis barbaritatem quam contra iudeos fecerat deponens ipsos ab omni exemit tributo et libertati donavit propter quam causam prosperatum est eis imperium Simile legitur in Cronica summorum pontificum de Totila rege wandalorum ergo leonem papam Anno domini quadragesimo 2° Anno leo papa veniens de urbe et occurrens eidem Totile in planicie lombardie quam flammati gladio crudeliter devastabat ipse Totila de equo descendens pape reverenciam fecit propter visionem quam de ipso habuit Ipse quod leo ipsum [illegible] ad eius preces a feritate destitit et de Italia recessit Ecce quod gentiles principes et tanquam superiores arbitrantur Cum autem sacerdocium ewangelicum sit dignius sacerdocio levitico aut illo qui fuit in lege nature quo dici potest sacerdocium ewangelicum esse potestatibus secularibus subiectum Sufficiat paucitatibus nove legis testimonium et cum fidelis apostoli pauli dicit dominus math. xvii° quod filii sunt liberi a tributo per filios apostolos discipulos et successores eorum intelligens Hec enim glosa ex dictis Augustini super isto passu accipitur Sic dicente christo dixit in omni regno filios esse liberos id est non esse vectigales multo ergo magis liberi debent esse in quolibet regno terreno filii regni ipsius

sub quo sunt omnia regna terre. Si quis dicat quamdiu sunt filii sunt liberi
Sed peccatores iam non sunt filii, ideo sunt subiecti. Hoc non valet primo quia
tunc de nobis possumus esse certi quod sit in gratia. de nullo erit certum si sit ex-
emptus a subieccione temporalium dominorum. Item per peccatum temporale mortale per-
sonale et publicum non amittitur dominium. Nam sicut sepe domini temporales
amittunt sua dominia sua quod sediciosum esset dicere et contra intencionem
opponentis. Nam tunc ecclesiastici non essent eis subiecti. Item contra expressa
dicta ipsius qui ponit Christum pilato esse subiectum et apostolos subiectos principibus
secularibus infidelibus et per quos in peccato mortali existentibus et notorie quia
eorum infidelitas eorum erat nota et tales fuerunt principes temporales
per longeva temporum curricula. Dicere autem quod iusticia sit domino iusti et iniustis
tempore quo iniustus amisit dudum est resuscitare articulos Wicleff septi-
mum et tricesimum Hus. Unde si opponens hec dicat ut videtur facere
in corollario 2e conclusionis 2i puncti contradicit alibi dicto. Nam facto
ubi ponit ecclesiasticos fuisse subiectos dominis temporalibus usque ad tempus primum
Constantini cum tunc ecclesiastici essent boni et principes mali. Si autem
intelligit quod iusti sunt superiores peccatoribus multo fortius non dominio hoc non
negarem sed modicum valet ad propositum suum. Allegaciones in decreto
possem assumere ad propositum meum di. x c. ix positas. Sed illas preter-
eo pertranseo dempto solum Nicolai pape tribus capitulis que posita sunt. Nam
ad verum satis evidenter cum septimus accipio quod beatus Ambrosius dicat
in principio sui pastoralis. Dicitur enim sic honor fratres et sublimitas
episcopalis nullis poterit comparacionibus adequari. Si regum fulguri
comparaveris et principum dyademati longe erit inferius quam si plumbi
metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cum videas regum
colla et principum submitti genibus sacerdotum et osculata dextera eorum
oracionibus credant se muniri. Hec auctoritas expressa est contra dictum istud
opponentis negatio. Si autem verba Ambrosii negabunt sicut verba Augustini
de tolerancia invectivam eadem sua de non subieccione clericorum sive
ecclesiasticorum patet capitulo. Si imperator, ubi dicitur de potestatibus secula-
ribus quas si fideles sunt ecclesie sue sacerdotibus voluit esse subiec-
tos. Non sibi vendicet imperator alienum ius et ministerium quod alteri
deputatum est neque contra eam contendat obrumpi a quo omnia
constituta sunt. Decimo solvere raciones suas ad primam respondeo
et verbo precipit et docuit dicere Reges istud ymo docuit oppositum. Docuit
enim filios regum non esse subiectos tributis et per que aliis censibus prin-
cipum quia in nomine filiorum intelligi possunt omne ius censuum.
Nam admirogasset petrum Reges a quibus accipiunt tributum a fi-
liis non ab alienis. Concludit Christus ergo filii sunt liberi. [illegible] 44
voluit solvere tributum aut dydragma fuit non quia deberet ymmo
declaravit quod non debebat neque ipse quia Rex Regum erat neque sui discipuli
quia filii Regis erant per adopcionem ne scandalizaret exactores. Nam

dicit redemptio ne scandalizemus eos Vade inquit petre ad mare et mitte
hamum etc. Ecce vero voluit vitare scandalum exactorum tributorum Cesaris
non mirum quia illa in illis videri poterit scandalum pusillorum qui di-
gnitatem et excellentiam personarum et suorum sacerdotum ignorabant Ecce vero non
tenentur audivistis iam auctorem Augustinum super illo Ergo filii sunt
liberi Sed iterum Origenem audiamus quem si in positione allega-
verim ideo repeto quia ad propositum nullum pro opponentem vidi tristem
Ait enim Sic vide Christi prudentiam qualiter nec renuit tributum nec simpliciter
iubet dare Sed prius ostendit se non esse obnoxium et tunc dat quorum
vero fecit dare scilicet tributum ut illi exactores non scandalizarentur
hoc autem quod ostendit se liberum ut non scandalizarentur discipuli Hec
Origenes Igitur patres si discipuli fuissent scandalizati si Christus
dixisset se debere dare tributum quid putatis scandalizantur plurimorum
corda fidelium etiam principum secularium cum audiunt sacerdotum dignis-
simum subici iurisdictioni temporalium dominorum quia magis offenduntur dum
audiunt canonice eos delinquentes data eorum pertinacia in
defectu suorum superiorum prelatorum multitudinis indocte debere subire
non solum correctionis funem sed active iudicium Quod ultra testa-
bitur inspice etiam idem dicere de principibus et subire omnem politiam
dum iudicia feruntur ab ignorantibus iura et ab nescientibus
quid distat inter sanctum et prophanum Quod secundo petrus sequens
doctrinam et piissimam precepit suis etc. Dico quod loquebatur de
populo laicali nec hoc est fingere quia glossa marginalis sic dicit
Primo incipit instruere apostolos Petrus liberos ibi Subditi estote etc.
deinde servos ibi Servi subditi estote dominis vestris post ea mulieres
ibi Subdite sint viris etc. post hoc viros ibi Viri similiter cohabi-
tantes secundum scientiam Deinde seniores et adolescentes Non apparet ex
glossa illa quod loquatur de clericis Ideo cum dicitur quod de laicis loquitur
non fingitur quia glossa illam partem dicere habemus Dicimus secundo quod si de
clericis ut de laicis loqueretur ista subiectio esset perfectionis quia dicit
Subiecti estote omni humane creature et manifestum est quod non
subiciuntur etiam laici omni humane creature ex debito quamvis non
dicta Sed exhortatur secundum illum intellectum ad humilitatem perfectam
secundum quod apostolus dicit ad Romanos xii° Honore invicem prevenientes
quam alter alteri ipse exhibere propter deum Ideo cum dixisset
apostolus petrus Subiecti estote omni humane creature subiungit
propter deum Quod hoc opus supererogationis apostolus petrus instrue-
bat ut scandalum aut occasio murmurandi contra fideles tolleretur
Ideo dixit ut obmutescere faciat hominum imprudentium ignoranciam
quod tamen absque coactione aut debito sed spontanee hoc facere ha-
beant patet per subsequentia quia dicit Quasi liberi et non quasi
velamen habentes malicie libertatem Unde nec facta sunt ista

dicta nec periculose exposita sed aliter et contra intentionem apostoli videat
ipse sibi de periculo qui ad talem intentionem sacram scripturam trahit cum non
habeat pro se doctorem approbatum aut autenticam glosam. Contrariam con-
similiter ad litteram dominus Innocentius exponit et dominus Durandus in
quadam questione de origine iurisdictionum qui ad illam auctoritatem videtur
dicendum inquit quod non loquitur de subiectione quo ad iurisdictionem
sed quo ad humilitatis virtutem que quo ad omnes debet servari maxime
tamen ad illa regum et ducum. Et sic Innocentius videtur. Contra etiam ad auctoritatem
Ambrosii super illo Luce v° Laxate retia in capturam dicentis Est aliud
apostolorum piscandi genus etc. Dico quod in illa auctoritate nulla fit mentio de
ecclesiasticis sed solum de secularibus viris qui sunt subditi sublimioribus potestatibus.
Contra illam eiusdem doctoris super illo Luce xx° Ostendite michi denarium
cuius habet ymaginem dicentis Si Christus etc. Ista verba dico ego intellecta
ut iacent non possent stare quia ibi dicitur Quia Christus dedit censum
non de suo dedit sed reddidit mundo. Cum propheta de eo ait psalmo viii Omnia
subiecisti sub pedibus eius oves et boves etc. Et ipse dominus de se ait
psalmo xlix Si esuriero non dicam tibi meus enim est orbis terre et plenitudo
eius. Et Matthei ultimo Data est michi omnis potestas in celo et in terra. Hanc
vero ab initio sue conceptionis habebat sed non erat manifesta ut fuit
post resurrectionem. Dicatur ergo quod dedit non de suo hoc est de eo quod suum
esse non putabatur. Ipse perfectum exemplum magne paupertatis quod
tunc exhibebat sicut ipse dicebat Vulpes foveas habent etc. Et ad
id quod sequitur de auctoritate Ambrosii Et tu si non etc. dici potest quod posses-
siones et bona ecclesie data non sunt divicie mundi sed dei. Nam ex quo
semel datum est deo sanctum sanctorum erit domino ut habetur Levitici xxvii
et xii q. ii Nulli. ubi sic dicitur Nulli liceat ignorare omne quod
domino consecratur sive fuerit homo sive animal sive ager vel quicquid
fuerit consecratum semel sanctum sanctorum erit domino et ad ius pertinet sa-
cerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis homo qui a domino
vel ecclesia cui competit aufert vastat invadit vel eripit usque
ad emendationem ecclesie quam satisfactionem ut sacrilegus iudicetur et si
emendare noluit excommunicetur. In hac questione multa in hanc
sententiam concordantia ponuntur per multa capitula. Dico etiam quod de bonis
ecclesie ad dotem pertinentibus precipue non debet ipsa tributum nec de decimis
primiciis et oblationibus. De aliis vero que emptione acquisivit vel
donatione virorum accepit multa dici possent que causa brevitatis
obmitto. De quibus tamen adhuc pro eius libertate multa habentur
xxiii q. viii c. Tributum et originaliter habetur Genesis xlvii de
libertate terre sacerdotum in Egipto in maxima necessitate famis prevalida
urgente. De hac libertate iterum ecclesie et causa xi q. i c. Convenior multa
habentur a beato Ambrosio. Finaliter dico concedendo quod sive ratione possessionum

dictatam esse vel acquisitam deberet tributum. Sed non tamen hoc non arguit
quod subiecti sunt ecclesiastici temporalibus dominis quantum ad personas eorum aut
bona mobilia. Unde cum status non fundetur in bonis sed in per-
sonis ut in subiecto, nullo modo probat quod status ecclesiasticorum subiectus
sit secularibus potestatibus. Nego etiam idem quod ecclesiastici sunt elemosinarii
laicorum principum sed dei et ecclesie cuius sunt bonorum suorum dispensa-
tores. Per ista etiam patet solucio dicti apostoli cui tributum tributum cui vectigal
vectigal cui honorem honorem etc. Ad auctoritatem istam et dictam dicti
illius collecta. Dico quod illa non sunt dicta eius sed Marsilii de Padua
heretici cuius dicta condempnata fuerunt tempore Johannis xxii. Multa
namque iste dogmatizabat in subversionem ierarchie ecclesie statum
ecclesiasticum multum nimis impudendo et quod iste liber qui dicitur Deffensorium
pacis fuit eius patet quia de translacione imperii profitetur se illum
fecisse in ii et xxxii capitulo. Sive sit illius sive alterius ista dicta non con-
cedo. Hac igitur suppositione conficta et penitus eliza patet suam con-
clusionem tertiam esse falsam ubi dixit peccata publica personalia prelatorum sacerdo-
tum et aliorum ecclesiasticorum ubi correctio fraterna aut singularis aut generalis
reprehensio per predicatorem verbi dei non sufficeret in defectu spiritualis prepositi
habita sufficiencia et data oportunitate sunt per potestates seculares aut
per fideles laycos secundum dictamen divine legis etiam sine aliqua spe-
ciali licencia ab ecclesia habita coactive punienda et iudicio condempna-
cionis vel diffinicionis ut est actus iusticie iudicanda. Falsitas huius
dicti in hac replica sua patet ex dictis. Omnia ecclesiastici non sunt subiecti
illis principibus secularibus aut laycis ut diffuse ostensum est. Contra racionem
suam contra primum de Christo quod fuit etiam quo ad personam iurisdictioni principis
secularis subiectus scilicet Pilati vices agentis Cesaris. Dicunt aliqui doc-
tores quod Pilatus non iudicavit Christum ut personam publicam aut premi-
nentem dignitate sed tamquam personam privatam accusatam sibi a princi-
pibus sacerdotum synagoge et ipsis iudeorum tamquam malefactorem. Qui
in hoc erat de foro Cesaris et suo quia preses erat in Iudea pro impera-
tore. Unde ipse Pylatus ait Luce xxiii° Obtulistis michi hunc
hominem quasi privatum non pontificem non in dignitate constitutum. Sed
cum Christus ut dicunt isti doctores in hac parte non gerebat personam
pape sed simplicis hominis coram suo iudice accusati. Nec in hoc Christo
papa successit. Successit enim in potencia non in accusatione maligna
de eo facta. Hoc est estimandum quod si coram Pylato fuisset unus de principibus
sacerdotum aut pontificibus vel sacerdotibus templi accusatus dixisset
quod dixit de Christo Accipite eum vos et secundum legem vestram iudicate eum
Sed nec accusatores accusaverunt eum coram Pylato ut pontificem aut
scribam sed ut populi subversorem aut deceptorem. Cum igitur nec coram
iudice fuit ut sacerdos vel pontifex accusatus nec a iudice ut talis iudicatus

Ex illo exemplo nichil potest concludi de subiectione clericorum dominis temporalibus. Sicut si laicus iudex faciat similem mortem contra clericum putans tamen eum non esse clericum et in quo clericalis discipline nulla apparent vestigia non potest ex hoc actu in clericos acquirere iurisdictionem. Preterea illud iudicium fuit iniustum ex omni parte. Tria enim ad iustum iudicium requiruntur scilicet iustus ordo · iusta causa · iustus auctor. Non fuit iustus ordo quia non erat pilato subditus Christus ut ordinario iudici sed tantum ex voluntate dei permissiua. Et esto quod fuisset verus iudex eius quod non concedo tamen non fuit conuictus de crimine sed per falsos testes accusatus Mathei xxvi°. Nouissime venerunt duo falsi testes et dixerunt Hic dixit possum destruere templum hoc et cetera. Causa non fuit iustus auctor quia pylatus timore ne Cesarem offenderet Christum iudicauit. Nam cum dicerent ei iudei Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Scriptum est Johannis xix° quod dicitur Audito hoc verbo Si dimittis eum sic magis timuit. Non fuit iusta causa teste pilato qui dixit Luce xxiii° Nichil inuenio cause in homine isto. Et iterum Ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inuenio in homine isto ex quibus eum accusatis sed neque herodes ubi supra. Hic pylatus Christum absoluit iudicio crucifigi abductus duorum ergo virorum testimonio Christus insons ostenditur. Item Johannis xix ait pylatus Ego nullam in eo inuenio causam vbi glossa non dixit quia peccauit et dignus est morte donatur eum festo sed primum eum excusans tunc rogat ex habundanti ut si nollent eum innocentem dimittere saltem obnoxium darent ipsi. Dicendum ergo quod ex parte pylati iudicium caruit robore quia veraciter Christus non fuit ei subiectus. Verum Christus ex summa humilitate et caritate ei subici voluit et deus pater ut actum potestatis pylatus exerceret in Christum ut quantam habuit Christus caritatem erga genus humanum ostenderet quia non suo iudice iudicari voluit absque causa morte turpissima debitum humani generis exsolvere. Et ex hoc non concluditur nec apparentia lex argumentum quod ecclesiastica subsunt principibus secularibus qui ex opere supererogationis non concluduntur debitum in eo a quo suus discipulus aut filius. Et allegauit opponens dictum beati Bernhardi ad Archiepiscopum Senonensem. Dico quod non puto textum bernhardi sic habere. Tamen si ita esset quod non concedo dicerem ad illud quanto magis super personas et temporalia omnium apostolorum et suorum successorum omnium episcoporum seu prelatorum ecclesiasticorum quod istud intelligitur de potestate permissa non approbata vel de actu potestatis non de auctoritate. Nam deus permisit principes seculares contra episcopos et presbiteros ac alios fideles potestatem exercere. Et ad illud de depositione Abiathar a Salomone dico quod fuerunt ad dicta in positione. Sacerdotium veteris testamenti erat carnale et per carnalem propagationem succedebat ut patet ad hebreos vii et ix capitulo. Nunc esset ordinatum ad spirituale obsequium

et licet esset figura novi testamenti sacerdotium minus tamen quam sacerdotium mel
chisedech ideo ea parte qua illud sacerdotium erat carnale et terrenum
erat terrene potestati subiectum et in solucione in posicione dictum est Sed
inquantum erat spirituale secundum obsequium et secundum figuram preeminebat ei
unde reges a sacerdotibus instruebantur arguebantur ungebantur
nec erat seculari potestati subiectum Et secundum istam consideracionem dictum fuit
in posicione Sacerdocium in nulla lege fuisse proprie subiectum Aliqui
dicunt sic in veteri testamento promittebantur temporalia in mercedem
ideo summa potestas erat terrena in novo testamento eterna quia eterna promittuntur
Summa potestas est spiritualis temporalia autem adduntur ad necessitatem aut
sustentacionem ideo in lege nova subditur iudicio status ecclesiastici temporalia
Ad Damasum qui se purgavit accusatus etc. responsum fuit in posicione
cursum ad racionem istam ubi facta est de leone dictum fuit quod fuit
opus supererogacionis et non debiti quod se lodwico imperatori iudicio sub
misit aut suorum De Samuele posset dici ut dictum est de
sacerdotibus leviticis licet non fuit sacerdos sed propheta qualiter dicatur quomodo
se iudicio Saulis aut populi submisit sed innocenciam teste populo demon
stravit coram Saule volebat enim iudicari id est declarari et testimonio
populi comprobari innocenciam in presencia Saulis Arguit quod communitas posset
habere iurisdiccionem in contumaciones satis de hoc in posicione dictum est
Sed replicat cum dixerim communitate Corinthiorum non habere auctoritatem puni
endo ex iudicio nisi cum consensu apostoli et arguit sic quia apostolus ar
guit prius eos qui dimiserant eum incorreptum quam det licenciam
vel dicat illa verba Ego quidem tamquam absens corpore etc. Et allegat
Ambrosium Dico quod ideo reprehendit eos quod illum non corripuerunt finaliter
quod poterant prout ideo quam multi illum abhominabilem fornicatorem
sustinebant nec de peccato illius tristabantur Nam dicit et vos inflati
estis superbe talem defendendo aut dissimulando peccatum suum et non magis
luctum habuistis unde ex hoc non concluditur quod communitas illa po
se haberet potestatem puniendi coactive seu per exhibicionem pene illud for
te necessarium Nam dicit et non magis luctum habuistis Ubi videtur
magis innuere quod solam correccionem fraternam ex se ipsa habuit Nam fra
ter super fratre dolere debet et lugere si corrigere non valeat aut si correccioni
non vult parere Dictum autem Origenis de correccione sacerdotis collata
per dexteram et populi per sinistram de fraterna correccione currit non de iudicia
ria quo ad hoc quod dicit Ieronimus cum abste multa mentavit
dictam sunt in sua posicione de Nabuchodonosor de Vespesiano de iudicio
lato per danielem in presbiteros malos que non repeto quia soluta sunt
in posicione sufficienter Consequenter apparet corrolarium sive conclusionem
esse falsam Ubi dicit parentibus rectoribus spiritualibus subditi

fideles licite possint et in casu teneantur superiorum peccata per iusticiam corrigere
castigare aut punire. Ovisum etiam est iam supra nobile contra illud cor-
relarium non esse verum et si de correpcione fraterna et ... intelligeretur est
falsum. Nam per illam potest inferior superiorem et par parem sicut superior in-
feriorem corripere. Et miror quod communiter aut frequenter transit opponens
de una correpcione in aliam et ubi debet evolvere equivocationem congre-
gat eam. Quantum ad secundam suppositionem ubi ponit quod per illud
dic ecclesie intelligitur fidelium universitas. Hoc certe non nego immo concessi
in dictis meis in posicione. Sed excludo per hoc prelatum. Quando hoc dic
ecclesie dupliciter exponitur id est prelato vel universitati fidelium et quia
non sunt tota fidelium universitas congregari dixi quod dicendum est
concilio generali in negligencia pape. Istud enim habet claves ut papa potest
nolentem eum audire excludere de ecclesia ut sit sicut ethnicus et
publicanus. Unde dominum Occam ubi per ecclesiam negat petrum aut aliquem
priorum etc. Non recipio quamvis enim intituletur sit tamen magis creditur
esse marsilii de padua heretici. Conclusionem suam quam ex illa secunda
supposicione illatam reputo falsam et per doctores in posicione allega-
tos Albertum Thomam Richardum de media villa et Augustinum de Anc-
tona fuit falsitas satis aperta et videte quo insufficienter probat
ex lege correpcionis fraterne ut habetur sue suppositione 2e et equivocat in
multitudine. Nam dixit in suppositione quod per ecclesiam hic intelligitur universitas
fidelium et ex illa lege dic ecclesie que est universitas fidelium concludit
non hanc conclusionem peccata mortalia publica personalia prelatorum et
sacerdotum possunt et in casu data coram plebe sunt aliquorum per fidele
correpcione fraterna sufficiencia et oportunitate habita arguendi eciam publice
coram multitudine laycorum patet aut ex lege correpcionis fraterne considerate.
Si ecclesia intelligatur ubi dic ecclesie sit multitudo aliqua laycorum vel
etiam omnium laycorum Rome ecclesia per eum est universitas fidelium
aut concilium generale eam reputamus dixit Christus Si ecclesiam non
audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Et si multitudinem laycorum
non audit erit sicut ethnicus et publicanus. Illa multitudo laycorum
excommunicabit nolentem audire. Hec congregacio laycorum claves
plane est quod Christus non maxime ex quo sunt ecclesia in veram naturam nec
unquam fuerunt ecclesiam exclusis clericis Sed clerici et layci simul. Et quia
ecclesia tota non potest in uno loco convenire convenit in concilio generali
et illud est ecclesia de qua ibi dic ecclesie. Ideo dictum fuit in posicione
mea Si prelatus delinquens correptus fuit non audit corripientem
potest habere ad superiorem recursum et tandem dicatur ecclesie id est concilio generali
Certe si istud non audit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. non
autem oportet currere ad multitudinem laycorum et coram ea prelatum arguere

Racionem in posicione dictam facio que talis est a correpcione fraterna si non suffic-
itur ad patriam secundo per illam secretam admonicionem assumuntur duo
testes vel unus ut cum prelato denunciatum fuit peccatum aut eciam ecclesie
id est Concilio generali si negavit accusatus vel delatus probari possit
Et si iudicem non audierit excommunicetur aut sit excommunicatus non a secre-
ta correpcione eundo ad multitudinem laycorum non itur ad patrem nec
itur ad illum qui per censuram ecclesie possit inobedientem punire ergo
non est recurrendum ad laycalem multitudinem Ad racionem quod ipsemet voluit
argui coram turba Jo viii° Quis ex vobis arguet me de peccato Et sic
dixit quod secundum dicta Gregorii ipsemet non submittit se correpcioni ipsorum
sed ex racione probat se peccatorem non esse Allegavi Gregorium replicat
dicens miror quod tam nobilem glosam facit videns scilicet ego istam / Sed
ipsemet ex racione probat se peccatorem non esse ergo ipsemet in eodem
textu non submittit se correpcioni ipsorum / Ad hoc dico quod magister minor
quod imponit michi hanc fecisse glosam Nam esto quod utrumque dixissem
scilicet quod ipsemet racione probat se peccatorem non esse et quod ipsemet non submittit
se correpcioni ipsorum tamen non ideo vellem facere glosam infundando hoc ex illo
Nam si dixi Concilium esse congregatum et dixi bohemi sunt
basilee dixi ergo istam glosam Concilium congregatum est ergo bohemi
sunt basilee Et puero didicisti tales illaciones non valere saltem
de forma Nam in qua bona et formali consequencia est inclusum consequens in
ante / Ideo dixi magister tanta est virtus replicans Nam si dixi
conforma secundum Gregorium in omelia ut tho. recitat in exposicione huius
passus non submittit se correpcioni ipsorum sed probat ex racione etc.
tamen non magister declarando me vel extendendo Dico quod per ista verba
Quis ex vobis arguet me de peccato ipsemet non submittit se correpcioni
ipsorum probet et ego ultra respondeo / Secunda racio ad conclusionem est soluta
per predicta cum dicit sic probatum est quod per ecclesiam in isto verbo dic ecclesie
intelligitur non solum prelatus sed eciam universitas scilicet multitudo ipsorum dico
quod non Sed intelligitur universitas fidelium omnium aut Concilium generale
ipsam representans Dicit opponens quod miratur quod sic volo ecclesiasticos
habere exemptos a correpcione fraterna tali scilicet coram multitudine etc.
Dico quod miror quod miratur admiracio autem secundum 1 metaphisice venit dum
effectus cognoscitur et causa ignoratur Ipse autem bene videt causam
Cur volo dicere ecclesiasticos a predictis laycali aut secularibus iudicibus
debere corrigi quia scilicet non sunt illius subditi desinat ergo mirari de-
cetero Ideo eciam nolo concedere ecclesiasticos coram multitudine populi
corripi fraternaliter quia sic non debet fieri sed corrigendi sunt fraternaliter
et hoc multum suadeo et si nolint acquiescere sunt corrigendi et puniendi
paternaliter per suos superiores et ut ita fiat multum opto Unde quid cause

est quod innititur. Si tamen causam dicti mei intelligat ut puto quemadmodum
dictum dicat in hoc quod ordinem correctionis sic supposui ut primo quis
secrete moneatur per eum si non audit adhibeatur unus vel duo te-
stes quod si non audierit dicatur ecclesie id est prelato et consequenter illo negli-
gente summo pontifici dicatur ecclesie quod si illam non audierit non habet
laycus quid faciat nisi quod rem deo committat et oret pro illo dicat
inquam quod fingo et nescit tamen doctor est hec glossa nisi quod est mea
sapiat certum ipso de ordine fraterne correctionis et servaret metum
in isto ordine Nam per quem secreta monicio non sufficit dicendum
est ecclesie Ecclesia autem secundum doctores dicatur prelatus aut Ecclesia univer-
salis seu concilium generale Nam ecclesie totius congregate dicam non
potest Sequitur dicit contra concilio illam reputanti in defectu prelatorum quam
inviolatam tenemus posse errare in universali correctione morum
Si illam non audierit quid dicit Christus Sit tibi sicut ethnicus et
publicanus habeatur tanquam excommunicatus vel excommunicetur
Non dicit dominus a laicis corripiatur et per iusticiam vindicetur Ideo
bene dixi quod laici non habent aliud facere nisi ut deo rem committant
et pro tali orent Deus vero ecclesie sue non deficiet et quod utilius erit
disponet Sed vero dictum est de laicis quod nichil aliud habent facere de
ecclesiastico in illo casu accipiendum est nisi etiam eos requireret
subsidium sue iurisdictionis ut quia censuras ecclesie non curant dig-
na animadversione per brachium seculare puniatur Alios autem casus in
positione respondendo ad rationes positos per repetitorem habetote pro
dignissimum possem etiam dicere quod laici illum qui etiam non audiret
et sic esset sicut ethnicus et publicanus possent prohibere ne noceret
aliis aut ultra gravius offenderet sed non possent illum punire nisi mo-
do expresso ibi quia Concilia de decennio in decennium a modo
sunt celebranda iuxta ordinem Concilii Constantiensis Etiam Ecclesia
faciendum esset si tempore intermedio aliquid enorme per papam fieret
Nolo repetere verba in forma quia digna repeticione non sunt Sunt
enim turpia scandalum auditoribus facientia sed et aerem macu-
lantia Nam ibi ponit casum quem a seculis non audivimus de papa
et uxore imperatoris loquitur et de maria sacerdotis in genus muliebre
Hec obmittimus indigna loqui Tamen dico quod si aliquod genus enor-
me contingeret in persona pape qui a nullo nisi a Concilio presumitur iudicari
in ecclesia Esset Concilium congregandum si periculum immineret quia licet non
possit prorogari ultra decennium istud requisitus papa nollet con-
gregare Concilium ad cito occurrendum periculo certe licet providere
in tam arduis casibus et tam periculosis et bonum est quod pro hoc sacrum
Concilium provideatur sufficienter pro alio modo de remedio oppor-
tuno patet igitur correlarium ex illa conclusione sua deductum Non est verum

absolute sunt peccata mortalia prelatorum et sacerdotum personalia et publica
sunt in evangelizatione per sacerdotes fideles data coram pluralitate
et habita sufficientia et oportunitate caritative arguenda et detes-
genda etiam coram clero et omni populo Est verum quod non negavi
omnino esse predicanda peccata publica sacerdotum coram populo Sed dixi quod non
sunt predicanda peccata personalia publica illorum nisi cum magno modera-
mine et discreta temperantia verborum etiam cum facundum esset puta
si ob vel obmissionem reprehensionis vitiorum cleri populus crederet illa
non esse vicia aut non tanta ut sunt aut haberent de hoc malam credu-
litatem aut aliquod simile Restat ostendere quod non sufficiunt ostendit
ad rationes meas et allegavi auctores sacre scripture veteris et novi testa-
menti Thelesfori pape Gregorii Nazanzani Crisostomi Alex de Hall ad
hoc quod inferiores non debent prelatos et presbiteros de publicis peccatis personalibus
coram multitudine laycorum arguere Adequas omnibus videtur quod intelliguntur
de accusatione vel correptione imprudenti vel temeraria et que etiam
vel ecclesiastici servant limites sui status et mores et statum cleri non
offendunt Ista solucio non videtur esse vera Nam nunquam temeraria et
imprudens correctio facienda est Unde sicut nec inferiores debent te-
merarie corripere superiores ita nec econtra et sic secundum glosa ista ficta
dicendum est quod superiores si non debent corripere aut arguere inferiores coram
laycis scilicet imprudenter et temerarie quod dicat prelatos et sacerdotes non
esse corripiendos ante laycos qui servant statum et mores nec offen-
dunt statum clericalem Contra est hoc solucio Ctiam quod nullus debet
argui aut corripi causa ficticia nec pro peccato mortali per omne autem
peccatum mortale boni mores maculantur Unde si glosa sua sit vera
eodem modo dicet quod laici non sunt corripiendi tum non peccent corri-
piendi non sunt Et vero dicit ista glosa se accipere a dictis meis ymmo non
meis sed beati Gregorii in pastorali libro 2° capitulo v° salva pace non bene accipit
Nam dictum Gregorii est de iudicio discussionis Dicit quod admonendi sunt
subditi ne prepositorum suorum vitam temere iudicent si quid in eis forte
reprehensibile videant et applicat ad correctionem quam vult fieri coram
multitudine data pluralitate et habita facultate et oportunitate de qua
nichil unquam Gregorius precipit Nam iudicium discussionis secretum est et fit
in corde iudicantis Glosa male ad suum propositum applicat dictum Gregorii
Contra illud dictum apostoli 1° ad Thimoteum 5° Seniorem ne increpaveris
sed obsecra ut patrem dicitur Hec est regula observanda cum culpa
senioris suo exemplo non trahit ad interitum corda iuniorum Ubi
vero sic est esse districta increpatione feriendus etc Consideratur
quod Gregorius exponit dictum apostoli quod erat ad Tymotheum episcopum Et ita Gregorius
vult quod senior ab episcopo non debet increpetur Si tamen culpa senioris
ne trahat ad interitum corda iuniorum Sed si trahat districte increpetur
ab eo non dicat ibi apostolus aut Gregorius laycis aut subditis quod increpent

seniorem peccantem Sed Episcopo male ergo ex hoc inferre pt quod subditi possint su
periores dure corripere sine argumentum cum eorum culpa suo exemplo alios
ad peccandum inducat dum tamen peccatum senioris sit personale Nec glosa
quam pro me dedit accepto ad verba textus scilicet quod loquatur de peccato seniorum
in fide quando dicit arguendus Nam credo quod intellexit de personali peccato
peccatum enim in fide non tantum exemplo sed per se alios ad interitum trahit Quod
talem glozatorem non habeo amatum dictum Augustinus 4 q vij sicut laudabile
ad propositum suum non facit quia loquitur Episcopus in concilio congregatis qui
erant superiores privatis Clemens quos hortatur ad puniendum illum
si talis inventus fuit ut fama extulerat Unde per hoc male infert quod
inferiores habeant ex iudicium superiores corrigere aut illos coram subditis pa
lam arguere Item imponit michi opponens quod ad rationes suas probantes quod pec
cata publica sacerdotum et prelatorum personalia sunt in ewangelizatore per
predicatores ubi dei habita sufficientia et oportunitate data contra prelata
coram clero et populo arguenda et detegenda non respondi sufficienter sed
quasi ut potui superficialiter libenter viderem quod contra solutiones meas
replicasset et hoc facere potuit si erant insufficientes sicut dicit et ego respon
derem Ad rationes meas probantes quod peccata publica mortalia personalia
prelatorum et sacerdotum etc Non debeant per seculares potestates puniri aut a
fidelibus laycis vel subditos castigari dicit quod possit dari generalis respon
sio et sufficiens quod omnes auctores intelligende sunt quod hoc non debet fieri impru
denter et temerarie vel quando tales prelati suam limites sui status etc
Sed quia hec responsio ostensa est frivola esse nichil plus ad hoc dico
Ad expositionem verborum Constantini ubi dicit quod ista verba fuerunt exhor
tationis et monitionis ut ostenderet quales esse debeant Episcopi Nam
tales debent esse ut non coram secularibus potestatibus conveniantur et hoc
conveniam ad illud Deus constituit vos sacerdotes Cum dicit vobis de
nobis iudicandi glosat opponens et hoc iudicio spirituali ratione clavium
sicut medicus de morbo non autem iudicio coactivo Istud non potest stare
Cum sacerdos habeat duas claves scilicet sacerdotalem potestatem Secundum quod per primam
habet auctoritatem discernendi de morbo spirituali ut medicus de morbo corporali
Per secundam habet auctoritatem ligandi et solvendi non tamen hortative ut in pluribus
passibus opponens innuit sed eciam coactive seu eciam obligative Item si verum
primo quia verum est illud ore veritatis platum petro Mathei xvi Quod
cumque ligaveris super terram etc magis ligat sacerdos quam princeps aut iudex
secularis Consequenter glosat illud vos non potestis iudicari ab hominibus
Et quod hoc intelligitur de sacerdotibus hereditatis quando dii vocantur hoc non
valet Nam mali Episcopi malicia personali et quando dum tollerantur ab ecclesia
dii dicuntur et angeli dei psalmus lxxx Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes
Si omnes tamen sunt inter omnes aliqui mali ergo mali dicuntur dii Dicuntur
etiam angeli quia angelus Episcopus est peccaveat quia monetur ut agat
penitentiam tamen dicitur angelus Nec ut dicit coacti sua iudicia Romano prin
cipi detulerunt Sed expectantes ab eo tantum vindictam et abitate ad favorem

inordinatum ex hoc peccantes reputo quod in hoc peccaverunt maxime si
tamquam suo iudicio hoc fecerunt facit ad auctores multorum sanctorum
et doctorum unam solucionem quod loquitur de illis qui imitantur Christum in
vita quod tales non sunt iudicandi ab aliis / Sed ista est glosa sua et volunta
ria nec in aliquo doctore talis glosa reperitur / quia finem illam dicetur
quod non sunt iudicandi a suis superioribus Quia nemo in hoc quod bene agit
et Christum imitatur iudicatur iudicio condempnacionis Et quotiens insistit
unam particulam racionem in sua responsione Primo inquit Sinabaum s
lari istud dominum preceptum Que dicunt facite secundum opera eorum nolite facere
nisi intelligatur de vita et predicacione hic est equivocatus sicut frequen
tissime de iudicio Nam non est negatum nisi concessum in secundo
corrolario secunde conclusionis secundi puncti ex quibus evidens est
iudicare iudicio discrecionis de peccatis publicis sacerdotum et aliorum
ecclesiasticorum Et per istud sufficienter impletur illud Que dicunt
facite secundum opera eorum nolite facere Est verum quod adhuc facilius con
ceditur iudicium istud de predicacione seu doctrina quam de vita sacerdotum
subditis / tum quia predicacio sacerdotum ordinatur directe in salutem
subditorum vita autem non / tum quia defectus in predicacione sunt pericu
losiores subditis quam vite / tum quia facilius predicacionis error
agnoscitur et certius quam defectus in vita Quod autem Ezechiel xxxiii
iiiᵒ de speculatore etc. Dicit quod biblias multas vidit ubi textus iste
non reperitur probabile est / Sed si vidit antiquas et correctas in regno suo
estimo quod illam clausulam reperit Non amplius etc. sed ego Nam apud
nos in textibus reperitur Bene credo quod in quibusdam novis aut non
bene correctis ex vicio scriptorum non sit sed male / Ultimus si sit inquit
hec clausula est intelligenda de requisicione finali et autentica /
Dicat michi unicum doctorem qui sic exponit Credo quod non potest Nam
sua glosa est utique sua quia voluntaria quod fieri non debet in sacra scrip
tura et continet in tali modo magnum periculum Nec sic exponitur ad
solucionibus per me datis Estimo enim quod intellectus dati ad auctoritates
per eum allegatas in doctoribus reperiuntur aut sanctis aut scolasticis
aut ex dictis eorum eliciuntur Quia Cum exclusisset deus amplius ab eo
quod si nullo modo convenit possit licite licere nec illicite Sequitur nullus
prudens dominus prohibet illud quod fieri non potest Alioquin debuisset deus
deus hominum prohibuisse creare hominem aut iustificare impium Solum
ergo prohibetur quod fieri potest et faciendo peccatum incurritur Cum ergo po
pulus etc. nullo modo possit requiri a speculatore vel custode sa
nguinem percuntis de manu speculatoris negligentis requisicione auten
tica et que deo soli convenit Frustra dominus hoc ei vetasset aut prohibu
isset Cum dixit Non amplius etc. loquitur ergo de requisicione sub auten
tica et dicat quod illa amplius etc. non requiret sanguinem pereuntis de manu
speculatoris negligentis Et allegat Nicolaum de Lyra in iiiiᵒ capitulo non
facit ad propositum Nam arguit Ezechiel a duobus non abusionibus quod simulat

Autem Ezechielis Origenes sup Ezech omel. iii dicit xvij° Allegatum si
bene intelligatur dicit illos sacerdotes ueraciores alijs esse non propter
libertatem sibi datam uel seruatam a pharaone sed propter consensum quo
eidem pharaoni in malis fauebant Ad auctum Saluatoris art.
xvij° respondit per suppositionem primam hoc non est soluere quia illa falsa
est et sufficienter improbata de Abimelech uel Achimelech quia fuit
subiectus regi Saul quia se coram eo excusauit ut ait de lyra
Satis dictum est prius quo sacerdotes leuitici fuerunt aut non fuerunt subtra-
dicta usque ad maximam de indulgenciis tusco proponam tamen quod sequitur
Est ergo septimum suum dictum sit improbandum et est De decimis
Quod tale populus pro libitu subtrahere decimas et oblaciones malis
sacerdotibus malicia personali hoc dictum procedit ex hoc quod
non sunt debite sacerdotibus sed sunt pure elemosine Si enim sunt
debite sacerdotibus a populo populus propter maliciam sacerdotum personalem
non est absolutus a debito sicut nec ego Si debeo Ticio centum flo-
renos et ille fiat malus sum absolutus ab illo debito Istud dictum
omnino concordat cum xvij articulo Johannis Wicleff qui de forma
talis est Decime sunt pure elemosine et parochiani possunt propter peccata
suorum prelatorum ad suum auferre arbitrium Istud igitur ostendo esse
falsum diuina scriptura pariter et humana Primo cum diuina Leuit.
vltimo scribitur Omnes decime terre siue de frugibus siue de pomis
arborum domini sunt et infra omnium decimarum omnis et bonum et capre que
sunt sub pastoris uirga transeunt quicquid decimum uenerit sanctificabitur
domino Item Num. xviij° Filijs leui dedi omnes decimas Israel in possessionem
pro ministerio quo seruiunt michi in tabernaculo federis et non accedant peccatum
uel mortiferum solis filijs leui michi in tabernaculo seruientibus
et portantibus peccata populi legittimum sempiternum erit in generacionibus
uestris Item ibi leuite decimarum oblacione contenti erunt quarum usus
eorum et necessaria separaui Ipsa autem Jacob spopondit decimas sol-
uere deo Genes. xxviij° Cunctorum que dederis michi decimas
offeram tibi Amplius Malachie iij° septimo c. Inferte omnes deci-
mas in horreum meum ut sit cibus in domo mea et probate super hoc
dicit dominus Si non aperuero vobis catharactas celi et effudero
vobis benediccionem usque ad habundanciam et increpabo pro vobis deuo-
rantem et non corrumpet fructum terre uestre Nec erit sterilis vinea in
agro dicit dominus exercituum et beatos vos dicent omnes gentes Eritis enim
vos terra desiderabilis dicit dominus exercituum In lege noua dominus de solu-
cione decimarum loquens ast xxiij Luce xi Nec tamen opera alia debi-
ta volens propter harum solucionem permitti dicat hec oportuit facere et ista
non omittere Amplius oudit quod decime sunt debite et si non oudat quantum
ad quotam illam tamen quantum ad hoc quod sufficiat pro sustentacione ministrorum
et ait j Corinth ix qui altario seruit de altario viuat quis militat

stipendijs suis unquam Item ibidem ostendens quod sunt debite deo similiter
allegat illud deutronomii xxv Non infrenabis os bovi trituranti et quod non
propter boves dictum sit sed propter apostolos et doctores ait Numquid de bobus
cura est deo an propter nos hoc dicit Nam propter nos scripta sunt enim debet
in spe qui arat arare et qui triturat in spe fructus percipiendi Sequitur
ad propositum Si nos vobis spiritualia seminavimus magnum est si nos car-
nalia vestra metamus ac si diceret Non est magnum immo debitum Tercia
Cirillus omelia xl super act in opere imperfecto ait Nunc veniamus ad sa-
cerdotes secundum quia instruit honorare et multum facere et fidem habere propter gloriam
suam mandavit deus Decimas autem offerre propter utilitatem sacerdotum ut
sacerdotes quidem in spiritualibus ipsis obsequantur populi autem in cor-
poralibus subministrent Item haymo super illo Qui bene presunt presbiteri
duplici honore habeantur ait in expositione duplicem honorem semper
exhibere presbiteris in salutacionibus videlicet ut humiliet se illi subditi et in
exhibendis donis subsidijs quam spiritualibus hec ille Quarte humano
probatur quod decime sunt debite Primo probatur Ambrosius simone quod ha-
habetur xvi q vii dicente Admonemus ut recognoscant in se quod fideliter
non dederint decimas suas non emendet quod minus fecerat Quid est fi-
deliter dare nisi ut nec minus nec peius aliquid offerat de grano aut de
vino aut de fructibus arborum aut de pecoribus aut de orto aut
de negotio aut de ipsa venatione sua Et contra solvere nolentes
excommunicationis sententia fulminanda est ut patet de capitulo Omnes ubi dicitur
ex concilio Rothomagensi Omnes decime terre sive de frugibus sive
de pomis domini sunt etc ut levitici ultimo supra allegatum est Sequitur
Et quia multi modo inveniuntur decimas dare nolentes statuimus
ut secundum domini preceptum moneantur semel et 2o et 3o Qui si non emen-
daverint anathematis vinculo ferantur usque ad satisfactionem et
emendationem congruam Et capitulo sequenti dicitur Decimas deo et sacerdotibus
dei dandas Abraham factis Jacob promissis insinuat et omnes sancti
commemorant Item Ieronimus super Malachiam in capitulo xvi q i [illegible]
xxvi q i Tercium dicit sic Nunc exequamur ordinem prophete quia
michi non reddidistis decimas et primicias ideo in fame et penuria
vos maledicti estis et vos me supplantastis sive defraudastis Et iste
annus expletus est et non in meos thesauros sed in vestra horrea
comportastis et pro decimis et primicijs que parva erant ut a vobis
darentur libertatem possessionum vestrarum et omnium frugum habundantiam
perdidistis Et autem sciatis me nascente hoc preceptum quia fraudastis
me parte mea hortor vos atque commoneo glossa interlinearis super quo
non dicit precepto ut inferatis decimas meas in horrea mea hoc
est in thesauros templi et habeant sacerdotes atque levite qui michi
ministrent a vobis et probate me si vobis non tantas pluvias effundero
ut catheracte celi aperte esse credantur et effundam vobis benedictionem

usque ad habundanciam et ibi multa de hoc per totum Intencio autem dicitur
esse debite ut tributa egencium animarum dicantur teste beato Augustino
c. decime 16 q. 1 c. decime / ubi dicit decime sunt tributa egencium animarum
quod si decimas dederis non solum habundanciam fructuum accipies sed eciam
sanitatem corporis consequeris Super illo autem egencium animarum dicit glo.
quod dantur egentibus dicas non ideo minus dande sunt si divites sunt
Nam intuitu personarum dantur ecclesie Hec glo. Dicendum quod sunt egencium
animarum Nam decime ultra statum clericorum honestum sine pompa de-
scribi per ecclesiasticos debent egentibus Et quod sit debitum sic solvere
decimas et non pura elemosina patet quia deus per brachium seculare se
de non solventibus vindicare videtur In hoc quod illud quod deo dari
debebant putantes quibus sibi reservare perdunt et fiscus accipit Unde Aug.
16 q. 7 c. Maiores nostri ideo copiis omnibus habundabant quia
deo decimas dabant et censum cesari reddebant Modo autem quia disces-
sit devocio dei accessit indictio fisci Noluimus cum deo partiri deci-
mas modo autem tollitur totum hoc tollit fiscus quod non accipit Christus
Item idem super illo versu ps. Et plm Cum produxit de motibus ferum et
ait Christus tacitus exigit et melior est vox tacentis qui tamen in cru
in tacet Nam dicit facite vobis amicos de mammona iniquitatis Sibi
de illo quod necessarium est victui ecclesiasticorum loquitur et sermone de de-
cimis reddendis ait circa medium Decime ex debito requiruntur
Notatur ibi ex debito et qui eas dare noluerit res alienas invadit
et quanti pauperes in locis ubi ipse habitat illo decimas non dante fame
mortui fuerint tantorum homicidiorum reus ante tribunal eterni
iudicis apparebit quia rem a domino pauperibus delegatam suis usi-
bus usurpavit Thomas autem 2a 2e q. lxxxvii ar. 1o in pe declarat
quo homines nunc tenentur ad solucionem decimarum et quo in veteri lege
preceptum de solucione decimarum erat partim morale partim iudicia-
le Morale et de dictamine racionis habens quo ad hoc quod hiis qui di-
vino cultui ministrabant necessaria vite ministrarent Judiciale vero
erat ex divina institucione quo ad talem decimacionem ut puta quod
ad decimam Modo autem hec iudicialia legis sunt mortua tamen potest ex
illis aliquid noviter institui et sic fecit ecclesia / que ne plus populo
nunc daret sacerdotibus Christi quam populus iudeorum suis sacerdotibus et
levitis qui ad maiora tenentur quam ille Secundum quod ait dominus Mt. 5o
Nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum Ordi-
navit et statuit dare decimas ministris novi testamenti Unde
ad solucionem decimarum homines tenentur partim iure naturali partim
institucione ecclesie Jure naturali quo ad hoc quod tantum debetur illis ut suf-
ficienter et honeste vivant Institucione ecclesie quo ad decimacionem
decime partis In eandem sentenciam venit doctor sollempnis magister quodlibet
questione / Utrum decime sint de iure evangelii / ubi inter aliqua dicit in

effectum quod decime sunt partim de iure evangelii et de iure naturali quod dico
ego ibi fundatum diximus est oportunus a[b]o suo cum locis sic allegatis
partim de iure humano et positivo sicut olim canit partim de iure
naturali et partim de iure positivo divino Subtrahens ergo decimas
deo facit iniuriam in quatuor ut quidam doctor ait primo quia de-
honorat deum qui detinet sic rem sacram / 2o tale factum dampn-
ificat totum mundum quia subtrahuntur fructus huic seculo
propter avariciam retinencium decimas si non vindicetur deus / 3m quia hec
peccatum est grande scilicet subtrahere decimas quia est sacrilegium / decima
enim pars est pars dei et pauperum eius / 4m quia illa subtraccio est dimi-
nucio divini cultus qui exerceretur per institutos ministros / unde illorum
diminucio esset causa diminucionis sacrificii pro populo et doctrine fidelium
propterea dicit se dominus in illa subtraccione affligi et confingi et hoc
est quod dicitur Malachie 3o ubi prius allegatum fuit scriptum adhuc
et ego reuertar ad vos dicit dominus exercituum et dixistis in quo reuertemur
respondit dominus Si affliget homo deum quia vos configitis me et
dixistis in quo configimus te et respondet dominus In decimis et pri-
miciis et penuria vos maledicti estis et me vos configitis gens
tota / glosa vero super illo configitis dicit Tempore Esdre tanta fuit
fames ut multi pro penuria filios et filias vendentes et frumenta
ementes levitis decimas non solverunt qui eciam fruges in hor-
reis congessecant pro magnitudine peccati decimas non solverunt unde
compulsi ministri templi fugerunt unusquisque in regionem suam
Unde dicit dominus se in suis affligi et non accepisse decimas / hec
ibi Audistis quomodo decime non sunt pure elemosine immo sunt debi-
te et ad hoc unum tendit mea intencio / Unde si quis non absolvitur
a debito per hoc quod creditor malus efficitur malicia personali nec sic po-
pulus deobligatur de decimis quas debet suis sacerdotibus bonis si
illi efficiantur mali malicia personali Maliciam autem personalem dixi
maliciam ex inordinata voluntate procedentem non corrumpentem
fidem aut bonos eorum mores per malam doctrinam et sic alios illo modo non
inficientem nec rempublicam ex intencione turbantem / In posicione
autem allegavi multa originalia beati Augustini Jeronimi Crisostomi ad ostendendum
quomodo malis sunt bona debita ministranda et eadem elemosine / Ex quo
sequitur verum quod si elemosine sunt malis ministrande ergo et debita
Et prius de debito decimarum malis sacerdotibus debitarum dicta sunt
malis scilicet malicia personali Secus autem si essent infideles aut sanctos
mores per malam doctrinam subvertentes aut reipublice proditores aut tur-
batores ex intencione propterea etc. Credo ad ultimam indulgenciarum est
ergo eciam dictum opponentis de indulgenciis Circa hec multa dixit de-
scripsit nomine indulgencie / distinxit quadruplicem modum remis-
sionis et unam vocat indulgenciam remissionem a quo concessiones

Potest etiam quadruplex modus indulgentie assignari conformiter ad remissionem supra eum scilicet autenticam subautenticam iudicialem et aliam omnibus competentem que dicitur remissio offense. Possunt etiam istam septem dicta de ij conueniter suscipiencium indulgencias seu remissiones que quia nolo multiplicare perfunctorie transeo. Sed de istis indulgenciis non loquuntur doctores communiter cum tractant materiam indulgenciarum. Nam iste cum sint remissio culpe aut per modum autentice aut subautentice aut iudicialis sunt ad sacramentum penitentie pertinentes. Ille vero de quibus doctores loquuntur non pertinent ad illud. Nam non sunt remissio culpe sed pene debite. Unde indulgencia ut de ea tractatur a doctoribus est relaxatio pene debite. Et omnes tractantes hanc materiam dicunt quod cum quo divina iustitia infringi non potest et iste cui indulgencia datur est debitor pene oportet quod soluat aut alius pro eo quod fit cum meritis Christi et sanctorum et ecclesie catholice per eum qui super hoc constitutus est isti applicantur. Antequam ultra progrediar ad id quod michi obicit quod male sibi imposui cum dixi quod ponebat indulgencias in lege divina non esse fundatas et peregrinationes per homines inventas esse superstitiosas ydolatriam sapientes et cleri avariciam nutrientes. Cum tamen inquit non sic posuit. Recitentur hec verba opponentis in forma ut in sua positione posuit. Tamen si replicans dicat: Ubi ego fictas et venales absoluciones a pena et culpa et indulgencias in lege divina non fundatas. Ubi respondens dicat me posuisse in sua quod absoluciones a pena et a culpa sunt ficte et indulgencie non sunt in lege divina fundate. Apparet michi quod non male recitavi dicta sua ad suam intentionem. Nam ipse quatinus ex dictis suis accipere valeo tenet quod indulgencie secundum quamcumque formam tradicionis earumdem dantur visitantibus talem ecclesiam et manus porrigentibus adiutrices vel penitentibus confessis etc. certis diebus indulgencie non sunt in lege divina fundate. Unde ex quo fit mencio de dando aliquid reputat quod sunt venales. Et hoc est etiam dictum eius ista de absolucionibus a pena et a culpa dicit: Et illo modo quo dantur communiter a summis pontificibus sunt ficte et venales. Et forsitan pro eo quod in eadem per aliquibus [illegible] fit mencio de largicione bonorum suorum cum dicitur in effectu: Et dantes de bonis suis ad tale vel tale opus plenam suorum peccatorum id est penarum pro peccatis debitarum consequantur remissionem. Quia igitur suam intentionem talem novi ex scriptis suis cum dixi quod ponebat indulgencias in lege divina non fundatas ut intellexi de indulgenciis ut sunt remissio culpe, de quibus plura dicit, nec sic sibi volui imponere. Sed de illis que sunt relaxatio pene et que fundantur super thezauro infinito [illegible] provenienti ex merito [illegible] principaliter et fidei formate ecclesie ac meritis sanctorum que supererogaverunt ultra debitum. Loquendo de illis dico quod dicat eas non esse in lege dei fundatas. Nam loqui de illo tezauro reputat quod sit fictum quid sicut loqui de vacuo extra mundum. Absoluciones vero illas de quibus vero eo

ep sit mencio de aliquid dando dicit venales effictas peregrinaciones aut
ad aliquem locum ut quis informetur in fide aut in aliis ad salutem
pertinentibus laudat. Et illas que fiunt ad honorandum loca sancta
basilicas martirum adorandas cum oblacione candelarum et genu
flexione reprehendit et dicit eas superstitiosas ydolatriam sapientes
Litteras fraternitatum reprehendit multum modo quo dantur quibus a fratribus
puta quod talem vel talem faciunt participem bonorum suorum missarum
vigiliarum ieiuniorum suffragiorum et ceterorum bonorum etc. quia ut dicit
dantur sub specie lucri et multa talia hic dicit. Circa ista placet mihi
Et indulgencia que est remissio culpe sit vera indulgencia fateor
quod talia peregrinaciones interdum et sepe contingunt abusus in vagacione
effrenata et excessibus multis. Item quod in confessione licencia fruitur
possunt multa peccata contingere ex inordinata affectione concedencium
eas aut petencium. Nichilominus tamen indulgencie sunt licite et in lege dei
fundate. Prout indulgencia dicit relaxacionem pene debite et fundatur
super illo thezauro meritorum Christi. De hoc autem thezauro meritorum fundamentum
potest super illo Zacharie ixo. Tu quoque in sanguine testamenti tui
emisisti vinctos de lacu in quo non est aqua. Si dominus emisit vin-
ctos de lacu significat quosdam ne mittantur in lacum per quem inter-
pretatur infernus limbus patrum extra quem tunc dicit vinctos posuit
et purgatorium a quo per applicacionem meritorum suorum habentem potestatem
significantur. Item ixo in illo ad Ro. vo. Iustificati ergo ex fide pacem
habeamus ad deum per dominum nostrum Ihesum Christum. Si iustificati iam pacem
habeamus ad deum nisi quia pena adhuc solvenda est que per appli-
cacionem meritorum Christi est soluta. Et sic pacem habeamus ad deum per
Christum. Et paulo post iterum dicit apostolus Si cum adhuc essemus
peccatores Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in
sanguine ipsius salvi erimus ab ira per eum. Et in illo capitulo multa dicit
apostolus ex quibus patet quod Christus meruit nobis et quod in eo omnes
iustificantur. Agitur si meritum Christi sit tantum quod infinitorum aliorum re-
dempcione infinitorum mundorum si essent non est inane fundamentum
indulgenciarum. Potestas vero dispensandi huius thezauri per papa vniuersa-
lis fundatur ibi Quodcumque ligaveris super terram etc. Sicut diffuse in po-
sicione mea declaravi. Et addidi quod etsi expresse non expressum in sacra scrip-
tura fundamentum sufficeret auctoritas ecclesie non ex timore facti sed ex veritate
Nam cum etiam in hiis que fidei sunt et concernunt salutem animarum non pos-
sit errare sufficere debet omni fideli eius auctoritas. Dico igitur quod possunt
dari indulgencie que sunt relaxacio pene tribus concurrentibus quod
sit in dante auctoritas, caritas in suscipiente, et pietas in causa sive vel
ad honorem dei aut utilitatem ecclesie. Et istis stantibus papa si dat
tenent. Contra raciones suas respondeo. Ad primam papa dat indulgencias

Contra eo quando ergo dicit pacem habeamus ad deum

multis qui sunt prestiti et hoc papa dubitare debet talibus vero dicens
non dat etc. Dico quod indulgentia non tenent nisi certa premissa sunt
prestita aut et si sunt in caritate saltem putant instantiam saltem aliqui
non tamen decedunt in caritate et sic decerit eis secundum doctorem. Quod secundum
res corporales etc. Concedo maiorem sed tamen nego ad propositum sumitur
cum indulgentie non vendantur nec emantur. Esto quod aliquod subsi-
dium tribuatur ecclesie. Nam non dantur indulgentie pro illo dato cor-
porali sed pro opere spirituali scilicet pro reparatione ecclesiarum vel pontium aut pro re
locorum. Et sic licet temporale interveniat ordinatur ad spirituale utputa
divinum servitium in ecclesia reparanda fiendum opus vero pertinentibus
quo ad pontium reparationes et aliis iustis personis etc. Henricus in summa dist.
xx. Concordat Richardus de media villa ca. dist. iiij^ta^ ubi tangit
Thomas de remissione inimicorum ecclesie qui pacem eius perturbat quod pro
illa possunt dari indulgentie. Cum si aliquis rex etiam turbet
sive in spiritualibus sive temporalibus potest papa indulgentias omnibus
ad repellendum illam convenientibus. Et quia talibus oportet dare
stipendia temporalia potest poni illa clausula quod dantibus de suis bonis
ad tale opus indulgentia confertur. Quod etiam possit indulgentias etc. Res-
pondeo negando quantum. Nam papales indulgentie requirunt etiam
pietatem cum consensu discretionis. Nam auctoritas requisita exerceri
non debet sine discretione nec invenit talis causa ut omnibus omnia de-
bita relaxet nec potest invenire possibiliter morali quod est simile certum quod
res humane contingunt. Preterea cum secundum apostolum non sit data potestas
in destructionem sed in edificationem. Sic debet uti sua papa potestate ne
quid nimis et inordinate fiat ac inmoderate. Unde quicquid ligat
aut solvit in terra clave non errante ligatum aut solutum est in celis.
Si autem facit secus est peccato non potest totum purgatorium evacuare
de lege ordinata et quantum dico ut ibi opponens dicit quod papa
det indulgentias dum impugnatur aut pecunia si de personatione
personali loquatur. Sed si impugnatur etiam omnis qui est universalis
pastor dat indulgentias. Non est putandum quod ut pecuniam recipi-
at det indulgentias et si faceret peccaret graviter nec tenerent
etiam nec esset caritas in recipiente nec pietas in causa. Ex istis
patet solutio rationis addite ubi per quam probare vult quod papa te-
netur dare omnibus indulgentias et arguit sic potens relaxare etc.
Dico ad assumptum quod est verum et maxime cui ex officio incumbit. Sed
papa sine causa pia que honorem dei aut ecclesie respiciat non debet
dare indulgentias et si dat non tenent. Item per indulgentiam non liberatur
quis a morte spirituali sicut de indulgentia loquimur sed solum a pena
restante solvenda non autem a peccato. Unde magis ratio ista contra faciendo
currit qui concedit indulgentias que sunt remissio a culpa. Solvat

igitur illam. Vnde dicuntur indulgencie venales si condicio aliquid da-
di apponatur. Verum cum illud est pro causa pia aut elemosina aut alia
utili ecclesie aut ad honorem dei. Ut autem decreto placeat magis sobrie
loqui de summo pontifice adducant in medium auctoritas Cirilli de libro
thesaurorum ait enim sic Diuidit filius dei petro plene et perfecte claues
regni celorum. Enim sicut ipse accepit a patre dux et sceptrum ecclesie gen-
cium ex israel egrediens super omnem principatum et potestatem et super omne
quodcumque est ut eius genua cuncta curuentur plenissimam potestatem
sic petro et eius diadochis hoc est successoribus non minus sed plenissime
commisit et totam apostolus et ewangelistis loco sui ipse caput ecclesie in
medio eorum statuit quibus ipse in ewangelijs et capitulis mundo huic pre-
dicando ecclesias et prelatos ordinando scribentes que a deo audierunt
et receperunt affirmantes in omni doctrina petrum loco dei. et eum ecclesia
de omni capitulo et synagoga de omni electione et affirmatione et quicquid sol-
uendum et statuendum foret ipsius auctoritate apponentes ipsum vocantes ce-
pham hoc est caput. Multa pulcerrima ponit ubi que gratia breuitatis
obmitto. Ecce plenissimam potestatem petro et successoribus concessam
quibus omnibus particularis persona genua curuare debet ut petro. Modum
igitur ponat quisque ori suo ut non libere in contumelias prorumpere
presumat etc. Tercio ad literas fraternitatis dicit quod fraternitas que est
societas credencium in fide et caritate est sancta et bona et sine illa
alter pro altero orat alter alteri debitor est. Istud et suppositiones et ea
que contra illam dicit non nego sed ex dictis suis traho istud contrarium
dictum. litere fraternitatis que non dantur nisi propter lucrum aut confederationis
illicite reprehendende sunt. Quo ad hoc quod mala intencione interdum conce-
dit non aduersor opponenti. Sed apparet michi quod intendit eciam formam
illarum reprobare per quam fratres faciunt alios participes suorum bonorum
spiritualium oracionum ieiuniorum etc. et ad hoc tendunt sue raciones. Cum hoc
secum non concordo et ostendo quod forma illarum iam dicta non est reprobanda
Orationes et suffragia ecclesie non sunt ad limites et doctrine ut dixit po-
situinus sicut narrat antiqui doctores theologi eciam thomas bona-
uentura Durandus et Richardus. Nam licet natiue non se communicant
omnibus equaliter sed sicut se non autem sic suffragia quia fiunt ab agente
secundum intellectum. Hinc est quod duplicem valorem habent. Vnum ex radice ca-
ritatis. alium ex parte intendentis facientis. Primo modo valent equaliter
omnibus caritatem habentibus. Nam caritas facit omnia communia. et huius re-
spectu dicitur hic opponens. concedens quod caritas non querit que sua
sunt. propterea multitudinis credencium erat cor unum et anima una nec quisquam
quod possidebat suum esse dicebat. Secundo modo plus valent uni quam aliis
si intencio orantis aut bonum facientis. feratur ad unum plus quam in alios
hoc probo sic fructus operis cuius operans est dominus et qui totus cedit
in utilitatem operantis nisi in alium transferatur non potest ex parte intencionis
nisi ei ad quem operans dirigit suam intencionem. Cum causa d. Alia intencio

est vehiculum illius fructus ergo quo ad hoc suffragia illi soli prosunt pro quo
fiunt Sic arguit Thomas in 4 dis. xl v sic Richardus sic Bonaventura
Cui satis concordat ita Godefridus de fontibus in suis questionibus quodlibet
secundum hunc valorem cursum huius libri fraternitatis quia per eas declarant se fratres intendunt in suis orationibus dirigere ad eos quibus concedunt
Ad secundam cum arguit Ex quo fratres supponunt etc. placet michi quod sola
concessio coram deo sufficit nec litteram huiusmodi necesse est cum satis facit
desideriis supplicantium et si fiat absque fraude et dolo non nocet Ad tertiam
sicut dixi de indulgentiis quod non prosunt nisi existentibus in caritate
sic nec suffragia Unde quod persone quibus conceduntur participabunt
post mortem intelligitur si caritate viventes cum orantibus Ad quartam
distinguo duplicia suffragia quedam sunt privata quedam communia
privata fratrum a se privatim in secreto fieri debent cum in secreto fieri dicuntur si
non querant laudem propriam sed dei et desiderant faciens non videri esto quod videantur
et coram si clauso hostio oportet videri et laudari iam palam fieri dicuntur
communia in patulo fieri huiusmodi talia videntur opera fratrum specialiter
viventes Conventus Item si ab aliquo particulari littere dentur intelligatur
ex suppositione scilicet si aliquid deo placitum orando ieiunando etc. fecero
participem te horum facio Ad quartam Et fratres orantes dupliciter
possunt considerari Uno modo ut persone private sic magna debent
humilitate fulgere et recumbere in regno ecclesie militantis in novissimo
loco quia et alius quilibet particularis Alio modo ut gerentes vices ecclesie hoc
modo quia pro facie ecclesie orationes quamvis faciunt non se reputando sed
aliam sponsam Christi immaculatam sponsam cuius vice faciunt excolendo hoc
modo participes alios facere possunt suarum orationum Ad quintam illa tangit difficultatem Si orationes et suffragia facta per alios prosunt aliis Ad
quod Thomas in iiii dis. xl v dicit Et ibi duo considerari possunt Unum
est opus operatum ut est sacrificium altaris et istud ex se efficaciam habet
sicut et omnia sacramenta nove legis Aliud est opus operans et hoc dupliciter
considerari potest Uno modo ut est eius a quo fit oratio peccatoris non est meritoria
Joh. ix Scimus quia peccatores non audit deus Alio modo ut fit in facie
ecclesie et vice eius et quia ille facere intelligitur cuius vice fit ut dicit
Dionisius hoc modo oratio peccatoris est meritoria Quia ecclesia est semper sponsa
dilectissima vel etiam ut fit ab aliquo ut instrumentum alterius et
adhuc quia illud principaliter fit ab illo cuius devotione aut precepto
aut ordinatione fit adhuc valebit oratio peccatoris si principalis institutor sit deo gratus ut patet in elemosina data a malo divite per manum
mali servi per hoc patet solutio rationis Ad sextam dico ex datis ab opponente Et quamvis ex auctoritate mea non competit puro homini sed
hoc facere inestimabile potest ei competere secundum hoc non usurpant fratres quod est
dei proprium nec deum blasphemant Et aut dicit opponens rationes meas
concludere de pura fraternitate solum que fundatur in caritate Ostendo quod omnes

arguitur de illa. Et aliqua de ista 2a arguit Augustinus. Nam quamvis in pluribus aucto
ritatibus allegatis petit adiuvari orationibus et sic orantibus quemcumque
sed non est opus petere adiutorium orationum ex hoc quod valorem habent ex parte
caritatis. Et una caritas facit omnia communia ex hac parte valent eque
non petentibus sicut petentibus dummodo tamen coniuncti sunt vinculo caritatis per consequens
ergo ea parte qua valorem habent quod intercessores faciunt et in hoc fundatur
secunda firmitas de qua loquitur firmitatis intelliguntur. Ideo non solum Augustinus
sed Ambrosius Gregorius Anshelmus et alii multi suffragia aliorum postulasse.
Quintum dictum de peregrinationibus est in effectu. Allegantur
Quod peregrinationes que fiunt ad honorificanda loca sancta basi
licas martirum et sanctorum reliquias adorandum cum oblatione cande
larum aut aliarum rerum et cum flexione genuum reprehendende sunt tamquam
superstitiose et ydolatriam sapientes. Cuius oppositum dico cum scriptura
novi et veteris testamenti cum doctoribus sanctis Ieronimo Augustino
Gregorio Cassiodoro cum concilio generali Gandensi. Quoad auctoritates
et dicta in positione mea diffuse recitata peto haberi hic pro repetitis.
Subiungo tamen aliqua de dictis beati Ieronimi in duabus epistolis ad Ri
parium presbiterum contra Vigilantium hereticum. In prima cum dicat accepi
primum litteras tuas non respondere superbie est. Respondere temeritatis de
hiis rebus interrogas que et proferre et audire sacrilegium est. Eius
vigilantum os fetidum rursum aperit et putorem spurcissimum
contra sanctorum martirum proferre reliquias et nos qui ea suscipimus
appellare cinericios et ydolatras qui mortuorum ossa veneramur. Nos
autem dico martirum reliquias sed nec solem quidem et lunam non angelos
non archangelos non seraphim non Cherubim et omne nomen quod nominatur
in presenti seculo et futuro colimus et adoramus ne serviamus creature
potius quam creatori. Honoramus reliquias martirum ut eum cuius sunt
martires adoremus honoramus servos ut vel honor servorum redun
dat ad dominum. Postea aliqua subdit. Si non sunt honorande sanctorum reliquie
quo legimus. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Si ossa eorum
polluunt contingentes quo Elizeus mortuus mortuum suscitavit et
dedit vitam quod iuxta Vigilantium iacebat immundum. Ergo omnia ca
stra israelitici exercitus et populus dei fuere immunda quia Ioseph et patriar
cha unde corpora portabant in solitudine et ad sancta terram immundos cineres
pertulerunt. Dicit michi quis non reprehendimus honorare reliquias
martirum quia immunde sunt aut immundos contingentes faciunt. Et di
co quod non licet eas tollere ut non fit offendo eis luminaria genua flectendo
osculando ceteras imagines eis offendo et similia. Profecto ita dicebat
Vigilancius ut recitat beatus Ieronimus in epistola contra eundem. Quid necesse
necesse est tanto honore non solum honorare sed etiam adorare illud
nescio quid quod in modico vasculo transferendo colis. Quid pulverem linteamine

ne circumdatum adorando osculeris prope ritum gentilium videmus sub pre-
textu religionis introductum in ecclesiis sole adhuc lucente moles cereorum
accendi ubicumque pulvisculum nescio quid in modico vasculo precioso
linteamine circumdato osculantes adorant magnum honorem prebent huiusmodi
homines beatissimis martiribus quos putant de vilissimis cereolis
illustrandos quos agnus qui in medio throni est cum omni fulgore
maiestatis sue illustrat Hec verba vigilancii Contra illud Ieronimus
Cum vigilancius videtur velle vivos non mortuos coli debere infert
ergo sacrilegi sumus quando apostolorum basilicas ingredimur Sacrilegus
fuit Constantinus imperator qui sanctas reliquias Andree luce et
Thimothei transtulit Constantinopolim apud quos rugiunt demo-
nes et inhabitatores vigilancii illorum se sentire presenciam confitentur
Sacrilegus est nunc Augustus Archadius qui ossa beati Samuelis
de Iudea longo post tempore transtulit in Traciam mortuos illos sus-
picaris ideo blasphemas Ex lege ewangelium deus abraham deus
ysaac deus iacob non est deus mortuorum sed vivorum Si ergo vivunt
honeste iuxta te carcere concluduntur Et ibi multa dicit ostendens
quod sancti in patria orant pro nobis et quod si multa in vita fecerunt
in alia hominibus adhuc magis nunc cum sunt cum deo in celis regnan-
tes Allegat de Moyse de Paulo et de Stephano etc.

De cereis et luminaribus quod liceat ea offerre licet non illa sint inten-
tione sua qua quidem offerunt scilicet ad honorem martirum quasi
indigeant Dico ergo et hic consonat sequentibus scilicet ex devocione of-
ferendum sic sanctos volencium honorare Ista dicit Ieronimus vigilan-
cio Aliud inde probis scilicet ex illa oblacione turbantur quondam apostoli quod
perit unguentum sed domini voce correpti sunt neque enim christus indige-
bat unguento nec martires lumine cereorum tamen illa mulier in honore
christi hoc fecit devocio quod mentis eius recipitur et quicumque accendunt
cereos secundum fidem suam habent mercedem Ad hoc quod ydolatria hoc
sepe dicatur respondet Ieronimus Illa quondam colebamus ydola
nunc deum colere non debemus ne simili videatur cum ydolis honore
veneraci Illud fiebat ydolis ideo detestandum hic fit martiribus et
ideo recipiendum est Nam et absque martirum reliquiis per totas ori-
entis ecclesias quando legendum est ewangelium accenduntur luminaria
iam sole rutilante non ad fugandas tenebras sed ad signum leticie demon-
strandum Unde et virgines ille ewangelice semper habent accensas lam-
pades Et apostolis dicitur Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes etc.
Ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur de qua dicit psalmista Lucerna
pedibus meis verbum tuum domine Itaque propter tria Ieronimus dicit ce-
reos coram reliquiis martirum accendere licet Primo propter devocionem
orantis in honorem sanctorum quorum sunt reliquie 2o ad ostendendum
signum leticie spiritualis 3o ad representandum internum lumen fidei quod est

in adorantibus Subinfert Ieronimus male facit ergo Romanus pontifex qui super
mortuorum petri et pauli secundum nos ossa veneranda secundum te loquitur vigi-
lantio pulvisculum offert deo sacrificia et tumulos eorum pro arbitratur
altaria. et non solum unius urbis sed tocius orbis ecclesie episcopi qui tamquam
nem vigilantium contempnentes ingrediuntur basilicas martirum. quod
non errant non male faciunt. plena hec est epistola pulcerrimis racionibus
et persuasionibus ad hoc propositum et ad alia que vigilantius contra cultum
reliquiarum detestabatur. Ad illam volentem instrui remitto Ex quo
infero quod licet colere venerari honorare et adorare reliquias sanctorum
martirum hec causa huius ad ceteras regule ... Ideo peregrinaciones ad
adorandas reliquias non sunt dampnande dum tamen fiant cum debitis
circumstanciis Revera non ignoro multos excessus interdum committi ab
aliquibus Sed non ideo peregrinacio est reprehendenda sed abusus non est di-
cenda pecunia mala sed aliquis male ea utatur. Detestanda arguatur
mala voluntas et malus usus sive abusus non ipsa peregrinacio que
sancta est si ad venerandos sanctos quorum reliquie visitantur
fiat Nec moleste ferat opponens quod dico eas adorandas quia secundum
doctores exhibitio honoris racione sanctitatis adoracio est Et sicut multi-
plex est modus sanctitatis Ita multiplex modus adoracionis scilicet latrie
qui soli deo per se debetur et yperdulie quia racione alicuius excellen-
cie singularis ut ... et mater dei Dulie racione sanctitatis
que convenit ceteris sanctis Unde in scriptura sepius legimus homines
alios viventes adorasse ut Iacob Esau Genesis xxxiii° Ut david
Ionathan primo Regum xx et in valde multis locis Si prioribus adora-
cio racione alicuius superioritatis data est et non culpantur facientes
cur non licebit sanctorum reliquias beata immortalitate fruencium ado-
rari Quod dicitur periculum esse propter simplices qui istas adoraciones
discernere nesciunt Dico quod instruantur et melius est fieri hoc quam nega-
re propter periculum quod factum est Nam multa contempnere oporteret si
periculum attenderemus quod ex abusu exurgere solet Ad raciones meas
de peregrinacionibus in veteri testamento ter in anno ad templum quod erat
Ierusalem et quod tempus hoc observans sic peregrinatus est quod erat et istud
preceptum observatum a quibusdam gentibus etc dixit quod Ihesus tempus
illa extinguit dum dixit mulieri Samaritane Iohannis iiii° mulier crede
michi venit hora quando neque in monte hoc neque Ierusalem adora-
bitis patrem Sed venit hora et nunc est quando veri adoratores ado-
rabunt in spiritu et veritate Nam respondi quod per hoc peregrinaciones non eva-
cuavit sed tantum cerimonias veteris legis que in templo Ierusalem observaba-
ntur quod spiritu et veritate observatur Sed quia non replicavit contra hoc
ideo nichil plus dico Cum opponente autem meo non discordo in hoc quod
laudat peregrinaciones quibus itur ad audiendum verbum dei et sanctarum
contemplacionum (?) informaciones Nam et ego ipse illam laudo etc.

Postremo contra ymagines venerabiles pono sextum dictum quod ex scripturis sumit
contra illos ymagines picte vel sculpte non sunt adorande. Et dico de picturis
aut sculpturis ad dictam veneracionem ymaginum quas magis vult venerari
vocat istas pictas ymagines et cetera statuas unde dicit de eis quod populus spiritum
iam non habens exhibet eis magnam reverenciam et honorem cum genu fle-
xione candelarum accensione et huiusmodi et hec sibi non placent. Item dicit
populus dei spiritum unde non habens et cetera. Tangit quod demon potens est in talibus
ymaginibus Christi et sanctorum que sunt in templo vel domo dei demen-
tare homines qui vivunt non fide viva sed mortua et quod tales qui fa-
ciunt ymagines assimilantur Aaron effeminato qui timore populi fecit
vitulum conflatilem et Jeroboam qui fecit vitulos aureos ut populus
non adorarent ultra in Jerusalem et quod si propter se dicendum sit adorandum propter simili-
tudinem ipsius ad Christum magis esset adorandus asinus quem dominus equi-
tavit in similitudine eius ad eum. Fateor quod non sunt ydola colenda et
simulachra hoc enim scriptura prohibet et racio modo quo ab ydolatris
adorabantur cum illi putabant in eis esse aliquid numinis putabant
eas habere racionem et intellectum et sensus. Unde aures ad audiendum
oculos ad videndum formabant. Ideo dominus Exodi xx° prohibet sculp-
tilia sic [illegible] Non facias tibi sculptile neque omnem similitudinem que
est in celo desuper et que est in terra deorsum. Et Apostolus de ydolo dicit
quod ydolum nichil est. Remigius autem hoc sic exponit: ydolum videtur
ymaginem hominis habere et non est homo. Videtur ymaginem alicuius bestie
habere et non est bestia. Videtur aures oculos nares et os habere sed ideo
nichil est quia non audit non videt non olfacit non loquitur. Dicitur
homo esse non est homo, dicitur deus esse non est deus. Ideo nichil est quia
id quod dicitur non est. Sed religio christiana ymagines quidem admittit quia deus
factus est homo ante incarnacionem pingi non poterat postquam autem corporea per
lineamenta corporis humani et figura reputari. Admittit etiam ymagi-
nes beate virginis Marie sanctorum apostolorum martirum confessorum virginum et
electorum quos in celebri memoria habere disposuit quos in reverencia
fidelium devocio habere voluit ut simplicibus essent memoriale pre-
teritorum sicut libri litterarum et alphabetum. Sapientoribus autem essent ut aliquid
devocionis ipsorum excitatum. Nempe Segnius irritant animos demissa per
aures quam que sunt oculis subiecta fidelibus. Tardius enim audita
quam visa movent. Igitur quod sint conservande non destruende exemplo
et auctoribus ostendo. Refert Sigibertus in sua hystoria quod sub anno domini
septingentesimo vicesimo quarto Judeus quidam maleficus pro-
mittens Jezid Sarracenorum regi cum ultra xl annos imperaturum
suadet ut in toto regno suo dei sanctorum quoque ymagines deponi edicat
qui spe diu regnandi seductus edictum proponit. Ipse tamen mox
obiit. Hec ille. Dicitur in Cronica Martini quod cum Leo Imperator

ymagines in Civitate Constantinopolitana igne cremari iussisset Gre-
gorius secundus qui fuit nonagesimus primus pontifex eundem Leonem
anathematizavit De quo memoratus Sigilbertus dicit Gregorius papa
Sinodum xc iii episcoporum Rome congregat et veneracionem sanctarum
ymaginum confirmat earumque violatores generali sententia anathematizat
Idem actor dicit de Stephano papa xc ii quod veneracionem sanctarum
ymaginum confirmat earumque prophanatores anathematizat Refert idem quod
Constantinus imperator filius Leonis de quo ante dictum adversus deo
virum sanctum Stephanum per xl annos inclusum cum gentilibus re-
uendum amara morte martirizavit omnes sibi subiectos iurare coegit
super sancte crucis lignum ne aliquam dei sanctorumque eius venerarentur
ymaginem Et quod hoc sit tyrannidis patet per hoc quod sequitur nec sub
alicuius gentilis persecucione plures quam sub hoc martirizati sunt Iste
idem sub anno domini Septuagesimo secundo ait in presencia pipini Regis
Inter grecos et romanos celebratur Sinodus de sancta trinitate
et sanctorum ymaginibus Adrianus xc iii Rome presidet hic ad
compescendam rabiem hereticorum ymagines dei et sanctorum execrancium
nimis laboravit et libro adversus eos edito multis scripturarum monumen-
tis roborato errores eorum infirmavit Idem actor dicit quod sub
anno domini dcc lxxx viii° Instancia Tarasii patriarche Constantinopo-
litani et Adriani pape 2° apud Niceam universalis Sinodus trecentorum
quinquaginta Episcoporum congregatur In qua fides catholica in presencia
Hirenes et filii eius cunctorum subscripcione roboratur et heresis ex-
ecrancium ymagines dei imperfectum abdicatur Postea Damascenus
in iiii^to sentenciarum suarum c. de ymaginibus ait Fertur autem quedam
hystoria quod dominus Abgaro Regi qui pictorem miserat ymaginem
domini figurare similiter nequeunte pictore propter corruscantem a
facie eius claritatem ipse vestigium proprie faciei divine et vivifice
superponens in vestimento illius suimetipsius ymaginem astruxisse
Et ita cupienti Abgaro misisse Hec damascenus Racionem autem
institucionis sanctarum ymaginum Gregorius in Registro tangit ita
dicens Quod legentibus scriptura hoc ydeotis prestat pictura cernentibus
quia in ipsa ignorantes vident quid sequi debeant in ipsa legunt qui
litteras nesciunt Unde precipue gentibus pro leccione pictura est hec
ille Et hec consonat dicto damasceni in suo iiii^to capitulo de sanctorum
ymaginibus sic dicentis Quoniam vero non omnes noscunt litteras neque lec-
cioni vacant patres excogitaverunt velud quosdam triumphos
ymaginibus hec describere ad velocem memoriam Sepe itaque non
in solum in mente habentes domini passionem ymaginem crucifixionis Christi

videntes et salutaris passionis in rememoracionem venientes prociden-
tes adoramus. hec ille. Item Ezechiel eciam iussus est pingere
transmigracionem populi ut prius videns sensibilibus formis moveretur
eam futuram cognoscere et fidem dare prophete. Ezechielis xij capitulo cum sic
dicatur: Tu ergo fili hominis fac vasa transmigracionis et transmigrabis
per diem coram eis. Ubi Ieronimus in commentario libro iiij°: Quia ergo
oculos habent ad videndum et non vident, aures ad audiendum et non
audiunt, et tua verba contempnunt, doce eos per ymaginem atque picturam
et schematibus ostende corporeis ut venturam captivitatem non solum
auditu sed et oculis recognoscant. hec Ieronimus. Patet ergo quod ymago
ad imitandum est inventa et forcius movet quam scriptura et verba.
Ut autem appareat deum aliqua sancta loca plus aliis honorare
et ymagines habere in reverencia duo testimonia presentantur. Unum
ex hystoria Tripartita, alterum ex Ecclesiastica. Ex quibus monstratur
deum specialius in uno loco quam alio aut virtutes ymaginum picta
operari quam alterius refert Cassiodorus libro vj° hystorie tripartite c. xliij
quod Iudei acceperunt potestatem sub Iuliano apostata reedificandi tem-
plum Salomonis in odium fidei christiane. venti et terre motus ignis de cavernis
terre exiliens prohibuit. Unde sic dicit ibi: Cumque gipsi et calcis
multa modiorum milia congregassent scilicet iudei, vis magna ven-
torum repente respirans tempestates atque procelle subito facte quic-
quid congregatum fuerat dispersserunt. Adhuc autem vesanientibus eis
et nequaquam divina longanimitate correptis maximus primo terremotus
factus est, et quisquis non fuerat misteriis divinis imbutus vehementer
attritus est etc. Item ibi Eusebius vero in vij libro Ecclesiastice historie capitulo xv
narrat quod mulier curata a fluxu sanguinis per Christum in domo
sua in urbe Cezaree Philippi erexit ymaginem eream ad modum
viri fimbriatis in vestimento habitu que reputatur Christum fecit et
alteram ad genua provolutam coram illo quasi mulierem figurantem.
Et ibi dicitur quod cum herba crescat que nullam habet ex se sanandi virtutem,
cum vero ad ymaginem crescat post tactum illius omnes morbos langwo-
resque compescit. Ubi in forma ea bonitatis ibi quecumque quamvis
si ymagines essent abiciende deus fieri non permitteret. Sed nescio si
dicetur hoc esse opus demoniorum sicut ludificancium homines.
cum doctor Eusebius vetus pater non narrat hoc tamquam ludificatorum esse
sed tamquam miraculum. Quod si in ymagines Christi et sanctorum non debere
venerari iterum asseruerit, audiet decretum nove Sinodi Constan-
tinopolitane factum in accione octava ubi sic dicitur: Cum oporteat nos
maiorum morum statuta immoto mentis intuitu conservare cum
omnibus sanctorum patrum semper dogmata venerari diffinimus de sacris

et venerandis ymaginibus domini nostri ihesu christi eiusque semper virginis genitricis
marie omniumque sanctorum qui ab abel iusto deo placuisse credimus
que ecclesia sancta in vniuerso orbe diffusa antiquitus accepit
que quod sedis apostolice presules pro eis decreuerunt ac statuerunt illiba-
ta persistere atque intemerata maneant. Et magistrum Iohannem quondam con-
stantinopolitanum et sequaces eius qui eas frangendas atque cal-
candas esse ore polluto asseruerant quidam de hiis non senserunt
nobiscum et iuxta sanctorum pontificum Romanorum decreta et
aliorum catholicorum patrum instituta non sapuerint sancximus eos
a christo et ab ecclesia catholica atque apostolica anathema. Forte dicet
quis quod venerande non nego Sed quod sint adorande non video Ad
quod confutandum sufficiat etiam immediate quod nulla fuisset ante alle-
gata auctoritas decretum sancte Synodi Constantinopolitane
octaue editum actione decima vbi sic dicitur Sacram ymaginem
domini nostri ihesu christi et omnium liberatoris et saluatoris equo honore cum
libro sanctorum euangeliorum adorari decernimus Sicut enim
sillabarum eloquia que in libro feruntur salutem consequimur omnes
ita per colorum ymaginariam operationem et sapientes et ydiote cuncti
ex eo quod in promptu est feruntur vtilitatem. que enim in sillabis
sermo hec et scriptura que in coloribus est predicat et commendat
et dignum est vt secundum congruenciam racionis et antiquissimam
tradicionem propter honorem qui ad principalia ipsa refertur etiam
deriuatiue ycone id est ymagines honorentur et adorentur
et que ut sanctorum sacer euangeliorum liber atque typus preciose
Si quis ergo non adorat yconam saluatoris christi non videat formam
eius quando venit in gloria paterna glorificari et glorificare sanctos
suos sed alienus sit a communione ipsius et caritate Similiter
et ymaginem intemerate matris eius et dei genitricis Marie et
super et yconas sanctorum angelorum depingimus quemadmodum
eas figurat verbis diuina scriptura Sed et laudabilissimorum apostolorum
prophetarum martirum et sanctorum virorum simul et omnium sanctorum et ho-
noramus et adoramus et qui sic se non habent anathema sint a
patre et filio et spiritu sancto ¶ De adoracione crucis et ymaginis
hominis et pacientis in ea (vide Aug.) supra de posicione Secundo
si causa informacionis queris quo possum ymaginem adorare
cum sit lignum es et alia materia Respondeo secundum duplicem viam
Prima est thome et multorum sequencium eum in iii° declaratur quod
est vnus motus qui est animi a quo procedimus et in terminis vnius
secundum suam formam Nam est eadem forma fluens secundum essentiam in medio
et termino ad quem et tamen differens secundum esse et ita est eadem motio

venerantis seu adorantis transiens per ymaginem usque ad prothotipum hoc est
exemplar. Ideo fundat quod eadem adoracione adoratur ymago et
id cuius est ymago exemplar et ex hiis movet et stat tamquam motus a-
doracionis ymago ut medium per quod et tamquam vehiculum adoracionis
intencionis adorantis et hunc modo dicendi decretum Sinodi Consta-
tinopolitane videtur sentire cum dicit quod honorem cuius ad principalia
ipsa refertur etiam deinceps ymagine honorentur et adorentur Ultra
vero via tenet quod eis non debet adoracio exhiberi sed ad punctum coram adorad
illi quorum sunt ymagines Unde Robertus Holcoth super 1o capitulo primo
Sapiencie ait sunt et inter mortuos est eorum qui appellaverunt deos suos
opera manuum suarum aurum et argentum dicit sic Non video esse bene
dictum pro eo quod eodem honore honoretur deus et eius ymago Unde
videtur michi esse dicendum quod nec adoro ymaginem Christi quia li-
gnum nec quia ymago Christi sed adoro Christum coram ymagine Christi
quia est ymago Christi et excitat me ad adorandum Christum et sic exposuit
ut ille doctor Damascenus et similiter Thomas et totum istud circa hanc
materiam videtur hic capitulum perlatum de con. di. iii. Communis modus
est quod inter doctores Secundus est facilior inter simplices et sine hunc
sine alium teneamus semper habetur quod coram eis signa et protestationes
interioris cultus sunt exhibende genua flectenda luminaria pro
offerri quia aut eis aut racione ad exemplar veniendi aut ex-
emplari coram eis ista fiunt et ita satis habetur de con. dis. iii
Venerantur ex septima Sinodo ubi dicitur Venerabiles ymagines christiani
non deos appellant neque serviunt eis ut diis neque spem salutis po-
nunt in eis neque ab eis expectant futurum iudicium sed ad memoriam
et recordacionem primitivorum venerantur eas et adorant sed non serviunt
eis cultu divino nec alicui creature Adorantes autem illas modo
dicto non imitantur Aaron nec Jeroboam Quia sub illis populus
vitulos adorabat cultu divino hoc est quod vitulus aut vituli ex-
hibicionem reverencie que adoracio dicitur terminabat nec ad alium
ultra referebat illam Ideo ydolatrabat Non sic populus fidelis quia
nec ad ydolatriam est pronus ut tunc erat nec in ymaginibus sistit sed
ad deum et sanctos tendit ex inspectione ymaginum Ideo bene Rex
Ezechias excelsa et aras lucos et serpentem eneum quem fecerat
Moyses destruxit quia populus in illis ydolatrabat et mechabatur
spiritualiter Et quia populus ad hanc fornicacionem nimis pronus erat
non sic modo Et si aliquis abutatur in adorando ymaginem non ideo
confringenda est ymago quia utilis est aliis Et de facili iste
redditur Quia non est pronus ad ydolatriam ut populus ille Super ista patet
ad aliqua per conveniens dilectum tacta quid dicendum Sunt audiunt

patres dignissimi sex puncta in quibus continuum et alta via eccle-
sie Oro deum nostrum ihesum christum ut sic dirigat omnium corda quibus spiri-
tus prevaleat et omnis animositas deponatur Et omnis pax de
extremo veniat igitur opponens ad medium et mox concorda-
bimus si reformacionem quereat morum Illam etiam morum queso
Tollantur igitur ista nova dogmata et veritas prius ut potius
explicata teneatur Si quid corrigendum est in dictis meis
adest sancta Sinodus emendari cito potest ad componendum
mores satissima Quam reformacionem in utroque statu donet
nobis deus ex alto cooperante hac congregacione sancta Qui
est benedictus in secula Amen

Prefacio in posicionem de punicione peccatorum notoriorum facta per magistrum Egidium Carlerii sacre theologie professorem decanumque Cameracensis

Cum mente sepius revolverem unde ortum habuit et progressum
error de punicione penali omnium peccatorum notoriorum
per eos ad quos spectat et in eorum negligencia per
quemcumque fidelem et alii huic adiuncti Repperi meo iudi-
cio originem fuisse malam vitam plurimorum in statu tam eccle-
siastico quam layicali Ex illa successit alia causa scilicet odium Et cum non
videretur facile omnia mala posse extirpari de medio multitudinis
odio implende Quidam recesserunt ab aliis faciendo scisma
in ecclesia Cumque se viderent separatores a ceteris suam segregacionem
iustificare volentes nova dogmata fingere ceperunt dicentes quod
ipsi soli erant ecclesia Et quia sacramenta per alios sacerdotes a suis ministra-
ta polluta erant et suscipientes polluebant Exinde quidam ex
eis asserebant baptizatos ab aliis quam suis debere rebaptizari
Tandem dixerunt quod omnia peccata notoria sunt penaliter punienda
per eos Et apparet bene considerenti librum beati Augustini contra Epistolam
Parmeniani Et ipse Parmenianus eiusque fautores errores Do-
nati sequentes sic senserunt Dicebant enim illi solam Affrica-
nam ecclesiam et reliquum orbem extra ecclesiam esse et sacramenta per
alios data suscipientes polluere volebant quia omnia crimina no-
toria puniri Ecce quod unde unitatem ecclesie debent scindi societas
et scisma generari Huius secte quo ad aliqua esse nostri videntur
Bohemi qui a toto orbe propter malam vitam ut memoratum est
aliquo recesserunt dicentes quod non ecclesia sed ipsi soli sunt
ecclesia Et queritur quod debent vindicari penaliter omnia peccata
notoria et clamant omnibus quod ecclesia catholica ad angulum huius Regi-
onis Bohemie reducta non sit nec hoc fieri possit altiusque con-
sideracionis efflagitat examen paucis tamen manifestare proposui racionibus

Quia si soli ipsi faciunt ecclesiam sequitur quod ante 30 annos vel circa nulla
fuit ecclesia catholica. Nam si non est totus orbis ecclesia quia aliter credit
quam ipsi. Cum ante annos predictos crederent ut ceteri nec illi non reliqui
ecclesiam faciebant cum istud salvatoris contradicit Petre ego rogavi
pro te ut non deficiat fides tua et tu aliquando etc. Et contra illud Mt ultimo
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi.
Quod quod sola Bohemia ecclesia esse non possit audite. Dominus dixit Abra-
he In semine tuo benedicentur omnes gentes. Dixit et Isaac In semine
tuo benedicentur omnes gentes terre pro eo quod audivit Abraham pa-
ter tuus vocem meam. Iterum ad Jacob dixit Ego sum deus Abrahe
patris tui et deus Isaac ne timeas. Terram cui super quam dormis
tibi dabo et semini tuo / et erit semen tuum sicut arena maris et replebis
in mare et in affricam et in aquilonem et in orientem et benedicentur in
te omnes tribus terre et in semine tuo. Hec autem de Judeis dicta patet
quid sit semen Abrahe in quo dictum est benedicendas omnes gentes.
Exponit apostolus Abrahe inquit dicte sunt promissiones et semini
eius non dicit et seminibus tamquam in multis sed tamquam in uno et
semini tuo qui est Christus. In Christo ergo omnes gentes benedictionem habi-
turas tanta ante promissum est tanta exhibitum veritate et
non pudet dicere ad pugillum orbis illam hiis diebus esse coar-
tatam. Porro dominus in parabola zizaniorum ait [illegible]
seminavit bonum semen in agro. Exponens autem illam inquit Qui
seminavit bonum semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum
semen hii sunt filii regni. Zizania vero sunt filii nequam. Ergo Christus
filios regni posuit in agro id est mundo non in Bohemia nec in
Affrica ut arguit beatus Augustinus in fine primi libri contra Epistolam
Parmeniani sed in toto orbe ab ortu solis usque ad occasum quod ipse
dominus testatur Mt 24 cum ait Si quis vobis dixerit Ecce hic est Christus
id est in ista parte mundi aut illic super est fides catholica nolite cre-
dere. Est ergo fides catholica per eius publicacionem Si dixerint vobis ecce in
deserto est id est in dogmate pertorum nolite exire scilicet a fide catholica. Si di-
xerint in penetralibus est hoc est in doctrinis occultorum hereticorum
nolite credere. Est ergo fides catholica per eius publicacionem sicut fulgur
quod patet ab oriente in occidentem. Sic enim exponit beatus Jeronimus
hec verba. Et beatus Augustinus de questionibus evangelistarum dicit quod oriens
et occidens nomine totum orbem voluit significare. Isidorus vero
libro de summo bono c. 16 dicit Sancta ecclesia ideo dicitur catholica quia
universaliter per omnem mundum sit diffusa. Hereticorum enim ecclesie in partibus
mundi coartantur. Hec vero in toto orbe diffusa expanditur. Idem
8o libro ethimologiarum Ecclesia grecum dicitur convocatio. Catholica dicitur universalis.
Idem Honorius super illud canticorum Duo hinnuli gemelli. Idem Augustinus

de fide ad petrum c. 16. Ex quibus satis pertinenter subiungi potest vna
nacionem non se debere separare corporaliter a reliqua parte ecclesie reli-
gionis propter malos in ea existentibus ita ut nouos ritus nouosque mo-
res induat scisma faciendo presumendo nempe vnitatis nulla est
iusta necessitas cum sibi nequaquam spiritualiter nocituros malos ideo tol-
lerent boni ne spiritualiter se segregantur a bonis dicit Augustinus 3 libro
contra epistolam parmeniani Recessus autem de quo ysaias Recedite
recedite exite inde pollutum nolite tangere de recessu corporali non debet
intelligi Nam ipse ysayas hoc dicens non recessit ab immundis qui
in medio ipsius populi immundi labia polluta habentis habitabat Jeremias ab ipso
mundo corporaliter non discessit Dauid qui dicit Odiui concilia vanitatis
et cum facientibus iniqua non introibo non reliquit corpore omnes malos Nam
Joab qui per proditionem occiderat Abner et Amasam a se non exclusit
Saulem a domino reprobatum honorauit Intelligitur ergo recessus
et exitus de recessu spirituali qui fit dum non consentitur aut fauor
prestatur de immundicijs peccatorum Augustinus in 3o libro contra epistolam
permeniani sic ait Immundum non tangit qui ad peccatum nulli con-
sentit Exit autem inde ut salua sit cuius cor apud deum si vel disciplina
corripiendi et arguendi salua pace negligat Nam qui vult cor-
poraliter quasi manifestos malos deserere spiritualiter deserit latentes
bonos quos incertos et incognitos cogitur accusare dum se-
parationem suam conatur defendere Et post multa ait Cum laude pa-
cis mali tollerantur ne ignoti boni compungentur Quod vero non oporte-
at fieri separacionem corporalem a malis ostendit ipse beatus Augustinus ubi supra
ad sermonem Jeremie per parmenianum allegatum Quid paleis ad triticum
et ait Certo potest vnde esse pascua communis ouibus et hedis Eadem sa-
gena bonos pisces et malos continens Ista eadem est area paleam et
et tritica Sed in die quo paterfamilias ferat ventilabrum separabit pa-
leas a tritico Triticum vero ponet in horrea sua et paleas igni in-
extinguibili comburet Nunc simul sunt oues et hedi Sed dum
filius hominis venerit cum angelis dei segregabit oues et hedos cum im-
pleta erit sagena et sederint secus litus eligent bonos in vasa sua
malos autem foras mittent Tunc dicetur Quid paleis ad triticum
non modo Ipse ait beatus Augustinus in 2o libro contra epistolam parmeniani ostendens
quomodo necesse est plerumque bonos cum malis conuersari et tradens
bonis prudens quid agere debeant aperit dicens Si bono pacis ne ante
tempus cum zizania colligantur eradicetur simul et triticum necesse
cogitur quisque esse inter iniustos recedat ab iniusticia et secum quos vo-
cat nouit deus Similiter cum ab iniustis recedit et ab eis exit atque
separatur interim corde et tandem corpore a talibus in fine separari meretur

Post hoc ad idem propositum sic loquitur exemplo non solum non facientis
mala sed et non consencientis illi malicie inter paleam frumenta secura sunt
Omnia neque talia faciunt neque consenciunt facientibus etiam si in eadem
segete usque ad messem in eadem area usque ad ventilacionem intra eadem re-
cia usque ad separacionem que in littore futura est boni tollerent malos
Et hoc est quod dicit respondendo ad illud quod allegat Parmenianus
de apostolo que pars iusticie cum iniquitate que communicacio lucis ad te-
nebras que conventio christi ad belial aut que pars fidelis cum infideli
propter quod exite de medio eorum dicit dominus et immundum ne tetigeritis
et ego recipiam vos Quia cum sic isti carnales sapientes non intelligunt
neminem iungi cum infidelibus nisi qui facit peccata paganorum aut
talia facientibus favet Nec quemquam fieri participem iniquitatis nisi
qui iniqua agit vel applaudit Lucis autem communitas tenebris nisi qui post
tenebras consensionis sue dimisso christo sequitur belial quis ponit
cum infidelibus partem suam nisi qui eius infidelitatis sit particeps
Ista enim templum dei esse desinunt ne se alicui simulacro adiungant Cum
autem sunt templum dei vivi et in medio nacionis tortuose et perverse
apparent sicut luminaria in mundo verbum vite habentes id est eos quos
pro unitate tollerant infirmos Nec angustiantur quia in illis habitat et de-
ambulat deus et exeunt de medio malorum atque separantur interim
corde ne tamen forte id faciant per sedicionem scismatis volunt fieri a bonis spi-
ritualiter quam a malis corporaliter separentur Hec ille Ex quibus manifestum
est quod propter malos in ecclesia militante existentes non debent se boni corporaliter
separare in preiudicium unitatis a malis etiam notoriis ne separentur etiam
a bonis spiritualiter et ne fugiendo zizania fugiant et triticum Nam
cum crevisset herba et fructum fecisset tunc apparuerunt et zizania
Et quamvis inter utrumque iam servi patrisfamilias cognicione distingue-
rent iubentur tamen ea sinere crescere usque ad messem ne colligentes zi-
zania eradicarent et triticum Ideo templa separacionis scisma ecclesie
facientia inania sunt et pernitiosa atque sacrilega quia et impia atque
superba fiunt et plus perturbant infirmos bonos quam corrigunt animosos
malos Igitur cum nulla racione se debeat una nacio separare ab ecclesia
catholica per orbem diffusa propter malos in ipsa ecclesia existentes sed ad correccionem
salva pace laborare et ubi periculum scismatis timetur tollerasse corporaliter
non tamen consenciendo non fuit opus ad defensionem facte scissure per
eam fingere novam doctrinam et velle exstirpare omnia mala notoria
per penas iusticie in preiudicium bonorum cum dominus iusserit sinere zizania
iam apparencia crescere usque messem ne illa eradicantes noceant tritico
et nichilominus errorem istum de punicione omnium peccatorum mortalium notoriorum
in foro exteriori per eos ad quos spectat et ubi negligentes per quemvis inprobare
Nunc preposui propositum quod sic incipit Hanc meis viribus inprobem
veritatem subiungendo :·:

Circa primam questionem versus finem ponantur verba Augustini que sequuntur
Augustinus 2o libro contra Parmenianum circa principium respondendo ad illud
quod obicit / Ve hiis qui dicunt quod nequam est bonum et quod bonum est
nequam. qui ponunt lucem tenebras et tenebras lucem / qui dicunt dulce
amarum et amarum dulce. Concludit dicens sive ergo vel quod per arguendo
corrigit vel quod non per corrigere salvo pacis vinculo excludit / vel quod
salvo vinculo pacis excludere non per equitatem improbat similiter supportat
hic est pacificus et ab isto maledicto quo dicit scriptura / Ve hiis qui
dicunt quod nequam est bonum dicere omnino liber et extraneus securus penitus alienus
Item Idem 3o libro contra eandem epistolam ait Neque potest esse salubris a
multis correpcio nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudinem
Cum vero idem morbus plures occupaverit nichil aliud bonis restat
quam dolor et gemitus Ideo Apostolus cum iam multos comperisset
et immunda luxuria et fornicacionibus inquinatos non id precepit ut cum illis
cibum non sumerent in secunda epistola sicut fecerat prius in prima ubi
dixerat Si quis frater nominatur in vobis et est fornicator aut ydolis
serviens aut avarus aut ebriosus aut rapax nec quidem cum eo a
cibum sumere nec dicere poterat Si quis frater fornicator nominatur in vobis
sed multitudinem sed dixit Ne iterum cum venero ad vos humiliet me
deus et lugeam multos ex hiis qui ante peccaverunt et non egerunt
penitenciam super immundicia et luxuria Et post aliqua subiungit id quod
prius dictum est Concilia separacionis et inania sunt et perniciosa et sacri-
lega quia et impia et superba fiunt et plus perturbant infirmos bonos
quam corrigunt animosos malos Sequitur In proposito cause dicit Idem
sanctus epistola ad Aurelium etc. Circa secundam conclusionem versus finem
poni potuerunt ea que sequuntur ex beato Thoma 2a 2e q. 108 ar. 2 ad
primum Cum punicio vindicacio quedam sit / vindicacio autem accipitur
dupliciter Uno modo secundum quod ad publicam iusticiam pertinet Alio modo secundum quod per-
tinet ad immunitatem persone singularis secundum quod per eam propulsatur iniuria
illi illata punicio etiam dupliciter dicitur prout scilicet est actus publice iusticie
et singularis persone Primo modo pertinet ad virtutem iusticie commutative
que culpam pro pena recompensat / 2o modo pertinet ad virtutem vindi-
cacionis que est virtus specialis que elicit secundum rectam racionem hunc actum
qui dicitur vindicacio que fit per inflictionem alicuius pene ordinate
ad immunitatem persone Cum igitur ostensum sit quod pertineat ad soli per-
sone publice punire peccata mortalia notoria penaliter et non persone sin-
gulari intelligo de punicione que est actus iusticie et a iusticia
publica elicitus Non autem de punicione que est actus virtutis vindi-
cacionis Nam singularis persona ad suam immunitatem servandam hanc
potest exercere iuxta quod ut michi videtur iura dicunt / Vim vi repellere
licet / et si bene dicta considerentur valde videbitur quod hic fuit meus intellectus

Sequitur in positione ex quo sequitur quod persona que licite per iusticiam preest etc.
Circa positionem sunt tres difficultates principales quas faciunt adversarii contra
Utrum omnis potestas presulatus ecclesiastica aut principatus temporalis sit a deo
annexa huic in quo fundatur potestas huiusmodi / Utrum de voluntate divina aut
in quo 2a principalis / Utrum per mortale peccatum amittatur dominium temporale
annexa isti quamvis iudicabit quod prelatus aut princeps talis peccavit mortaliter
Utrum quilibet subditus possit iudicare de vita sui superioris an sit bona
vel mala in foro conscientie nec oporteat de hoc iudicare in foro conten-
tioso Annexa huic Si subditi iudicantes vitam sui prelati aut sacerdotis
curati esse malam possunt ei subtrahere decimas et oblationes / Et utrum
dum negligunt prelati corrigere suos ecclesiasticos subditos iurisdictio
devolvatur ad potestatem / Ad primam 2m Thomam [illegible] dicendum quod in prin-
cipatu seu prelatione est tria considerare scilicet principium medium et finem
et si omnia fuerint bona tota prelatio aut principatus est a deo Aliquando
principium est malum quia medijs illicitis ad dominium pervenitur Et usus
bonus est quia actus prelationis debite exercetur Aliquando econverso principium est
bonum et malus usus Ex ea autem parte qua est inordinatio non est a deo
ideo Osee viii° Dominus ait Ipsi regnaverunt et non ex me principes extiterunt
et non cognovi Modus autem in prelatione est ordo regentis ad subditum
rectum et hic semper bonus est a deo Thomas concedit quod simpliciter prelatio
est bona et a deo / Durandus dicit quod iudicium de re [struck through]
sumitur secundum quod existit cum omnibus circumstancijs quarum bonitas ad bonitatem
rei requiritur ideo dicit quod si principium prelationis fuit malum aut usus pre-
latio simpliciter est mala / Thomas dicit quod simpliciter prelatio est bona et a deo quia
id quod est de essencia eius scilicet ordo superioris ad inferiorem est bonus ideo
concedo quod bonitate essenciali omnis prelatio est bona et a deo sed ex cir-
cumstancijs potest esse bona aut eciam mala secundum quod principium aut usus eius
sunt Augustinus de Anchona dicit quod in potestate est tria consideratio secundum que
est ordo et tria secundum que non est a deo Prima tria sunt dilatatio eius contra
primam potestatem secundum ista omnis potestas est a deo Et principium contra causam effici-
entem 2m in quantum cause formalis non inferioris sed forte [illegible] 2m 3m contra que
cause finalis Alia tria secundum que non est a deo sed a malicia et pravitate
hominum sunt prava eius adeptio prava eius executio prava eius intentio
De primo dicitur illud Nam in fortitudine nostra sumpsimus nobis cornua / De 2o
illud Ozee 8o Ipsi regnaverunt et non ex nobis / De 3o quia tria intendunt
bona agunt et mala intentione Job 34 Qui regnare facit hominem ypocritam
propter peccata populi secundum ista non est a deo Convincit doctor iste nisi permissive / Unde
dicit Gregorius et habetur in glossa potentiam et potestatem principatus deus tri-
buit [illegible] potentie maliciam vero invenit et subdit Timoris magis
[illegible] non ordo potestatis in eum est secundum beatum Thomam ad [illegible] scilicet In
quo fundatur potestas etc. Dicendum videtur quod simpliciter fundatur in voluntate

beneplaciti dei cum illa est simpliciter bona quamvis quantum ad id quod in ea
aliquid malum est scilicet principium et ipsius non fundetur in illa voluntate
sed bene in voluntate signi que est permissio. Ista dicendo concordat satis cum a-
lios doctores nominatos modo suo proportionaliter. Tercium doctor qui specialiter
scripsit contra hereses wicleff qui dicitur thomas walden dicit quod
fundatur in divina providentia et hec videtur michi bene dictum. Cum
providentia dei est bonorum et malorum. Nam mala non possunt omnino
exire ordinem divine providentie. Nam de uno ordine quo providetur
alicui propter se exeunt in aliud quo providetur alteri propter aliud. Vincula-
buntur ut dicunt omnes doctores istorum quatuor in responsionibus
infra habet etiam beatus thomas consonat. Contra secundam principalem arguitur
quod principatus annullatur per peccatum mortale tripla radice. Prima
sumitur ex radice domini. 2a ex effectu eius. 3a ex fine ipsius.
Primo sic voluntas divina est causa principatus sed hoc non est ad
peccatores. Igitur antecedens patet per illud Jeremie 27 Ego feci hominem et
iumenta et que sunt super faciem terre in fortitudine mea magna
et in brachio meo extento et dedi eam cui placuit in oculis meis.
Consequentia patet per illud ysaye Non est voluntas mea in vobis dicit dominus. Racio
quia ista est iustissima. Deus iusticias dilexit equitatem vidit
vultus eius dicit psalmista. Et hoc est quod de malis principibus al-
legatum est Osee 8o Ipsi regnaverunt sed non ex me. Secunda racio
que sumitur ex effectu principatus talis quia princeps est sicut anima
legis ethicorum 5o Ad principem confugiunt omnes ut ad iustum animatum
Et iterum dicitur ibi quod princeps est lex animata sicut lex est princeps inanimatus.
lex autem humana non habet vim legis nisi quia iusta et quia a prima
lege que est rectitudo et iusticia perpetua derivata. Princeps ergo
est sicut anima iusticie. Qui vero est in mortali non amat equitatem
quia odit illam. Nec vivit in se vita gratie et virtutis. Tercia racio
que sumitur ex fine que talis est finis principatus est facere cives
bonos et querere bonum et salutem reipublice et ista non querit malus
princeps. Primo querit tales cives qualis ipse est. quia sequitur quod
princeps impius ministros habet detestabiles et ita subditos. Cum
Ecclesiastici 10 dicitur Secundum qualis rector civitatis tales habitantes in ea.
Et iterum Qui sibi nequam est cui alii bonus erit. Nec querit salutem
boni communis quia in peccatorem dicuntur affectus comodi. Ideo querit
que sua sunt. De bono enim principe dicit Aristoteles 5 politicorum quod tria habet
que utilitatem reipublice respiciunt. Et hec verba de forma tria
oportet habere futuros principari principales principatus. Primo amorem
ad constantem potenciam. 2o ~~constanciam potentie~~ potentia maximorum
operum principatus. 3o virtutem et iusticiam in una quaque potencia
et hec tria deficiunt in principe dum est in mortali. Nam michi amat

tantum quantum scriptum est, sic deest primum. Nec et potentia defendat ab hoste se
exponere vult periculo, et sic deest secundum. Nec amat virtutem et iustitiam impo-
tentia, et sic deest tertium. Unde malus princeps tria habet contra utilitati
reipublice. Primum ut cives nunquam sapiant ut possit regere ad nutum. Secundum
ut discordiam invicem ne simul unanimes existentes possint resistere sue
voluntati. Tertium ut appareat subditis impotentibus in prisio tam nullam ma-
num mittit ad impia. Unde Aristoteles 5° politicorum ait: Si principans non
erit sobrius et iustus, quo participabitur bene? Si non subditus, quo sub-
icietur bene? Intemperatus existens omnino et formidolosus nichil faciet
eorum que oportet. Ergo peccator non est verus princeps. Ideo septimum:
Noli fieri iudex nisi virtute valeas irrumpere iniquitates etc.

Positio de punitione peccatorum notoriorum magistri Egidii incorrati facta ante adventum Bohemorum ad concilium generale Basiliense tempore [illegible]

Hunc meis viribus imparem materiam recusare debueram, Reverendissi-
me pater et vos ceteri patres ac viri dignissimi, nisi iussio ut hu-
meros supponerem coartasset et me sine ratione ipse fecissem obviare
difficultatem, tum quia a theologis doctoribus modicum et pressum de
ea reperitur tractatum. Et illud quod est ex penuria librorum cum labore
colligitur, tum quia materia in se nodosa est, latissima et gravis. Ad eam
quoque facultatem plurimum pertinet dicere illud Ieronimi epistola 8°: Gran-
des materias ingenia parva non sustinent et in ipso conatu ultra vires
ausa succumbunt. Et illud ab Oracio in poetria meminisse: Sumite
materiam vestris qui scribitis equam viribus et versate diu quid ferre
recusant, quid valeant humeri. Sed quia grata deo super sacrificium obedientia
prevaluit, compulsit in adversum motus pressos, maxime quia non ad iac-
tanciam sed eruditionem excitatorum, quod omnem mentem in obsequium fidei et
heresum oppositarum extinctionem hec pia exercitia indicta sunt. Igitur
confisus in divino adiutorio cupiens suppressa falsitate revelatam esse
veritatem sed et inductione propria singulorum dictorum perterritum manus nisi
ad formam questionis primum articulum Bohemorum de punitione peccatorum
publicorum convenientem movendo sub hac forma: Utrum quodlibet
notorium mortale peccatum in quolibet statu sit per eos ad quos spectat rea-
liter puniendum. Arguitur quod sic: Ad Ro 13 dicit apostolus: Non sine causa prin-
ceps gladium portat, dei enim minister est, vindex in iram ei qui operatur
malum. Nec hoc est crudelitas, immo pietas, beato Ieronimo teste ad
Riparium presbiterum: Qui autem non est crudelitas crimina pro deo punire sed pietas.
Oppositum arguitur per illud Mt 13°: Vis imus colligimus zizania
dixerunt discipuli ad Christum, quibus ipse: Sinite ea crescere usque ad messem,
ne forte colligentes zizania simul eradicetis et triticum. Ergo non quelibet
peccata notoria sunt punienda. Cum protestationibus fieri consuetis in actibus
scolasticis debitis et excusationibus premissis, dico quod cum punitio proprie
loquendo sit actus iurisdictionis, omnis autem iurisdictio formam suam habeat

A doctoribus autem duplex forum distinguatur scilicet conscientie vel interius et cau-
sarum seu exterius. Rursus cum correctio possit fieri sola caritatis
ammonitione aut etiam pene inflictione due considerationes apud li-
proposito inichi videntur ut in prioribus via magis/
prima est de illa punitione que fit in foro conscientie. Nam questio pre-
dicta de notoriis pro quod ad forum exterius videtur descendere. Secunda
de illa correctione fraterna que fit sola ammonitione. Tertia questio queritur
si peccata notoria sunt punienda penaliter. Circa primum cum ad primam dicitur
a doctoribus quod omnia mortalia in illo foro conscientie sunt punienda ma-
xime si ad notitiam prelati venerint patet per illud Isaye 18 lex domini
immaculata. Dicitur enim theologice 1a 2e q. 91 ar. 4o in pede audit ultra le-
gem humanam esse necessariam legem divinam eo quod lex humana
non possit omnia mala punire ut dicit Augustinus 1o de li. ar. ne aliquod
malum maneat impunitum oportet esse aliam scilicet divinam ista puni-
entem. Circa vero ad secundam dicitur communiter a doctoribus quod qualiter
pro tempore et loco cum aliis circumstantiis et etiam in casu tenetur
corripere fratrem delinquentem sive superior inferiorem aut econtra a per
parem. Dicat enim Augustinus super illo Isaye 52 Recedite exite inde in-
mundum nolite tangere et propter istam recessionem spiritualem intelligimus
de contactu cordis non corporis. Quicquid inter vos malorum nostris quantum
potestis improbate redarguite et nolite consentire. Restant igitur ad
presens duo tractanda. Quorum unum ex dictis Bohemorum et aliud
ex factis eorum et fructibus colligitur. Dicunt namque omnia peccata
mortalia notoria esse publice punienda per eos ad quos spectat. Sed eorum
perfectio tamen quod ubi illi essent negligentes ad quemlibet fidelem
cuiuscumque status aut conditionis existat pertineret punitio. Et sic
intelligere videntur plurimi qui contra eos in hac materia tractatum
ediderunt. Contra hec duo pono duas conclusiones. Prima Non
omne peccatum notorium est in quolibet statu per eos ad quos spectat in foro
exteriori ecclesiastico aut seculari puniendum. Probatur hec conclusio
primo per legem divinam 2o ex ... per apostolorum
et punitione Christi 3o ex sanctorum sacrorum canonum 4o autem sanctorum doctorum.
Ex lege divina et primo ex veteri patet repudium uxoris etiam sine multorum
notoriis peccatum mortale notorium quod dicit Matthei 19 ostendit dicens
quia libellum repudii Moyses permisit ad duritiam cordis vestri inquit
phariseis et tamen in lege veteri non puniebatur. Immo de hoc lex dabatur.
Non sicut aliquid iubens iusto sed permittens iniusto dicit beatus Augustinus.
De quo habetur Deuteronomio 24o ubi sic inquit lex. Si acceperit homo uxorem
et non invenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam feditatem scribet
libellum repudii et dabit in manu illius et dimittet eam de domo sua.
Item usura est mortale peccatum et tamen notorie permittebatur in lege veteri
respectu extraneorum licet respectu filiorum Israel prohibetur. Unde Deuteronomio 23 dicitur

Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam nec fruges nec quamlibet aliam rem sed alieno non est lex precipiens ad iniustum sed ad vitandum maius malum hoc malum permittens Rursus homicidium absque insidijs est in persona privata peccatum mortale et tamen in lege veteri non puniebatur Exo. cum Exo 21° Qui percusserit hominem volens occidere morte moriatur. Qui autem non est insidiatus sed deus tradidit illum in manus eius constituam tibi locum in quo fugere debeat Et de fure nocturno effringente domum occisio dicitur Exo 22° Si effringens fur domum sive effodiens fuerit inventus et accepto vulnere mortuus fuerit percussor non erit reus sanguinis Similiter peccatum Caym fuit mortale et notorium et tamen non legitur punitum saltem pena mortis immo iudicio humano cum Chaym timebat inferri a quolibet dicens Ecce eicis me hodie a facie tua et ero vagus et profugus super terram quicumque invenerit me interficiet me. Dixitque dominus nequaquam ita fiet Sed omnis qui occiderit Chaym septuplum punietur posuitque dominus signum in Chaym ut non eum interficeret quicumque invenisset Gen iiii° Preterea peccatum Ruben de quo Gen 35° fuit mortale et per consequens notorium Nam Joseph ut ibi scribitur accusavit fratres suos apud patrem crimine pessimo Glosa secundum unam expositionem dicit quod ponitur plurale pro singulari quia accusavit fratrem suum Ruben qui maculaverat cubile patris sui tamen non legitur punitum penaliter Item crimen occisionis Sichem filii Emor et omnium virorum illius urbis per filios Jacob perpetratum in ultionem stupri Dine sororis eorum fuit mortale et notorium non tamen in lege veteri punitum penaliter Nam pater solum dixit Symeon et Levi turbastis me et odiosum me fecistis Chananeis et Pherezeis habitatoribus terre ut legitur Genesi 34 Possent adduci multa alia de peccato murmurationis populi Israel contra dominum et rebellionis et alia quam plurima que non leguntur in lege illa pena positiva punita

Secundo probatur idem ex testimonijs legis nove Dicit enim dominus ut habetur Johannis 8 mulieri in adulterio deprehense Nemo te condempnavit nec ego te condempnabo Preterea de Maria Magdalena notoria peccatrice scriptum est Luce 7° Dimissa sunt ei peccata multa quia dilexit multum Item peccatum Samaritanorum nolencium recipere Jacobum et Johannem apostolos fuit mortale et notorium tamen non legitur punitum immo cum illi dicerent Domine vis ignis descendat de celo et consumat eos ipse ait Nescitis cuius spiritus estis filii Luce 9° Rursus dominus dixit Math 5° Audistis quod dictum est antiquis Diliges amicum et odio habebis inimicum tuum Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros quod Sergius perscrutatur super illo Math 22 Simile est regnum celorum homini regi dicens Cum in lege scriptum sit diliges amicum et odio habebis inimicum Recepta tamen lucida iustitia fuerat ut dei suosque adversarios quanto possent virtute comprimerent eos gladio

ferirent. quod in novo testamento compescitur cum dicitur Diligite inimicos
vestros. Amplius de zizaniis seminatis in agro quas volebant servi
eradicare dicit dominus Sinite ea crescere usque ad messem Mt 13 In
qua parabola ostenditur multa peccata esse tolleranda donec sine pe-
riculo evulsionis tritici possunt extirpari unde dicit Augustinus ibi dicit
Multitudo non est excommunicanda nec princeps populi et hoc est propter periculum
potestatis honore cum malo. Ideo David dixit Abysai volenti per-
cutere Semei quia maledixerat Regi Quid michi et vobis filii Sar-
vie cur efficimini michi in sathan ergo ne hodie interficietur vir
in israel habetur 2o Regum 19 Ceterum 1 Petri 2o scriptum est de Christo
Cum malediceretur non maledicebat cum pateretur non comminabatur
tradebat autem iudicanti se iniuste et sic peccata eorum quamvis notoria erant
Ex parte Christi quoque qui peccata in illum perpetrata pacienter impunita
sine sustinuit sicut scriptum est Ysaie 53 Tamquam agnus ad
occisionem ductus coram tondente se non aperuit os suum De cuius
paciencia quo ad proprias iniurias ait beatus Gregorius super illo Joh 8o
Ego gloriam meam non quero est qui querit et iudicet Illatas contu-
melias patris iudicio reservet ut per se facto nobis insinuet quantum paci-
entes esse debemus dum se ulcisci non vult ipse qui iudicat Iste
non tamen contentus est dimittere proprias contumelias multas immo sua-
det turbis ut obediant Scribis et pharizeis quamquam multa mala
notorie committerent Ait enim Super cathedram moysi sederunt etc.
Mt 23 Ex parte Apostolorum apparet questio qui omnia flagella eis
irrogata pacienter tulerunt nec ista notoria punierunt immo pro
persecutoribus orarunt ut apparet 1 Corinthiorum 4 dicente ibi apostolo Male-
dicimur et etc benedicimus persecutionem patimur et sustinemus blas-
phemamur et obsecramus. Idem autem de sanctis patribus in pe-
nitencia etiam qui teste apostolo ad hebreos 11o ludibria et verbera experti
insuper vincula et carceres lapidati sunt secti sunt temptati sunt
in occisione gladii mortui sunt que omnia equanimiter tollerarunt
sine punitione aut vindicta et maxime per eos illata aut petita
Sicut sancta canit mater ecclesia dum ait Cedentium gladiis more-
bidencium non murmur resonat non querimonia sed corde tacito etc.
Probatur conclusio quarta auctoritate sacrorum Canonum d 50 c Ut con-
stitueretur ostenditur quod Rigor iusticie debet temperari expetancia
multitudinis Sanctus enim Augustinus Bonifacio ait Ubi per graves dissensio-
num scissuras non huius aut illius hominis est periculum sed populorum strages
detrahendum est severitati ut maioribus malis sanandis sincera
caritas subveniat 23 q 4 c Quociens dicit Innocencius Quociens
a pluribus aut turba peccatur quia de omnibus propter multitudinem vindicari
non potest inultum solet transire Priora ergo dimittenda dico dei iudicio

et de reliquo maxima sollicitudine pauendum est Item 1 q 1 necessa
ria dicit Gelasius q rigor iustitie relaxatur ppt necessitatem ut q ppt
desolacionem ecclesie ytalice gladio et fame monachi aliqui assume
rentur in clericos hoc exigente necessitate fuit impunitum Similiter Inno
centius dicit q ordinatos a Bonoso heretico suscepit ecclesia ad scan
dalum uitandum Relaxatur etiam quandoque ad uitandum contentiones
e q c qm quicquid ubi dicitur q Hylarius papa prinotam animis
ad episcopatum inscio suo metropolitano indulsit et permisit Amplius
rationeque ad tercium 3° ait Contentiones et pugnas legis deuita
ad Cor 11° Si quis uidetur contenciosus esse nos talem non habemus
consuetudinem Relaxatur insuper rigor iuris ppt persone condicionem
ut si sit debilis senectute ut de Ianuario epo c tanta nequicia
Si sit corpore uiciatus et illacratus c sequenti hoc Etiam relaxatur
propter ecclesie utilitatem ut de filiis virginum per uim raptarum ad coniu
gium aut applicatarum c tali coniugio Proinde aliqua mala in
ecclesia tollerantur et eueniunt rei ut de laycis subito contra decreta
canonum in epos ordinatis de quibus leo papa loquitur c Exigunt canones
Ex auctoritatibus sanctorum doctorum probatur Et° per beatum Augustinum 3°
lib° contra epistolam Parmeniani dicentem Cum contagium pecca
ti inuaserit multitudinem diuine discipline una necessaria est racio hominis et secundum
doctores omnia facilius paratur multitudini quam singulari persone Unde
ipse Augustinus libro de moribus ecclesie c 34 ait Preuidenda sunt uicia
multitudinis ut curentur et prius tolleranda sunt patiantur quam priuatur
Nam deus ppt paucos iustos parcere volebat multitudini Sodomorum
si ibi fuissent inuenti Ideo Augustinus li de libero arbitrio lex ista que
regendis ciuitatibus fertur multa concedit atque impunita relin
quit que per diuinam prudentiam iudicantur neque enim quia non omnia
facit ideo que facit improbanda sunt Ideo non omnia lex humana
prohibet que prohibet lex nature ut etiam dicit Tho 1a 2e q 96 ar
2° ad 3 et allegat Augustinum ut nunc recitatum est Preterea beatus Augustinus
de Ciuitate ait Cum correccione cessandum est ad uitandum maiora scan
dala et ponit duo exempla Simili Primum de proiectione mercimo
niarum in mari tempore tempestatis ad uitandum naufragium de
quo habetur 2 ethicorum Secundum de abscisione membri putridi a
corpore humano pro salute totius Amplius beatus Gregorius super illo
decimo 8° de septem gentibus interimendis usque ad internicionem aut
paciencie tollerandi sunt mali ubi aliqui inueniuntur boni iuxta illud
dictum ad Abraham Gen 18 Si fuerint in Ciuitate sodomorum 10 iusti
non delebo eos ppt illos Exemplum q non omnia mala possunt humana

Lege primi legitur de filiis Juda qui non potuerunt delere Jebuseos de me-
dio eorum de quo beatus Jeronimus ad Dardanum epistola ii aut propter me-
tropolis tua primum Jebus postea Salem 3o Jerosolima et inde etiam Jebu-
seos expellere non valuit sed manserunt cum eis in scandalum exemplum
et victoriam Nec filii Effraim potuerunt delere Chananeos de quibus legitur
Judic. 1o 2o Hoc idem in sagena ubi capit pisces bonos et malos Matt.
13 de agro zizania cum tritico habente ubi Deinde de nuptiis ubi erant
pauperes claudi et debiles boni et mali 22o Matt. significatur Hec etiam
de David qui peccatum Joab non punivit sed Salomoni vindicandum reser-
vavit In quo ostenditur quod multa dimittit multa relinquere convenit que
successoris vero Salomonis punienda remittuntur Igitur dicendum quod secundum
Isidorum 5 libro ethimologiarum lex debeat esse honesta iusta possi-
bilis secundum naturam secundum consuetudinem patrie loco temporique conveniens
Et lex quia sit regula et mensura actuum humanorum mensura vero sit
homogenea mensurato 10 methaphisice diversis hominum moribus diversas
leges imponi oportuit et secundum temporum varietates mutare Unde
cum non sit eadem conditio perfectorum et imperfectorum et aliqua sunt possibilia
perfectis que non imperfectis legislator qui multitudini preest cui confert
legem in qua communiter maior pars est imperfectorum cum intendat et
cives facere bonos possibilia multitudini debet precipere Alioquin faceret
eos deteriores dum transgrederentur multum ardua precepta Illa ergo prohi-
bet a quibus possibile est multitudini facile abstinere et que ad nocumen-
tum communitatis vergunt Alia vero que non sunt huiusmodi permittit
Homicidia itaque furta adulteria et similia a quibus multitudo faci-
liter potest abstinere et que vergunt in magnum detrimentum politie hu-
mana lex prohibet Simplicem autem fornicationem etsi sit peccatum
mortale permittit cum per eam non turbetur politia nec sit facile ple-
nam multitudinem luxibus deditam ac in deliciis et voluptatibus
abstinere Recipe teste beato Jeronimo epistola ll venter mero estuans
cito despumat in libidines et poeta comicus proponit apud liberum pa-
trem intemperantie gradus est Immo si penalis punitio huius peccati multum
conturbaret politiam teste beato Augustino qui ait libro de ordine
Aufer meretrices de rebus humanis et omnia turbabis libidinibus
Nonnulla alia tolleret rector ut Judeos iuxta illud ps. 78 Dominus
ostendit michi super inimicos ne occidas eos et Judic. 2o Non delebo gen-
tes quas dimisit Josue ut in ipsis experiar Israel utrum custodiant via-
m domini et ambulent in ea et ritus eorum scilicet Judeorum etiam ipse tollerat
alia ut dicit Thomas 2a 2e q 10 ar 2o in pede In illis figuratur veritas
ritum evangelistorum Tolleret etiam ritus paganorum aut hereticorum
ad vitandum scandalum vel dissidium vel impedimentum salutis eorum

que omnia si vellet cohibere detius contingeret Cum enim nimis emungit
elicit sanguinem prov. 30 ponent etiam vinum novum in utres veteres
confringentur utres et effundetur vinum ut habetur in parabola mt. 9
quia veteri vite dediti dum ad nova vitam perfectorum preceptis ar-
tantur ad peiora prolabentur et vinum mandatorum perfectionis pro impe-
ritia effundetur Fiat ergo bonus legislator ut edificatores in lesbia
in lesbia qui propter duriciam lapidum edificant cum plumbea regula
ut ad durissimos lapidum nodos flecti valeat et rursus erigatur ad
rectitudinem non omnes sed enormes tortuositates devitanda prout dicit
Aristoteles 5° ethicorum Pro summa breviando dicendum michi videtur
quod illa peccata mortalia notoria manent impunita humana lege que
si ulciscerentur scandalum sequeretur et sunt illa a quibus non est facile
maiorem partem multitudinis abstinere et que eam non turbant ut etiam
peccatum multitudinis ut deniqz est peccatum principis quod sequitur multitudo
Augustinus enim dicit 3° libro contra epistolam Parmenianam Crimina punienda
sunt que salva pace ecclesie feriri possunt Ex quo patet quod si salva
pace ecclesie illa puniri non possunt ab ultione est supersedendum Item
sanctus Augustinus contra eandem epistolam Parmeniani magis suadendum est malos
tolerare et ulcionem detrahendum usque ad extremum iudicium quam quod bonos
simul puniant cum malis Et ipse dicit idem sancto epistola ad
Aurelium non asperitate quantum existimo non duriter non imperiose peccata
multitudinis aut prave consuetudinis corripienda sunt ista tol-
luntur magis docendo quam iubendo magis monendo quam minando
sic enim agendum est cum multitudine et si quid minatur cum dolore
fiat de scripturis ne vos timeamus in nostra potestate sed deus in suo sermone timeatur
Et quod nos de peccatis tollerandum dictum est propter scandalum vitandum
intelligendum est ubi tollerancia minus nocet aliis quam scandalum
ipsum Ubi autem tollerancia illa esset magis nociva scandalum postpo-
nendum est et peccatum puniendum Sic legimus interdum unam totam multi-
tudinem propter suum peccatum punitam ut Sodomitas et gentes illas quas
precepit dominus extirpari deutro 7 quandoque magnam partem multitudinis
ut in adoratione vituli conflatilis Exo 32 quandoque paucos de multitudine
sed principaliores ut ceteri terreantur ut de principibus populi quod
suspenderentur pro peccatis populi habetur num 25

Secunda conclusio non pertinet ad quemlibet fidelem punire peccata
aliter peccata mortalia notoria de casu negligencie illorum ad quos
spectat de iure punicio Probatur ex lege divina praxi Christi apostolorum
et primitive ecclesie auctoribus sacrorum Canonum et dictis sanctorum
doctorum in lege divina veraciter se fundancium Ex testimoniis ve-
teris legis probatur conclusio primo quia Exo 20 septimo et Levi quidam

hebreus alteri faceret iniuriam et moyses iniuriantem corriperet ait illi
Quis te constituit iudicem super nos Numquid non vis me interficere
sicut interfecisti heri egipcium Augustinus autem contra faustum dicit
quod Moyses non detestabili inmanitate sed emendabili animositate iusticie
regulam excessit quia nondum a domino prelacionem acceperat / Secundo
Dauid puniuit illum qui dixerat se Saulem occidisse Nam 2o Regum 1o
dixit iuueni illi qui hec se fecisse iactitabat Quare non timuisti
mittere manum tuam ut occideres christum domini Et paulo post subiungit Et
sanguinis tuus super caput tuum sit Hoc autem non dixisset si sibi licuisset
regem Saulem occidisse ergo illi hec non licuit / Tercio prouerbiorum 30 dicitur per tria
mouetur terra et quartum non potest sustinere Primum est per seruum cum re-
gnare ceperit Hoc autem fieret si subito nolentes defectum superiorem per
iusticiam vindicare Et quam turbato orbis mala hoc multaretur fit
dei Sap. xi^o Omnia fecit deus in numero pondere et mensura Et ysaie
xl^o Quis mensus est pugillo aquas et celos palmo ponderauit
qui appendit tribus digitis molem terre Et hiis apparet in vniuerso
forma ordinis que est optimum bonum eius ipse quod tamen de quolibet
creato dictum sit Vidit deus hec vel illud quod esset bonum de omnibus
dicitur Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona
Ideo necesse est quod sint in vniuerso superiores et inferiores Et quam ordo iste
non debet confundi non debent inferiores superiores pro iusticia cohibere
Nam superioribus competit iusticiam ministrare inferioribus Sicut propheta
ait Deus iudicium tuum regi da et iusticiam tuam filio regis Et sicut
pu^zl septima testatur in A B C Non decent inquit stultum delicie
nec seruum dominari principibus Preterea apparet satis ex sac. textu
Eccli 33 quod malis subditis debeat per iusticiam infligi pena et non
sic dicitur ibi de malis seruis Ibi enim dicitur seruo maliuolo tortura
et compedes Et iterum cibaria virga et onus asino panis disciplina
et opus seruo ergo subditi a dominis debent accipere disciplinam iusticie
et non econtra Rursus Isaie x dicit spiritus sanctus Numquid gloriabitur
securis contra eum qui secat in ea aut exaltabitur serra contra eum
qui eam trahit Et quod specialiter laici non debeant clericos penaliter afficere
probatur per illud Deutro 5o et Exodi 2o Honora patrem tuum Sacer-
dotes autem sunt patres spirituales quia alios regenerant ergo sunt hono-
randi ab illis ergo non sunt persequendi Item inobediens sacerdoti
impio moriebatur Deutro 17 Inobediens vero patri lapidabatur
ibidem 21 ergo non potuerunt licite sacerdotibus et patribus spiritualibus inobe-
dire et multo minus eos persequi Et si tunc non potuit Ad huc minus
modo cum sacerdotium euangelicum sit perfectius sacerdocio leuitico Si
dicatur quod illud intelligitur de bonis et non de malis cum Daniel pue-
rulus iudicauit iniquos presbiteros Daniel 13 Dico quod ita fecerat sed

hoc fuit accepta sup hoc a domino spiali ptate quod ex scriptura pbatur qr
remittitur ibidem Susstitauit deus spm pueri iunioris cui nomen
daniel vnde mirabilia vere sunt pocius admiranda qm sequenda
aut trahenda in exemplum Preterea eodem modo posset dici qr si
principibus secularibus bonis sit obediendum non tamen malis quod est
fluz Item sic fatalis omnis potencia sublimetur Ceterum non anilz d[r]
Custodi virum istum qui si lapsus fuit erit anima tua pro anima illius
sed hec in presidencia Item 3 Regum xxi Sequitur liberatio assimitate
captiuitatis sed in exposicione beati Thome Custodi eum quectum ab eo
custodes quid denotare c q d in Idem dicitur de speculatore 33 Ezech
visi insompnis buccina cum viderit gladium venientem sanguinem
petunt d m s v non populus erit sed ego aut deus Huic igitur superiores
curam salutis inferiorum cum execucio iusticie et non inferiores superiorum

Deinde probatur conclusio ex auctoribus noui testamenti Apostolus ad Ro
13 dicit Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit et qui
potestati resistit dei ordinacioni resistit Et paulo post Non sine causa pu
ceps gladium portat dei enim minister est vindex in iram ei qui opa[r]
malum Ex istis verbis apparet quod inferiores non habent ferre iudicium
de superiores sed subesse illis Nec possunt facere punditam de ipsis qr
non habent gladium eis datum a domino cum non sint principes nec ab eis co
missi Si autem voluntarie accipiunt iuxta verbum veritatis Mt 26 gla
dio peribunt Ad Ro 14 Apostolus reprehendit eos qui iudicant non sibi
subditos dicit enim Tu quis es qui alienum seruum iudicas stat aut deo
suo aut cadit Preterea 1 petri 2o dicit petrus Apostolus Subditi estote
omni humane creature propter deum specificando cui subiungit siue
Regi quasi precellenti siue ducibus quasi ab eo missis ad vindictam
malorum laudem vero bonorum quia sic est voluntas dei Si dicatur
quod bonis superioribus est parendum malis vero non immo debent impugnari
Contra dicit istud 1 petri 2o Serui subditi estote omni timore dominis
vestris non tantum bonis et modestis sed etiam discolis Hec est enim gratia
si propter conscienciam sustinens quis tristicias patitur iniuste Consequenter
declaratur quod predicti principi quod sit dominus cum sit petro et non omnibus dixit pas
ce oues meas Datus enim non omnibus vniuersalem auctoritatem corrigendi
corrigendi peccata subditorum ac in virtutibus eos nutriendi Si quis
obiciat quod paulus reprehendit petrum quia reprehensibilis erat non
cum ambulabat ad veritatem euangelii ut habetur ad gall 2o Ac per hoc
dicat quod inferiores possunt reprehendere superiores tamen defficiunt hoc non
negabo Sed in hoc paulus fuit par petro quia in defensione fidei
omnes sunt pares Ubi enim imminebat fidei periculum propter scandalum
iudeis comissum iniectum per recessum petri a comunione in conuictu gen
tilium conuiuorum Ceterum cum facta fuisset contencio inter discipulos
quis eorum videretur esse maior ait deus luce 22 Reges gencium dominant[ur]
eorum et qui potestatem habent sup illos benefici vocantur Ex quo patet

q correctio iudiciaria ptinet ad reges et p̄ncipes ptitem sic pplm vō g̃o ad
quemlibet et maxime denegatam p̄sbris saltim illa que fit in gladio
quia subiungit vos aut nō sic. Amplius dominus docuit obediendū
esse superiorib; scz scribis et phariseis lz malis dicens Mt 23 Sup
cathedram moysi sederunt etc. [illegible] iudiciū nō subterfugit ymmo et
sustinens factus est deo patri obediens usq; mortem ad philipp 2°
Ex praxi aplorum conclusio deducitur. cum ananias et zaphira frau
dassent de precio agri solus petrus diuinam sniam in eos latā promulgat
ut habetur actuum 5. ostendens quod quilibet sed superior hec sic sniam aut pro
mulgare vel ab eo commissus. Itē cum Simon magus offerret pecuniam
p ptāte dandi spm sanctum p impositione manuum solus petrus ut pote quia
huius auctem corripuit cum eum impio dicens pecunia tua tecum sit in
pdicōm actuum 8. Itē habetur actuum 23 cum cum paulus percussus iussu
ananie summi sacerdotis dixisset percutiet te deus paries de albate et
quidam astancium ei opposuissent sic summū pontificem maledicis ille se ex
cusando respondit nesciebam inquit fratres q princeps esset sacerdotum oste
dens p hoc q superiores nō sunt inferenda maledicta multoq; minus contu
meliose pene. Rursus habetur in epla iude sic. Cum michael archangelus
altercantur cum dyabolo disputans de corpore moysi nō est ausus inferre
iudicium blasphemie sed dixit Imperet tibi dns. Si [illegible] noluit
archangelus in dyabolum sine auctē superioris puta dei [illegible] sz dno reseruat
ut homines nō sunt meliores archangelo nec delinquentes peiores
dyabolo vindictam malorum debent superioribus reseruare

Ex praxi p̄mitiue ecclē questio pbatur. refert Eusebius Ce
zariensis 3° libro hystorie ecclesiastice q cum eps inter se altercantibus
et libellos famosos contra se inuicem Constantino magno offerentib;
ipe ait dominus constituit vos sacerdotes et ptatem dedit vobis de nob
iudicandi et ideo nos a vobis recte iudicamur. vos aut nō potestis
iudicari ab hominibus. Itē quod inter vos dei solius expectate iudiciū
et vra iurgia quecumq; sunt ad illud diuinum reseruetur examen
vos estis dati nobis dij. et inconueniens est ut homo iudicet deos. sz
ille solus de quo scriptum est ps 81 deus stetit in synagoga deorum in
medio aut deos iudicabit. Ex decretis vō sanctorum patrum apparet
questio p̄ma d 10 c suscipit dt btūs Gregorius nazanzenus imperatorib;
Constantinopolitanis q eorum ptas lege xpi subiecta et ptati eccle.
Igitur nō debet regulariter ecclesiasticorum delicta a principibus secularib;
p iudicium puniri. Ite 2q vij c nō est dictum. nō est a plebe aut vulga
ribus p arguendus vel accusandus eps lz sit inordinatus et
caus q c laycos dr laycos nō accusasse epos hactenus obseruatum
et constitutum est quia nō sunt eiusdem conuersationis et opido quia de eis
infesti sunt. Contra 2 q 1 c Plerumque ostenditur puniri illius qui
ad superiorem suum debitam reuerenciam suam nō exhibuit scz de Cham qui

densit patrem suum Noe / ideo maledicta fuit eius posteritas pz originali
Genesis ix Item ibidem dicitur quod Maria soror Moysi quia locuta fuit
contra eum apparuit leprosa ut scriptum est originaliter num xii Ibidem
etiam dicitur quod David noluit mittere manum in xpm domini hoc est Saul
lem licet esset malus ymo fleuit quod misit manum in oram vestimenti eius
dum descendit in speluncam ut scriptum est j Regum 24 dicitur preterea illud
quod Oza percussus fuit a domino quia manum misit ad archam domini de quo
originaliter scriptum est 2 Regum vj hoc autem signat quod digni sunt puni
cione mayori persecuciones mittunt in superiores malos specialiter in sacerdotes
domini qui per indinatam archam in qua erant thabule Moysi virga
Aaron et manna reputantur eo quod in illis esse debeat scientia legis aucto
ritas correctionis et pabulum doctrine plenum dulcedinis xe 23 q 4 dicitur
Omnis qui preter illum qui legittima potestate utitur qui ut ait apostolus
non sine causa gladium portat cui omnis anima subdita esse debet si
iniussu qui preter hunc auctorem gladium accepit gladio peribit / ergo nulli
licet peccata notoria penaliter punire preter publicam auctoritatem xxiii
q 1 non frustra et dicitur ab Augustino ad Macedonium Non frustra insti
tuta sunt potestas regis / jus iudicis / ungule carnificis / arma militis / disci
plina dominantis / severitas boni patris habent omnia ista modos suos causas
utilitates racionis hoc cum timentur et mali coherentur et boni quiete
inter malos vivunt Ex quo pz quod ad solum habentem auctoritatem
publicam pertinet publica peccata per iusticiam punire

Post hec ex dictis sanctorum probatur questio Primo per Augustinum super
Paral v c dicentem Non prohibetur vindicta que fit ad correctionem
sed hec etiam non conceditur nisi ei cui quodammodo potestas data est Specia
liter j de civitate aut eum sine aliqua publica administratione ma
lefactum interfecit velut homicida reputabitur Item dicit Leo papa Res
omnis esse tute non possunt nisi regia et sacerdotalis defendat auctoritas
Ex quo pz quod defensio non fit nisi ab hiis auctoritate publica sacerdotalem
vel regiam xe Cyprianus super illo deutro 13 Si audieris in una de
civitatibus tuis / eamus serviamus diis alienis interficiens necabis
omnes qui sunt in civitate in ore gladii Cuius huius precepti memor ma
thathias interfecit illum qui super altare sacrificabat pz j machab 2o
Ex quo innuitur quod mathathias ideo interfecit quia preceptum habebat
et sic quod sine precepto divino expresso aut implicite per legem non licet occi
dere Amplius beatus Augustinus in questionibus super exodum dicit Multum refert
an quis puniat nocendi cupiditate ut facit hostis aut auferendo in
iuste ut latro aut obediendo ordine ut iudex aut subveniendi necessitate
ut miles Primis duobus modis non licet aliquem occidere ultimis duobus sic
Et beatus Augustinus dicit j libro contra Manicheos Ille gladium accipit qui
nulla superiori ac legittima potestate vel iubente vel concedente in sanguini
nem alicuius armatur Et quia non licet gladium accipere Ecclesia qui

gladium accipit gladio peribit. Non licet inquam se armare in sanguinem nisi
potestatem accepit aut sit a potestate commissus. Item idem super Math in q. c. offi-
cia vindicte possunt bono animo impleri quo iudex et quo lex. Et sic
nisi auctem quis habeat ex lege vindictam iusticie implere non potest
porro beatus Ambrosius super illo Modicum fermentum totam massam cor-
rumpit j Cor 2° ait Si quis potestatem non habet quem scit reum abicere
non valet vel punire. Ideo dicit Hamo de Haudeno in eo quoniam in quodam
Utrum liceat repellere iniuriam per potenciam principum Si iudex defuit
expectandum est divinum iudicium. Item Glossa super illo Deutronomio 23 Si
intraveris segetem proximi tui franges spicas et manu conteres falce autem
non metes dicit falcem iudicii mittere non potest quis in eam rem que alteri
videtur esse subiecta. Consimiliter quod clerici vel presbiteri non debeant iudicium
sanguinis exercere prout dicit Apostolus j Thimo 3° Oportet episcopum sine
crimine esse non vinolentum non percussorem atque beatus Bernhardus libro 4 de
consideracione ad Eugenium aggrediendo inquit subditos sed verbo non ferro
quid denuo usurpare gladium temptas quem semel iussus es repo-
nere in vaginam. Ceterum idem in eodem Quem materialem gladium ne-
gat tuum non satis michi videtur attendere verbum domini dicentis Converte gladium
tuum in vaginam ergo forte tuus tuo nutu. Et si non tua manu evaginan-
dus est. Alioquin si nullomodo ad te pertineret dicentibus apostolis Ecce duo
gladii hic non respondisset dominus Satis est sed nimis est. Uterque ergo gladius
scilicet spiritualis et materialis est ecclesie. Sed ille pro ecclesia materialis hic puta
spiritualis ab ecclesia exercendus. Et iste sacerdotis ille militis manu sed
sane ad nutum sacerdotis et iussum imperatoris. Et sic patet quod nullatenus
manu sacerdotis materialis extrahendus est ad puniendum peccata publi-
corum. Ideo cum doctoribus dicendum est quod peccata notoria humana
lege punienda punienda sunt penaliter nec tamen omnia ut dixit prima
conclusio nec a quolibet ut hic probatum est sed solum a persona publica
auctoritatem habente. Cuius racio est quia punicio talis ordinatur ad bonum
rei publice. Ideo ad illum solum pertinet ea exercere cui cura ipsius boni
communis commissa est et hec est persona publica et non privata. Ita argu-
mentatur beatus Thomas 2a 2e q. 64 articulo 3° in pede. Ex quo sequitur quod persona que
licite per iusticiam punire potest debet habere iurisdictionem quia vero humanum
iudicium procedere debet ex causis manifestis cum homo videat tantum ea que
patent j Regum 16. Oportet quod puniendus possit decenter convinci.
Proinde quia omnis punicio iusticie ad salutem civitatis ordinatur
necesse est ut pax salva fiat et non aliter. Ita quod hiis tribus conveni-
entibus scilicet iurisdictione convictione et pace salva peccata notoria possunt
per iusticiam humanam penaliter puniri. De iurisdictione dicit Augustinus super illo 10
de hiis qui foris sunt quid michi Actinet de hiis iudicabit. Sed hiis
qui intus sunt id est fidelibus puttrido est a me resecanda a me
inquam iudice. De convictione Augustinus super illo j Cor 12. Cum iudicat
indigne iudicium sibi etc. Tibi inquit non tibi si iudex es si apud te accusa-



acto hoc sacerdoti-
aplr nto hi sacerdo
sacerdotibus acto he
Sacerdos nom
appellatiuum gnis
simplicis casus n
sacerdos gto huius
i hanc sacerdote
sacerdote ul' sacerdo
hoc i hac sacerdot
i has sacerdotes
Felix nomen
nii singularis
tiui qd declinabit
felicis dto huic f
vto o felix ablto
aplr nto hi i hec
i hoc felicium
felices i felicia
Fructus nom
gnis mascu
casus nti sgr
gto huius fruct
cum vto o fruct
fructus gto pe
bus fructus vto o
Species nom

...s dicto huius speciebus
...lato aliarum speciebus
...ras similes habet
...t terminantes Tres
...t ut precta as iterue
...nuto fine declinato
...ngulares vitis vitis
...t actas i tam correy
...na producta gtis plis
...s m.s producta datis
...s producitur
...s quas R s Merc
...r us eius unu Dne
...ut satur us ut
...ut terminata in ce
...crius gtis singla
...ta desinit dte tali
...in cumcepta Mu
...is eit ei vis Omnis
...l nuit ipa noua ab
...ioc conrupta dts
...s i os producta ut
...i a co[illegible]epam
...s a Eucl[illegible]s
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

... minas quas A I es
quas a as es Da exem...
... es ut euchises Unc
... h et cumis genis ...
... ne dyptongon ...
... filis est uto ab...
... exceptam dis la...
Secunda declinatio
Sex habet finales ...
terminaciones decem quas ex...
emplificet ut satur ut...
magnus eus ut theseu...
agnitio sic declinatione...
ris tres rus plures in ...
ltis in o productam ...
lus in ... us in ...

[illegible]
latiuo ablatiuo singularis
...s nisi singularis figure
...q[ue] declinabitur Ac vero ipsi
...tis Dat[iuo] huic Acc[usatiuo] hunc
...atiuos Ablatiuo ab hoc in plurali
...tiuo hi et hec facientes Gen[itiuo]
...ius facientium Datiuo his Acc[usatiuo] hos
...entes Ablatiuo ab his fac[ientibus]
...autem genus om[ne] Nominatiuo
...e simplicis casus hic et hec
...et hec et hoc felix Gen[itiuo] huius
...s huic felici ... felic[em]
...ab hac et ab hoc felice vel felici
...ter Nominatiuo hi et he
felicia Gen[itiuo] horum harum
... felicium ... ablatiuo ...

Sacerdos



1369